BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XVI
F
2
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

AMPLITVDO
BENEFICIARIA
AD
PRAXIM SVPREMARVM
GALLIAE CVRIARVM
REDACTA, XVI F.2
ET FORO ECCLESIASTICO ADAVCTA.

AD EMINENTISSIMVM ECCLESIÆ PRINCIPEM
CARDINALEM MAZARINVM, *Imperij Gallici Adminiſtrum digniſſimum.*

Authore STEPHANO MICHAELE TARRADE, Decretorum Doctore, Canonico, & Præcentore inſignis Eccleſiæ Lodouenſis.



PARISIIS.
Apud PETRVM CHAVDIERE, viâ Iacobæâ, ſub
M. DC. XLV.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO ECCLESIÆ PRINCIPI

CARDINALI MAZARINO

TOTIVS IMPERII GALLICI ADMINISTRO DIGNISSIMO.

E*XTREMIS è regni partibus venio* (Cardinalis Eminentiſsime) *Tui nominis celebritate commotus, quæ maior eſt omni fama publica, Tuam lubens adeo Eminentiam, quam ſtupens video, nouum Te deſignare Amboſium Cardinalem. Vincis, ſicut ille,* (Princeps Illuſtriſsime) *vita purpurea purpuratam lauream, & mentis rubor*

Digitized by Google

innocuæ, rubore pilei Tui latius emicat. Adſunt præcones tantæ virtutis, qui tamen impares. Quis enim referat quod Tuum eſt, cum non alterius? Quis laudet acumen, quo cuncta penetras licet abſcondita? quis illam indolem, quæ corda Principum ita demulcet? quis ſatis euehat illam ſolertiam, qua difficillima decus ad noſtrum vertis? Non ita multi ſane, Cardinalis Eminentiſsime, *quia nulli, plerique Te prædicant Eccleſiæ Principem, dum Te purpuratum vident, qui tamen dubitant illius Te protectorem dum regius miniſter ades: Mali quidem debitores, qui (cum ſoluendo non ſint) debita vtique ſoluere non ſtudent, quæ non valent. Propugnaculum es,* Mazarine, *fidei firmiſsimum, dum per Te Rex Chriſtianiſsimus Imperium fir-*

mat ſuũ,nouos paris nouo Innocentio liberos, dum nouos paris eius natu maiori filio ſubditos, quos habebat ignotos. Innumera ſunt beneficia, quæ confers Galliæ, ſimul & Eccleſiæ, ideo minimè numeranda. Per Te lilia noſtra florent, per quem aquila humi iacet, quinimò deſperat hoſtis ſe erecturum, dum cernit in aula Regia erigentem ſe Mazarinum. *Hoc bene nouerat Rex inuictiſſimus dum viueret, qui Te voluit ſeruatum ſuis, dum expiraret, nec tam clarè patuit regius amor in regios, quam cum eoſdem tibi Regio commendauit, vti charos: Eia ergo*, Cardinalis Eminentiſsime, *vtere tuo iure, cui nemo bonus inuidet vtpote debito, præbe Te cardinem regni, cuius curam geris, ſicuti clauum tenes. Placet id ſuperis, quos times, quia placuit*

ſanctiſsimo Principi, cui gratus eras, gratum id gerit potentiſsima Regina, quæ dum ſuos quietè regit, regimini id totum confert Tuo, gratum id gerunt omnes boni, quorum bono ſemper inuigilas valde bonus. Solare viduam Auguſtiſsimam, Adiuua iuuenilem pupillum, qui cum in tanto mœrore egeant ſolatio, Indigere noſcuntur alieno. Pius eſt Filius, pia Mater, pius Conciliarius; nec mirum ſi pietate plena ſint omnia, quæ de pio Principe ortum habent: quod ſi de curis, quibus te opprimis, animum extrahas, placeat benignitati Tuæ occurrentem me vltro ſibi benigne excipere. Munuſculum offero, ſi Te inſpicias, dignum tamen Tui, ſi rem attendas. cuinam enim deuouendæ veniebant res Eccleſiæ, quam tibi? qui Te talem,

tantúmque exhibes Eccleſiæ defenſorem. Vnico me obtutu bea, digniſsime Cardinalis, *fœlicior reddar fœlici aſpectu*, *eróque* Eminentiſsime Cardinalis,

EMINENTIÆ TVÆ,

Humillimus, deuotiſſimus, & obſequentiſſimus ſeruus,

TARRADE, Præcentor Ledouenſ.

IN LAVDEM EMINENTISSIMI

CARDINALIS MAZARINI

ANAGRAMMA ABSOLVTVM.

IVLIVS MAZARINI.

SAL VIVIS IN MARI.

IN medio pelagi clauum moderabere Princeps
Fluctibus infractus nauita in orbe ſacer,
Conſilio Imperij Gallorum es dignus adeſſe,
Et partes primas iure tenere ſacro
Ingenio pollens miro prudentia, ad amuſſim
Alter Atlas regni pondera firma geris,
Inque mari mundi, quem nunc corruptio perdit
Sal viuis, recreans cuncta ſapore poli.

ANTONIVS FROMENTIVS Iuris vtriuſque Doctor, & Iudex Lodouæ.

EMINENTISSIMO ECCLESIÆ PRINCIPI

CARDINALI MAZARINO.

Legata ab Apolline clio amplitudinem beneficiariam offerens ſalutem ac incolumitatem deprecatur.

TV Princeps Romane faue, qui ſanguine claro
Exortus, noua Francigenis fers lumina terris,
ARMANDI dum munus obis, quem fuſa per orbem
Gloria, ſydereo ſupremum attollit olympo,
Cui blandi mores, cuius doctrina ſecundam
Non patitur, quem Roma colit, quem mundus adorat,
Francigenam teneris amplexibus excipe Diuam,
Namque Lodouæis venio tibi (Nuncia) riuis
Clio, coruſciferis ſuperum ſubuecta quadrigis,
Legatu viſura tuos MAZARINE penates,
Queis ego phœbeam ſtudioſa mente ſalutem
Deprecor, Aonidum referens optata ſororum,
Vtque meum mediteris iter, mea munera noſcas,
Vt ſacris prolata ſcias myſteria templis,
Neue tuam qua fungor ego legatio mentem,

Et ſacræ lateant animos arcana phalangis.
Purpureæ laus vera togæ, ſceptrique miniſter,
Diſce, quod aonia poſtquam Tarradius *arte*
Confeciſſet opus, cum tot monimenta doceret,
Abdita tot canonum myſteria, munia cleri,
Eccleſiæ ritus, ſummorum oracula patrum,
Iudicis officium, quæ ſit ſententia ſacro
Danda foro, quonam ſtudio ſeruetur ouile,
Quæ pœna infligenda reis, quæ præmia dignos
Expectent, miratus opus, miracula cernens,
Aonidum princeps ſic orſus ad agmina fatur,
Hactenus hæc inuiſa fuit ſapientia, diuum
Ars eſt, & ſuperis merito referenda lycæis,
Nec mora phœbus ait, MAZARINO *hæc dogmata tanto*
Auſpice digna refer, LODOICI *his ſceptra micabunt,*
Cum non Pontificum leges, nec iura recuſent.
Hos ergo excipias partus, qui phœbus in orbe
Doctrinæ iubar effundis, tua lumina iunge,
Luminibus, quorum radij dum lilia luſtrant,
Auſpicis infuſam tibi credunt cœlitus artem.
Conciliis immota tuis hinc Gallia firmans
Imperium, tantos oſtro præludit honores,
Vt cum fauſta tibi deſignent fata tiaram,
Præueniens ſacro fœlicia tempora voto,
*Hoc opus ipſa tuis voueam (*MAZARINE*) triumphis.*

FRANCISCVS SCIPIO DE TARRVSSON, Lodouenſis.

ERVDITISSIMO, CLARISSIMOQVE VIRO
STEPHANO MICHAELI TARRADE,
IVRIS PONTIFICII DOCTORI, CANONICO, ET
Præcentori meritiſſimo Eccleſiæ Cathedralis Lodouenſis, ad doctiſſimas ipſius in ius Canonicum lucubrationes, & diſceptationes.

DECASTICON ANAGRAMMATICVM.
STEPHANVS MICHAEL TARRADE.
HEN SACRA DEI PHARVS, ET MEL.

QVæ olim leges afflati Pneumate ſancto
Summi Pontifices ore tulere ſacras,

Quaſue ſedens quondam variis in partibus orbis
Chriſticolum patrum condidit alma cohors
Tu ſimul omnimodas mira complecteris arte
Iuris, & inſolito tramite pandis iter
Attamen, haud mirum, quod tantum munus adorſus
Compleris, docta mente, nouaque via
Hen extas etenim, ſummi qui ducit olympum
Sacra Dei pharus, & dulce, perutile, mel.

G.T.Prior Patrum Carmelit. Lodouenſium.

ERVDITISSIMO VIRO MAGISTRO

STEPHANO MICHAELI TARRADE,

IVRIS PONTIFICII DOCTORI MERITISSIMO,
in amplitudinem beneficiariam Cleri Gallici congratulatio.

QVæ ſupero fulget, tibi lapſa ſcientia cælo,
Pontificum priſcis ſic nuſquam fulſit in aulis,
Hæc iubar eſt, ſacro quæ cum ſuccenditur igne,
Lumina magna parit, quodque infert lumen in oſtrum
Cernitur, & Lydiis quibus emicat infula gemmis,
Antiquos, audire patres, ſacroſque penates
Hinc reſerare licet, qui tot mihi munia diſcunt,
Vt toto ſublata ſolo, ſi iura deeſſent,
Hæc iterum Muſæa patrum mens conderet alto.
Ingenioſa modo, phœbi decorata tropheis;
Sed quod ego illuſtri moueam Tarrade *labori,*
Anne tuum taceam nomen? qui gloria ſæcli,
Eximias das mentis opes, conceſſaque diuum
Præmia, quæ toto ſpectanda relinquis in orbe.
Cum reddenda tibi ſint iam præconia, quamquam
Emeritæ genio deſin in pectore laudes,
Officio gratus (cum des ſcribendo decorem)
Inter victrices volo nectere lilia lauros,
Vt meritis reddam phœbæa frondis honorem.

FRANC. SCIPIO DE TARRVSSON, Lodouenſ.

ERVDITISSIMO, CLARISSIMOQVE VIRO

STEPHANO MICHAELI TARRADE,

IVRIS PONTIFICII DOCTORI, NECNON CANONICO & Præcentori inſignis Eccleſiæ Lodouenſis digniſſimo.

Haud quaquam Tarrade *venis de terra (ab abyſſo*
Egrediare licet) proxima namque polo eſt
Illa quidem gurges vaſtus, ſed cœlica abyſſus
Condens iura Dei Pontificumque ſacrum
Queis licitum ſeruire choris cœleſtibus, & quo
Iure ſit in phanis poſſe praire datum
Quos paſtorali deceat ſacra cura regendi
Culmine? quis ductus, quaque tenenda via?
Et quibus ad cœlum lituo deducere caulas,
Commiſſumque, patris voce ciere gregem
Sacrorum canonum concludebatur abyſſo
Anfractu vario, quæ labyrinthus erat;
Sed reſerare tibi tantos Tarrade *Mæandros*
Cum tibi conceſſum eſt, Oedypus alter ades
De terra Tarrade *ortum te ducere quiſnam*
Dicet? qui tenebras ſicut Apollo fugas
Nam mira ſerie prius extricata locaſti
Errore expuncto, dogmata vera notans
Nunc ius Pontificum, nunc regia iura patebunt,
Iuraque patronis conditione data,
Pontificale pedum, & quid poſſint Gallica ſcaptra
Cum clero dantur munera ſacra pio.
Quidquid enim Antiſtes, ſacra quid collegia poſſint,
Ex collatorum ex ordine quiſque doces.

ANT. FROMENTIVS, Iudex Lodouæ.

INDEX DISPVTATIONVM, ET QVÆSTIONVM Amplitudinis Beneficiariæ.

In prima Diſputatione.

Agitur primo de Summo Pontifice. folio 1.

2. *De poteſtate illius ſupra res, & perſonas Eccleſiaſticas.* f. 8.

3. *De mandatis Apoſtolicis.* f. 25.

4. *De Cardinalibus, eorumq. priuilegiis.* f. 41.

5. *De Legatis tum natis, tum ſimplicibus, cum Legatis à latere,* f. 51.

6. *De Patriarchis, ceu Primatibus.* f. 56.

7. *De Archiepiſcopis.* f. 61.

8. *De Epiſcopis, Epiſcopali munere, officia, & priuilegio.* f. 67.

9. *De Abbatibus.* f. 83.

10. *De Capitulis.* f. 89.

11. *De dignitatibus Capitularibus.* f. 99.

In Diſputatione 2.

Tractatur 1. de definitione beneficiorum. f. 101.

2. *De diuiſione eorumdem.* f. 107.

In Diſputatione 3.

Differitur de electione. f. 116.

De nominatione Regia. f. 120.

De poſtulatione prælatorum. f. 123.

De tranſlatione Epiſcopi. f. 125.

De reſignatione. f. 127.

De permutatione. f. 143.

De præſentatione patronorum. f. 147.

De nominationibus Vniuerſitatum. f. 153.

De collationibus. f. 161.

De indultis. f. 168.

In Diſputatione 4. vbi de modis habendi beneficia.

1. *Diſcutitur de his, quæ inducunt priuationem ipſo iure.* f. 175.

2. *De his, quæ requirunt ſententiam iudicis.* f. 184.

In Diſputat. 4. vbi de Reg. Cancellariæ.

1. *Edocetur regula de pacificis poſſeſſorib.* f. 190

2. *Regula de 20.* f. 206.

3. *Regula de publicandis.* f. 221.

4. *Regula de non tollendo ius quæſitum.* f. 231.

5. *Regula de veriſimili notitia obitus.* f. 237.

6. *Regula de vnionibus.* f. 241.

In Diſputatione 6. agente de iure regaliæ.

Elucidatur ius regaliæ. f. 246.

In Diſputat. 7. vbi de foro Eccleſiaſtico.

1. *Oſtenditur qualis debeat eſſe Iudex Eccleſiaſticus.* f. 255.

2. *De quibus cauſis agnoſcat hodie in regno.* f. 259.

Vltimo, de Vicariis, & Officialibus Epiſcoporum. f. 265.

In Diſputatione vltima.

Agitur de diſtributionib. quotidianis. f. 271.

DIVISIO TOTIVS AMPLITVDINIS BENEFICIARIÆ.

TOTA hæc amplitudo beneficiaria verſabitur circa quatuor, quibus ius canonicum concluditur, teſte Archidiacono in procœmio decreti, nempe, perſonas, res modos, & iudicia, & quia prius eſt perſonas eſſe, quam poſsidere, de illis in prima diſputatione agemus, quas importat vox *Beneficium* in concreto, ceu in recto, in ſecunda vero de rebus, ceu beneficiis in abſtracto, ceu in obliquo, in quatuor ſequentibus diſcutientur omnes modi habendorum beneficiorum vacantium, tam via ordinaria, quàm extraordinaria, ſeptima edocebit iudicia, ceu forum Eccleſiaſticum, vltima denique breuem addet tractatum de diſtributionibus quotidianis ad augmentum cultus diuini inſtitutis & inuentis, ſit ergo.

AMPLITVDO
REI BENEFICIARIÆ
AD PRAXIM SVPREMARVM GALLIÆ CVRIARVM REDACTA
& foro Eccleſiaſtico adaucta.

DISPVTATIO PRIMA.

De Beneficiis in Concreto, ceu de perſonis Eccleſiaſticis.

Hæc diſputatio tota verſabitur circa perſonas Eccleſiaſticas quas (vt dixi) importat vox beneficium in recto, per vndecim quæſtiones, quarum prima tractabit de ſummo Pontifice, ſecunda de poteſtate illius ſupra res, & perſonas Eccleſiaſticas vbi de iure præuentionis concurſus & deuolutionis Papalis, tertia ius reſeruationis edocebit, quarta vniuerſum Cardinalium Collegium inuiſet, quinta de Legatis loquetur, ſexta Patriarchas, ceu Primates adibit, ſeptima de Archiepiſcopis dicet, octaua de Epiſcopis ſermonem faciet, nona Abbates decima Capitula cathedralia, vltima denique dignitates Capitulares proponet cuilibet peruoluenti, ſit igitur.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS PRIMÆ.

1. *Summus Pontifex eſt prima perſona Eccleſiaſtica.*
2. *Nullum alium habet ante ſe in terris niſi ſolum Deum.*
3. *Hauſit poteſtatem à domino.*
4. *Ideo Papatus adeo fuit inſtitutus.*
5. *Dominus Papa eſt præpoſitus omnium Chriſtianorum.*
6. *Reges, & Imperatores ſunt filij Papæ.*
7. *Rex Chriſtianiſſimus eſt filius natu maior Eccleſiæ.*
8. *Dominus Papa eſt Vicarius Chriſti.*
9. *Quod Papa facit, Deus facere dicitur.*
10. *Cancellarius Dei.*
11. *Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ.*
12. *Ordinarius ordinariorum.*
13. *Nullus confirmat electionem Papæ.*
14. *Papa confirmat electionem Imperatoris.*
15. *A Papa non datur appellatio.*
16. *Non ligatur iuri poſitiuo.*
17. *Confert ordines quolibet tempore.*
18. *Semper & vbique vtitur pallio.*
19. *Archiep ſcopi illo non vtuntur niſi intra diœceſes, & certis diebus.*
20. *Summus Pontifex ordinat clericos totius mundi ſine dimiſſoriis.*
21. *Ordinarij id non poſſunt.*
22. *De iure veteri deponebantur, & ordinans & ordinatus ſine formatis.*

23. *Hodie non deponuntur, ſed ſuſpenduntur ſic ordinantes à collatione ordinum per annum.*
24. *Ratio prohibitionis ibi apponitur deſumpta ex Iure canonico.*
25. *Romanus Pontifex diſpenſat ſolus. Vt beneficium paternum habeat immediate filius.*
26. *Succeſſio hereditaria in beneficiis reprobatur à Iure canonico.*
27. *Diſpenſat ſolus vt illegitimus ad beneficium curatum, dignitatem, vel perſonatum aſſumatur.*
28. *Diſpenſat ſolus ſupra vitium ſimonia.*
29. *Solo verbo Epiſcopos facit, illos tales nominando.*
30. *Solus Papa Epiſcopos priuat, vel transfert.*
31. *Solus priuat Cardinales, Patriarchas & Archiepiſcopos.*
32. *Illi omnes debent renunciare tantum coram Papa.*
33. *Solus Pontifex dat acceſſus, & regreſſus ad beneficia.*
34. *Solus diſpenſat ſuper pluralitate beneficiorum.*
35. *Idem dicendum de irregularitate.*
36. *Quoad votum perpetuum.*
37. *Eſt Dominus abſolutus rerum, & perſonarum Eccleſiaſticarum.*
38. *Domino Papæ ſubſunt omnes fideles.*
39. *Iudæi, & ſarraceni non ligantur ſtatutis Papalibus.*
40. *Summus Pontifex poteſt priuare de potentia abſoluta beneficiatos etiam ſine cauſa.*
41. *Non poteſt omnes priuare.*
42. *Poteſt abrogare Iura edita.*
43. *Derrogare indultis Cardinalium.*
44. *Admittere reſignationes hypotheticas.*
45. *Imponere penſiones, quæ tranſeant ad ſucceſſores.*
46. *Derrogare regulis Cancellariæ.*
47. *Dat ſolus coadiutores prælatis.*
48. *Ad Papam appellatur omiſſo, medio.*
49. *Tribuit ſolus facultatem laico conferendi.*
50. *Reſeruat ſibi collationes beneficiorum inferiorum.*
51. *Ipſe ſolus dedit inferioribus poteſtatem conferendi.*
52. *Dat ius ad vacatura permandata.*
53. *Dat ſolus beneficia ad tempus.*
54. *Fundationes beneficiorum immutat.*
55. *Poteſt ſententiam ferre contra non citatum.*
56. *Solus canonizat ſanctos.*
57. *Abſoluit Clericos à recitatione horarum.*
58. *Confert beneficium vnitum ſuſpendendo vnionem pro hac vice.*
59. *Omnia poteſt, quæ non ſunt de Iure diuino.*
60. *Non poteſt Papa eligere ſibi ſucceſſorem.*

QVÆSTIO PRIMA.

De Summo Pontifice.

QVAMVIS iſta quæſtio
voluminibus integris
egeat ad patefacien-
dam plenariam Summi
Pontificis poteſtatem.
De ea tamen hic diſſe-
rere in votis habeo, cum multo maiora
ſemper dicenda veniant de illa, quàm
dici queant, vel valeant, ſit igitur.
ASSERTIO PRIMA. Primam per-
ſonam Eccleſiaſticam agnoſco ſummum
Pontificem Romanum. Communis opi-
nio doctorum, tum Theologorum, tum
Canoniſtarum in cap. Eccleſia de conſti-
tutionibus, notat in can. facta, can. ipſa
can. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. cap.
vnico de ſacra vnctione in antiq. cap. cum
apud ſedem de ſponſalibus, facit cap. vlt.
de foro cõpetenti cap. licet &c. ad Apo-
ſtolicã de regularibus, cum infinitis aliis,
ratio eſt quia nullũ aliũ præſupponit ante
2. ſe in terris, niſi ſolũ Deum textus ſingula-
A ris in cap. quia diuerſitatem de conceſſ.
præb. in antiq. Ioan. cap. tracta de autho-
ritate Papa, parte 3. in princip. nu. 66. alias
daretur infinitas dependentiæ quæ repro-
batur à canonibus cap. 2. de reſcript. in 6.
Rectè ergo dicunt canoniſtæ dominum 3.
Papam hauſiſſe ſuam poteſtatem à do-
mino can. in nouo 21. diſtinct. can. quod-
cumque 24. quæſt. 1. cap. tranſlato, &
ibi doctores de conſtitutionibus, Rebuff.
in ſuo tractatu priuilegio ſchol. priuileg.
164. cuius ſolius gratia Papam ſe dicit In-
nocent. III. in cap. cõmiſſum de decimis
B in antiq. quemadmodum Imperator in
l. Deo authore C. de veteri iure Enu-
cleand. fuit enim Papatus à Deo conſti- 4.
tutus Matth. 16. præpoſitus in can. quo-
ties num. vlt. 1. quæſt. 4. Abbas in cap.
per venerabilem qui ſint filij legitimi, &
prælatio data etiam à domino can. quam-
uis 21. diſtinct. gloſa in cap. 1. verbo pri-
uilegio de tranſl. Epiſcopi.
Ideo vocatur dominus Papa. præpoſitus 5.
omnium Chriſtianorum. Petrus de Al-
ban. de poteſt. Pontif. verb. diuini nu-
minis num. 81. pater omnium fidelium

can. Lotharius Rex 31. quæſtione 2. cap.
quam graui de crimi. falſi, cap. vlt. de pa-
ctis in 6. Abbas in cap. final. col. penult.
de purgat. canonic. Decius in cap. & ſi
clerici num. 47. de iudiciis, Ioannes Mo-
nachus in cap. ſi eo tempore de elect. in 6.
6. & Reges omnes principes & Imperato-
res dicuntur filij Papæ in decret. venera-
7. bilem de elect. in antiq. cap. ſollicite de
maiorit. cap. nouit. de iudiciis, & Rex
noſter Chriſtianiſſimus vti cæteris magis
priuilegiatus, nominatur princeps natu
maior Eccleſiæ vt obſtendo infra propter
eius beneficia Eccleſiæ præſtita de qui-
bus in can. Adrianus 63. diſtinct. eó-
que dicuntur principes filij Papæ quia
liberorum more debent honore & reue-
rentia proſequi Papam vt patrem ſpiri-
tualem, eique opem ferre contra hoſtes
Eccleſiæ can. ab Imperatoribus 23. quæ-
ſtione 3. can. adminiſtratores ibidem, cap.
dilecto de ſentent. excommunicatio in
6. Abbas in cap. vltimo col. ſecunda de
dilationibus, & vice verſa debet ſummus
Pontifex Curam principum ſecularium
gerere, ait Bonifacius in procemio cle-
8. ment. col. ſecunda, nota 64. Vicarius
Chriſti cap. inter de tranſlatione Epiſco-
pi, cap. fundamenta de elect. in 6. Archi-
diacon. in can. quoties num. primo, Ho-
ſtienſis in cap. quod ſuper num. 14. de
verb. notatur in cap. vt noſtrum vt Ec-
cleſiaſt. beneficia ſine diminutione con-
ferantur, quia Romano Pontifici in per-
ſona Petri, cuius eſt ſucceſſor dictum fuit
tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædi-
ficabo Eccleſiam meam. dicto can. alio-
rum, & cap. penultimo de his quæ fiunt
à maiori parte capituli in antiq. extrauag.
vna de treuga in communibus, Ho-
ſtienſis in procemio decretalium num.
3. & quod Papa facit, Deus facere dici-
9. tur in cap. quanto de tranſlat. Epiſcopi
ſicuti.
10. Succeſſor Petri cap. licet de accuſatio-
nibus, Abbas in dicto cap. per venerabi-
11. lem numero 20. Cancellarius De Bene-
dictus in repetit cap. Raynutius ſuper
verbo & vxorem nomine adelaſiam. nu-
mero 497. de teſtament. moderni in tra-
ctatu, ceu Catalogo de mundi gloria part.
4. conſiderat decima tertia, Gomeſius in
procemio regul. Cancellariæ. Summus
Pontifex canon in nomine Domini 23.
diſtinct. Clement. ſi ſummus Pontifex
de ſententia excommunicat, quia pater
patrum: cum enim Romana Eccleſia, cui
Papa præeſt, non ſynodaticis conſtitu-

A tis cæteris prælata ſit Eccleſiis, ſed voce
domini, & ſaluatoris Ieſu Chriſti prima-
tum obtinuerit can. quamuis 21. diſtin-
ctione, can. ſacroſancta 22. diſt. debet qui
illi præeſt ſupremam obtinere dignita-
tem dicto cap. licet de regularibus, hinc
vocatur princeps in can. corpora de con-
ſecrat. diſtinctione prima, clement. vna
de baptiſmo, & multis aliis nominibus, vt
Romanus Pontifex cap ſignificaſti de e-
lectione in antiq. cap. licet de tranſlatio-
ne Epiſcopi, cap. ſi Abbatem §. huiuſmo-
di de electione libro ſexto, Eminentiſſi-
B mus cap. ad Eminentiam de ſententia ex-
communicatio in antiq. decretali, bea-
tiſſimus in can. hæc eſt fides nona quæ-
ſtione prima, Gomeſ. in cap. 1. num. 22. de
conſtitutio, Malerer de Canonizatione
Sanctorum quæſt. 1. num. 17. & infinitis
aliis paſſim in Iure Canonico.
Epiſcopus Vniuerſalis Eccleſiæ, & dire- 12.
ctor gregis Dominici. cap. vbi periculum
de electione in ſexto & notat in clement.
vna de iureiurando, dict. extrauag. vna
de treuga, Card. Alexand. in can. ſuſpe-
ctus. 2. quæſtione 1 Ordinarius ordi- 13.
C nariorum. Hoſtienſis in cap. Eccleſia ſan-
ctæ Mariæ num. 1. vt lite non conteſtata,
& in cap. 1. de reliquiis, & veneratione
Sanctorum, dico infra vbi de poteſtate
Papali ſupra res, & perſonas Eccleſiaſti-
in ſequenti quæſtione.
Hinc nullus eſt qui confirmet. electio- 14.
nem Papæ, can. 1. 23. diſt. quia habet om-
nes ſub ſe inferiores Reges, & principes
qui omnes ſubſunt ditioni Papæ quoad
animam, can. Tributum. 23. quæſt. 8. cap.
principes, & cap. ſolitæ de Maioritate, &
quoad ſpiritualia Imol. in cap. vltimo de
D præſcriptionibus, Anthonius de Butrio in
dicto cap. 1. Rebuffus in interpretatione
authenticæ habita verbo ad obediendum
Deo in fine, ideo bene Papa confirmat 15.
Electionem Imperatoris. dicto cap. vene-
rabilem, notatur in can. alius 15. quæſt.
6. cap. 1. de poſtulatione prælat. Inno-
cent. in cap. vltimo de re iudicata, Re-
buff. in concordat rub. de Regis ad præ-
laturas nominatione. §. Monaſteriis, ver-
bo ſolemniter peti, ideo dicunt doctores
quod poteſt illum priuare iuſta de cauſa
in cap. Apoſtolicæ illo tit. de re iudicat
in ſexto. 16.
Hinc à Papa non datur appellatio, quæ
definitur de inferiore ad ſuperiorem fa-
cta prouocatio ratione grauaminis, vel
prætenſi, vel illati doct. in rub. de appel-
lationibus, Hoſtienſis in ſumma illa ru-

brica. §. quid ſit, Peruſius in ſuo ſpeculo
aureo ibidem, ſed Papa non habet ſupe-
riorem, can. ſi Papa diſtinct. 40. ptobatum
fuit, etgo.
17. Nec ligatur iuti poſitiuo ſupra quod
rectè diſpenſat, doctores in cap. primo de
tranſactionibus, iidem in cap. propoſuit
de conceſſione præbendæ. Notatur in
cap. de multa de piæbendis, textus in can.
primo, & ſecundo diſtinct 22. can. cum
in illis 80. cap. inter de fide inſtrumen-
totum, cap. 20. de præbendis in ſexto, cle-
ment. 1. vt lite pendenre, Felinus in cap.
primo de conſtitutionibus.
18. Poteſt conferre ordines quolibet tem-
pore. cap. Subdiaconos, & cap. cum qui-
dam de temporibus ordinarionum, quod
tamen non poſſunt inferiores exrra qua-
tuot tempora, ſabbarhum Dominicæ paſ-
ſionis, & ante Dominicam Reſurtectio-
nem quoad ſactos ordines cap. ſuper eo,
& ſequenti ibidem, ſicut non poſſunt
conferre duos ſacros ordines vno, & eo-
dem die per textum cap. lireras, & cap. di-
lectus illo titulo apud Gregorium.
19. Semper, & vbique vtitur pallio. cap. ad
honorem de authotitate, & vſupallij,
quod non licet aliis, cap. primo, & cap. pe-
20. nultimo ibidem. Quia vt ait Innocentius
tertius in illo cap. ad honorem, Archie-
piſcopi vocari ſunt in partem ſollicitudi-
nis, non autem plenitudinem poteſtatis,
quæ per pallium ſignificatur.
21. Ordinar Clericos totius mundi ſine
dimiſſoriis. Textus eſt notabilis in cap.
nunc vero ibi, licet ait Stephaous Papa,
prærogatiua Apoſtolica poſſimus de qua-
liber Eccleſia Cleticos ordinate nona q.
canone fraternitatem 71. diſtinctione,
22. quod non datur aliis, qui de iure veteri
23. deponebantur, vna cum taliter ordinatis
canone illud eadem diſtinctione, canone
24. quoniam diſtinctione 72. ſecus de iure
nouo, quo non deponuntur hodie, ſed ſu-
ſpenduntur per annum à collatione or-
dinum tales prælati. cap. eos qui, & cap.
vltimo de temporibus ordin. in *6.* &
hæ literæ dimiſſoriæ vocantur paſſim in
iure formatæ literæ can vltimo diſtinctio-
ne 71. aliquando commendatiriæ, quia
per eas dimiſſi clerici commendantur be-
neuolentiæ præſulum ad quos mittuntur.
can. in nomine, & canone ſequenri 73.
diſtinctione, qui canones ſunt exemplaria
talium literarum, aliquando patentes li-
teræ. Vt in cap. primo de temporibus or-
dinationum libro ſexto.
25. Ratio autem cur hæc prohibitio ema-
A nauerit, inſerta manet in dicto cap. primo,
quia inquit Clemens quartus, eueniebat
non ita rato, quod nonnulli Clerici, vel
apoſtatæ, vel excommnnicati, vel irregu-
lares, vel infames, & ita ordinum ſuſce-
ptione indigni relicta diœceſi, in qua erat
criminum notitia in remotis orbis par-
tibus confugiebant, & ibi ordinare ſe fa-
ciebaot in perniciem animarum ſuarum,
cui periculo fuit obuiandum per talem
conſtirurionem, idem in canone duæ
ſunt. ibi. quod propter criminoſos con-
ſtitutum eſt, ne videlicet infames ab ali-
B quo Epiſcopo ſuſcipiantur perſonæ 19. q.
2. ad quod adde quod non paruæ orie-
bantur diſcordiæ inter ordinarios ex tali
vſurpatione quæ fiebat inter eos, vt ait
concilium Sardicenſe habitum ſub Iulio
primo præſide Oſio ſedis Apoſtolicæ Le-
gato. quibus conſtitutionibus Mederi
voluere ſummi Pontifices, cap. finem de
dolo, Clement. diſpendioſam de iu-
diciis.
Diſpenſat vt illegitimus ſuccedat im- 26.
mediare beneficio paterno. cap. dilectus,
C & ibi doctores de filiis preſbyterorũ quod
non poſſunt cæteri cap. ex tranſmiſſa, &
Michaël ibidem. Ne detur ſucceſſio quæ- 27.
dam hæreditaria in beneficiis cõtra quam
canones Papales, decreta conciliaria, &
omnes boni clamant. cap. ad abolendam,
& cap. ad extirpandas illo tit. cap. 1. de
præbendis, hoſtienſis in cap. præſentium
de filiis preſbyterorum, Rebuffus in praxi
ſupra regulam Cancellat. de infirmis, glo-
ſa 4. colum. penultima, verſiculo nec re-
fragatur, Pariſius lib. 12. de reſignarioni-
bus quæſtione prima num. 20. & cui Pro-
pheta Regius maledictiones præcatur
D horrendas in ſuo Pſalmo 62. per hæc ver-
ba. Deus meus pone illos ſicut Oreb, &
Zeb, & Zebee, & Salmana, omnes prin-
cipes eorum, qui dixerunt hæreditate
poſſideamus ſanctuariũ Dei. Deus meus
pone illos, vt rotam, & ſicut ſtipulam aoto
faciem venti, ſicut ignis qui comburit ſyl-
nam, & ſicut flamma comburens montes:
poſſunt quidem inferiores diſpẽſare me-
diate, tunc enim ceſſat ratio prohibitionis
quando defuncto patre ſiue legitimo, ſi-
ue illegitimo media intercedit perſona.
Vt dicitur in dicto cap. ex tranſmiſſa er-
go ceſſat, & diſpoſitio prohibitiua cap.
cum ceſſante de appellationibus, cap. ma-
gna de voto. DISPENSAT vt illegitimus 28.
ad dignitatem, perſonatum, vel benefi-
cium curatum aſſumatur cap. ex tua, &
cap. vltimo de filiis preſbyterorum, quod

non poſſunt inferiores cap. 1. illo titulo A
in ſexto, niſi in beneficiis ſimplicibus vt
ibi dicitur.

29. Diſpenſat ſupra ſymoniam. Felinus
in cap. ad audientiam 2. num. 3. de re-
ſcriptis, & in cap. non ſatis de ſymonia,
Nauarrus in manuali cap. 30. num. 107,
verſiculo ad ſecundum, Archiepiſcopus
Florent. in ſua ſumma parte 2. titulo pri-
mo, cap. vlt. verſiculo de renunciatione,
gloſa cōmunis recepta in cap. cum pridē
verbo illicitæ pactiones de pactis, Gigas
de penſionibus quæſt. 4. n. 2. Patiſius lib.
6. de reſignatio qu. 1. nu. 68. & ſequenti. B

30. Solo verbo Epiſcopos facit. Archidia-
conus, & ibi Geminianus in proœmio 6.
Rebuffus in tractatu de pacificis poſſeſ-
ſoribus numero 51. Idem Patiſius libro
8. quæſtione vltima, num. 34. illos Epi-
ſcopos nominando, Abbas in cap. noſti
de electio, Ioannes de Selua in ſuo tracta-
tu beneficiali, parte 2. quæſt. 15. num. 4.
& ſequenti, eſtque communis opinio
teſte Maſcardo de probationibus conclu-
ſio 843. numero 20. quos etiam priuat,
31. & transfert ipſe ſolus, cap. poſt tranſlatio-
nes, de tranſlatione Epiſcopi, cap. inter
corporalia ibidem, textus, & ibi doctores, C
in cap. niſi de renunciatione, cap. cu-
pientes. §. denique in fine de electione in
ſexto, gloſa in canone Epiſcopum ver-
ſiculo hodie 11. quæſtione tertia. idem dic
de Cardinalibus, Patriarchis, Archiepi-
32. ſcopis, & Abbatibus per diſpoſitionem
cap. ex geſtis, vbi canoniſtæ de clericis nō
reſident. qui omnes debent ideo renun-
33. ciare coram Papa tantum, vt probabo in-
fra, & eſt communis opinio doctorum in
dict. cap. niſi, Abbas in cap. nō poteſt de re
iudicata, Innocent. in cap. graue de pro- D
bationibus, Bonifacius in clement. multo-
rum num. 59. de pœnis. quia ſpirituale vin-
culum quod eſt inter prælatos iſtos, & ſuas
Eccleſias poteſt Papa ſolus, vti Vicarius
Chriſti ſoluere. canone quod Deus 33.
quæſt. 2. dicto cap. inter, Hoſtiēſis in ſum-
ma titulo de renunciat. num. 6. verſ. ſi ve-
ro, Innocentius in cap. quod in dubiis nu-
mero 3. illo titulo. Audiendus eſt quoad
hoc dominus Innocentius tertius in di-
cta decretali niſi, vbi hæc reſcribit Epi-
ſcopo Claritano renunciandi facultatem
à ſe petenti, ſtrictioris vitæ cupiditate du-
cto. Quoniam (inquit) etſi habeas pen-
nas, quibus ſatagas in ſolitudinem aduo-
lare. Ita tamen annexæ ſunt, & ad ſtrictæ
nexibus præceptorum, vt liberum non
habeas abſque noſtra permiſſione vola-
tum. Facit cap. vltimum de tranſlatione
Epiſcopi, & cap. primum de clericis non
reſidentibus.

Solus dat acceſſus, & regreſſus ad bene- 34.
ficia. Mendoſa in tractatu de ſignatura
gratiæ tit. regreſſus, & acceſſus columna
ſeptima, verſiculo non tamen, Redoanus
de ſymonia parte 2. cap. 18. numero 3.

Solus diſpenſat ſuper pluralitate bene- 35.
ficiorum. doctores, iuncto gloſa in cap.
de multa de præbendis, gloſa in canone
per laicos 16. quæſt. 7. gloſa in cap. eam te
de ætate, & qualitas, gloſa in extrauag.
execrabilis illo titulo de præbendis in ex-
trauag. Ioannis 22.

Solus diſpenſat ſuper irregularitate. no- 36.
tatur in cap. quod tranſlationem de offi-
cio legati, cap. 1. de re iudicata in ſexto,
cap. 1. de ſententia excommunicat illo li-
bro, doctores iuncta gloſa in cap. ſicut v-
nire de exceſſibus prælatorum, quemad-
modum & quoad votum vltramarinum
cap ex multa de voto. & vt paucis rem 37.
complectar ſit.

Aſſertio vltima. Summus Pontifex eſt 38.
dominus abſolutus rerum, & perſonarum
Eccleſiaſticarum. communis, & veriſſima
opinio doctorum in cap. quæ in Eccleſia-
rum de conſtitutionibus, & in cap. 2. de
præbendis in ſexto, textus in cap. inter de
fide inſtrumentorum, cap. propoſuit de
conceſſ. præbendæ, clement. 1. vt lite
pendente, gloſa in canone conſequens
diſtinctione 11. Panormitanus in diſpu-
tatione prima incipiente Epiſcopus co-
lumna prima, Barbatus in dict. cap. quod
tranſlationem num. 92. & 93. mendoſa in
regula 9. Cancellariæ quæſtione prima
numero 3. Rebuffus in tractatu nomina-
tionum quæſtione 11 numero 54. cum
duobus ſequentibus.

Ideo debemus omnes ei obedire quaſi 39.
ſubditi cap. canonum de conſtitut. tam-
quam ligati conſtitutionibus pontifica-
libus ad differentiam Iudæorum, Eth-
nicorum, Sarracenorum, & aliorum infi- 40.
delium qui non ligantur illis cap. vltimo
illo tit. in ſexto, gloſa pragmat. in proœ-
mio verbo vniuerſis.

Ideo poteſt priuare de potentia abſo- 41.
luta quoslibet prælatos, vel beneficiatos
etiam ſine cauſa cap. 10. de donationibus,
gloſa in canone per principalem 9. quæſt.
3. & hanc veriſſimam aſſerit eſſe ſenten-
tiam Abbas in cap. 1. de voto, Innocent.
in cap. inquiſitioni de re iudicata, docto-
res in dict. cap. 2. de præbend. in 6. Decius
in cap. vltimo de confirmat. vtili, notatur

in cap. ex geſtis licet ibi fuerit iuſta cauſa A
deponendi Anaſtaſium Cardinalem titu-
lo ſancti Marcelli de Clericis non reſi-
dentibus, Corraſius in cap. 1. ſecunda par-
tis ſuæ paraphraſeos vbi dicit quod priua-
tio poteſt fieri in qualibet parte mundi à
domino Papa tamquam Epiſcopo totius
orbis, Archidiaconus, & Ioannes An-
dreæ. in cap. 1. de conſtitut. in ſexto, ex-
trauag. ſancta de elect. in communibus,
Gomeſ. in procœmio regularum Cancella-
riæ quæſtione ſecunda, verſiculo conſi
derata, & quoad hoc nullum eſſe dubium
debet, quidquid dicat Rebuffus in tracta- B
tu nominationum quæ. 15. num. 30.

Hoc tamen non facit ſummus Ponti-
fex licet illud de iure poſſit. Guillermus
de Monte Lauduno in Clement. Roma-
nus de præbendis, quia ſanctus eſt. can. in
ſancta de conſecratione diſtinctione 1.
can 1. diſtinctione 70. vbi eſt bonus tex-
tus Symmachi Papæ, & omnes in ſua iu-
ſtitia, iureque conſuuet, cap. licet de æta-
te, & qualitate, ſuum cuique ſeruari de-
ſiderans. can. fuit ſemper 9. quæſtione 3.
quia iura cuncta in ſcrinio ſui pectoris ha-
bere dignoſcitur dicto cap. 1. de conſtitu- C
tionibus in 6. ideo nec ad dexteram, nec
ad ſiniſtram omnino declinat, ſed incedit
via regia, prout ipſe aſſerit in ſua decre-
tali vna vt Eccleſiaſtica beneficia ſine di-
minutione conferantur.

Obiicies id quod noſtrum eſt, non po-
teſt à nobis tolli ſine noſtra culpa toto tit.
de reſtitutione ſpoliator, ſed beneficia
ſunt beneficiarorum vt eſt communis, &
vera opinio doctorũ, ergo non poſſunt eis
auferri ſine illorum culpa. Reſpõdeo ma-
iorem quidem eſſe veram quoad inferio-
res Papæ, ſed non quoad Papam qui om- D
nimodam habet poteſtatem in res, & per-
ſonas Eccleſiaſticas per cap. propoſuit de
conceſſione præb. cum infinitis aliis.

Inſtabis nemini debet fieri iniuria ab
vllo ſiue Papa, ſiue Imperatore cap. nu-
per de donationibus inter virum & vxor.
& probatur argumento deducto ex cap.
ex parte de foro comp. qui eo caſu pecca-
rent eo grauius, quo ſunt maiores cæteris.
Gloſa in cap. 3. verb. maiores de tranſl. E-
piſcopi, ſed ſi auferrentur beneficia poſ-
ſeſſoribus legitimis à Papa, fieret eis iniu-
ria. Ergo non poteſt ſummus Pontifex
illa tollere. Reſpondeo conceſſa maiore.
Nego minorem, ille enim non cenſetur
facere iniuriam, qui iure ſuo vtitur. cap.
cum Eccleſia de elect. cap. dilectus de of-
ficio legati. licet inferatur præiudicium
alteri ſecundario quod tamquam conſe-
cutiuum non conſideratur. Gloſa vltima
in cap. quamuis de pactis in 6. Ferret. con-
ſilio 118. num. 5. Loterius in lib. 2. de re
benef. quæſt. 22. num. 21. Nota tamen hãc
priuationem non venire admittendam in
regno teſte Rebuffo in tractatu de pa-
cif. poſſeſſor. num. 222. nec talem vn-
quam audiuimus priuationem à Papa de-
cretam, licet illam potuerit de iure decer-
nere, prout firmiter ſuſtinet Decius in
cap. quæ in Eccleſiarum num. 111. de con-
ſtitutionibus, vult enim debitum diſpen-
ſationis creditæ officium rite peragere, vt
gloriam conſequatur à domino cap. 1. de
officio legati in 6. quem imitari gloriatur
regem pacificum, vt habetur in procœm.
decret. Gregor. IX. quinimo non poſſet
Papa priuare omnes Epiſcopos, quia per- 42.
turbaretur ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ,
quod non poteſt facere Dominicus in
can. in iſtis diſtinct. 4. Abbas in cap. 1. de
clerico ægrotante.

Poteſt abrogare iura, cap. non debet de 43.
conſanguinitate, extr. vna de ſchiſmaticis
in communibus vel innouare doct. iuncta
gloſa in clement. in plerìſque de elect.
Rebuffus in concord. rubr. de approb.
conuent. per Lateran. Concilium fact.
verb. innouationis quia prædeceſſor non
potuit ligare ſuos ſucceſſores pari vel ea-
dem ſimul cum eo poteſtate potiun-
dos cap. dudum de præb. in ſexto, Rota
deciſione 666. num. 2. & 3. parte 1. in re-
centioribus, textus ſingularis in cap. in-
notuit. §. quamuis autem de electione,
gloſa in cap. finali. verbo licet ſucceſſor
de hæreticis in 6. Idem Loterius in ſua re
beneficiaria libro 1. quæſt. 38. num. 31. &
poteſt ius abrogatum vna cum alio non
abrogato promulgari vt ſaltem eius noti-
tia habeatur. ait gloſa in can. 20. verb.
neceſſaria 7. diſtinctione, gloſa in cap. no-
uit. §. nos igitur. verbo quicumque de iu-
dicils, quod bene notandum voluit Gon-
ſales in regula de menſibus. §. 5. procœmio
num. 153.

Derogare indultis Cardinalium quoad 44.
renunciationes factas in curia. Mendoſa
in praxi ſignaturæ gratiæ, titulo reſigna-
tiones, col. 4. verſ. in reſignationibus, Pa-
riſius libro 8. quæſtione 7. num. 181. Ad- 45.
mittere reſignationes conditionatas. Ab-
bas in cap. accepimus de pactis, Menoch.
conſ. 117. num. 5.

Imponere penſiones. can. qui vere 16. 46.
quæſt. 1. cap. 1. de ſcindico quæ tranſeant
ad ſucceſſores, quod ſolus Papa facere.

cap. ex literis de conſtitutionibus, cap. niſi eſſent de præbendis, gloſa in cap. audiuimus ſuper verbo penſionem de Colluſ. detegenda, Staphil. de literis iuſtitiæ. §. 5. incip. ad prædicta facit, Mendoſa in tractatu de ſig. grati. titul. extinctiones, verſiculo diſtinguẽdum, R... deciſ. 4 7. num. tertio verbo cum p... aes perpetuæ in nouis. Bellam de p...aut. benefi. parte ſecunda quæſtione 5. num. 2. quidquid dicat Rebuffus in tract. de pacific. poſſeſſ. num. 112. & ita ſtylus, & praxis inoleuit. Primo, quia ſolius eſt Papæ obligare ſucceſſorem vltra eius conſenſum. Caſſad. dec. 4. n. 6. de p ſionibus. 2. quia ſolius eſt Papæ cõferre beneficia cum diminutione tota Rub. vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferãt. debent tamen hęc verba inſeri inſignatura, quæ tranſeat ad ſucceſſores (vt cõſultus reſpondi) quibus ligantur ſucceſſores, tunc enim res tranſit cum ſuo onere. can. ſi quis laicus 16. q. 1. cap. cum non ſit, & cap. paſtoralis de decimis, cap. ex litetis de pignoribus, & ad id præcauere debent expertes Manſularij.

46. Derrogate tegulis Cancellariæ Idem Stapilæus de literis grat. in principio, Puteo deciſ. 178. libro ſecundo, Rebuffus in praxi tit. de publicand. reſignationibus columna 11. verſ. ſecundo, Pariſius lib. 11. quæſtione 7. num. 64. dico vbi de Regul. Cancell. in 5. diſputat.

47. Solus dat Coadiutotes Epiſcopis, Abbas in cap. finali. numero 1. de clerico ægrotant, Gamb. de Auth. legat. à lat. titulo de coadiutotibus numeto 5. datio enim talium coadiutorum eſt de cauſis maioribus vti ſedium mutatio. cap. 1. de tranſlatione Epiſcop. idem Abbas in cap. quod tranſlationem de officio legat notat in cap. vt debitus de appellatio, cap. quamuis de electione in 6. doctores in cap. quod ſedem de officio ordinatij, Ioannes Andræ in cap. quætelam de electio, vide textum in cap. vno de cleri. ægrotant in ſexto, Atchid. in can. ſetipſit. num. 1. 7 quæſtione 1. & hi coadiutores dantur infirmis incurabilibus idem Abbas in cap. ex parte ille titulo de clet. ægrot. apud Gregor. gloſa in dicto cap. vno verbo perpetuo, vel ſeni officium ſuum petagere non Valenti. Idem Abbas in cap. magna de voto, & in cap. quamuis de ſententia excommunicatio, & communiter doctotes in cap. niſi de renunciatio in

48. decretal. Gregor. Ad Papam appellatut omiſſo medio. can quoties 2. quæſtione 5. can. ad Romanam, & can. quiſquis 2. A q. 6. cap. ſi duobus de appellat. gloſa, & ibi doct. in cap. Romana illo tit. lib. 6. quod non haber locum in inferiotibus, Hoſtienſis in ſumma illo titulo, Philippus Peruſius in illo cap Romana. § ab Archidiaconis vno dempto Legato à latere, ad quem appellatur etiam omiſſo medio. cap. primo, vbi gloſa verbo legationis de officio legati, & doceo in quæſtione vbi de legat. nam Legatus à latere poſt conceſſam ſibi facultatem repræſentat Papam. cap. ſi Apoſtolicæ de præb. in 6.

Tribuit ſolus laico facultatem conferendi. can. Eleutherius. 18. queſt. ſecunda. 49.
B can. Adrianus. 63. diſtinct. cap. dilectus. 3. de ptæbendis, gloſa in cap. veniens de de filiis preſbyterorum, Abbas in cap. ad ſupplicationem, num. 4. de renunt. & in cap. quando de cenſibus, doct. in cap. cum ex eo de electione in ſexto, Rebuſſus in tractatu nominatio. quæſtione 1. nu. 58. & in tractatu de Pacificis poſſeſſo. num. 58 & eſt communis & vera opinio. Oldrad. conſ. 209. & hoc caſu collatio cenſetur pontificia. Rota deciſione 13. de præb. in nouis.

Reſeruat ſibi collationes beneficiorum, 50.
cap. dudum illo titulo in ſexto, notat
C in can. nunc veto. nona quæſtione tertia, Azot. mot. inſtit. parte 2. libro 6. cap. 34. quæſt. 2. verſic cæterum, Peruſi in tractatu de teſeruat. numero 2. in principio,
Quia ipſe dedit infetiotibus talem pote- 51.
ſtatem confetendi, vt doceo infra, Lotherius de re benefic. libro 2. quæſt. 22. numeto 24. quam poteſt ſuſpendere ad beneplacitum cap. 1. de conſtit. etiam in menſibus ordinariorum. Menoch. conſ. 83. numeto 9 & ſequenti, nec hoc ipſo, vt dixi, intelligitur detrahere iuri alieno vt probarum, manet, nec fieri iniutia inferiotibus quod etiam fieri nequaquam debet. cap. vltimo de confirmat.
D vtili.

Dat ius ad vacatura, cap. mandatum de 52.
reſcript. element. gratiæ illo titulo clement. ſi Romanus de præbend. dico inferius vbi de mandat. in fine quæſtionis tertiæ, quod non datur infetioribus, vt ibi doceo, cap. dilectus illo titulo, cap. ſi ſuper gratia de officio de legat. in 6.

Confert beneficia ad tempus. Abbas in 53.
cap. ſi conſtiter r. not. 1. de accuſat. Felinus in cap. finali, num. ſexto de iudiciis, Catdinalis Zabarell. conſilio 57. incip. ptopoſita quæſtio, Ioannes de Selua in ſuo tractatu beneficiali, parte 3. quæſt. 8. numero 30.

54 Fundationes beneficiorum immutat. A
gloſ. in clement. quia contingit. verb. ſe-
dis Apoſtolicæ de religioſ. domib. Re-
buff. in tract. nominat. qu. 11. num. 54.
55 Fert ſententiam contra non citatum quæ
valida eſt, teſte eodem de Selua, vbi ſup.
Solus canonizat ſanctos, Maleter. in
56 tract. de Canoniz. ſanct. quæſtio 1. n.
11. nec debet aliquis honorari vt ſanctus
ſine authoritate Papæ etiam ſi faciat mi-
racula, ait textus in cap. 1. de reliq. & B
venerat. ſanct.
Abſoluit Clericum à recitatione ho-
57 rarum Canonicarum. Felinus in cap. vl-
timo, volum. 7. verſ. non poſſet de ma-
iorit. Pariſius, lib. de confident. quæſt.
7. num. 63.

Confert beneficium vnitum, ſuſpen-
dendo vnionem pro illa vice. Ioannes 58
Andræ. in clement. diſpendioſam de iu-
dic. & (vt finem imponam huic quæ-
ſtioni) omnia poteſt, quæ non ſunt pro- 59
hibita de iure diuino ſpecular. in tit. de
diſpenſat. ... unc oſtendendum.
Non pot... nen Papa eligere ſibi ſuc- 60
ceſſorem. can. pleriq. 8. q. 1. & eſt cõmu-
nis opinio doct. in c. 1. de renuntiat. in 6.
ne videatur inducere ſucceſſionem hære-
ditariam in ſuo beneficio, quam ipſe per
ſuos canones reprobat in alieno can. Apo-
ſtolica. eadem cauſa, & quæſt. gloſa in c. 1.
verb. conſanguinitatis de præb. cætera o-
miſſa patebunt ex infra dicendis in ſe-
quenti quæſtione.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SECVNDÆ.

1. *Summus Pontifex habet omnimodam poteſtatem in beneficiis & perſonis Eccleſiaſticis*
2. *Poteſt tollere ius quæſitum.*
3. *Dare laico poteſtatem excommunicandi.*
4. *Dare ei indulta ad conferendum.*
5. *Vnire epiſcopatus, vel diuidere.*
6. *Collationem inualidam validare.*
7. *Derrogare iuri patronatus laicorum.*
8. *Diſpenſare quoad ordines, & beneficia in terris Regum ſecularium & Imperatorum.*
9. *Solo verbo facit gratiam, & viuæ vocis oraculo.*
10. *Quoad eſſe gratiæ non requiritur ſcriptura in foro conſcientiæ.*
11 *Summus Pontifex poteſt conferre omnia quæcumque beneficia in qualibet parte mundi vacantia.*
12 *Eſt Papa ordinarius totius mundi.*
13. *Epiſcopus Epiſcoporum.*
14. *Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ.*
15. *Vicarius Chriſti.*
16. *Maior eſt poteſtas Papæ, quam ſanctorum.*
17. *Poteſtas ordinariorum emanauit à domino Papa, tanquam à ſua fonte.*
18. *Olim ſolus Papa conferebat cuncta beneficia, & poſtea conceſſit poteſtatem conferendi ordinariis.*
19. *Hæc poteſtas data fuit cumulatiuè non priuatiuè.*
20. *Ideo poteſt ligare manus inferiorum.*
21. *Summus Pontifex humilitate commendatur.*
22. *Vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei.*
23. *Conſulit vtilitati ſeruorum Dei, id eſt fidelium.*
24. *Gregorius I. erat miræ humilitatis exemplar.*
25. *Papa non vtitur nomine baptiſmali in ſuis bullis.*
26. *Ratio mutationis nominis Papalis.*
27. *Papa factus talis eſt Deus in terris.*
28. *Confert iure præuentionis omnia beneficia.*
29. *Per præuentionem ligat manus inferiorum omnium.*
30. *Appoſitio manus Papalis importat decretum irritans.*
31. *Præuenire vt hic idem eſt ac conferre ante.*
32. *Ad probandam præuentionem teſtes admitti poſſint.*
33. *Melius eſt, & ſecurius apponere horam.*
34. *Præuentio habet locum in beneficiis vacantibus in menſibus ordinariorum.*
35. *Et in beneficiis vacantibus in menſibus graduatorum.*
36. *Idem dic quoad beneficia electiua.*
37. *Prouiſus à Papa debet probare prioritatem ſuæ prouiſionis.*
38. *Quando mors & collatio ſunt eodem die præſumitur quod mors præceſſerit pro validitate collationis.*
39. *Præuentio non habet locum in beneficiis iuris patronatus laici.*
40. *Nec in Gallia in iure patronatus Eccleſiaſtico re non integra.*
41. *Idem dic in fauorem beneficiorum vacantium tempore aperturæ regaliæ.*
42. *Nec habet locum præuentia Papalis in beneficiis graduatorum re non integra.*
43. *Summus Pontifex iure concurſus confert omnia quæcumque beneficia.*
44. *Cap. ſi à ſede fundans ius illud de præbend. in 6. explicatur*

45. Prouiſus à maiori cæteris paribus venit alteri præferendus.

46. Caſus in quo poſſeſſio multum fauet.

47. Prouiſus ab Epiſcopo cæteris paribus præfertur prouiſo à vicario.

48. Vicarius Epiſcopi non præcedit in choro canonicos antiquiores.

49. Prouiſiones duæ ab vno eodem collatore factæ ſunt ipſa iure nullæ propter concurſum.

50. Fallit ſi appareat quænam ſit prior quæ venit ſemper præferenda.

51. Fallit 2. ſi recurratur ad collatorem, qui tollat dubium prioritatis.

52. Prioritas ſcripturæ arguit prioritatem conceſſionis.

53. Ex prioritate ſcripturæ, arguitur præeminentia.

54. Reſcriptum ſi neutri cadit in talibus prouiſionibus concurrentibus.

55. Decretum de pacificis non iuuat taliter prouiſos.

56. Prioritas poſſeſſionis non conſideratur in talibus prouiſionibus nullis.

57. Prouiſus à Papa in vim reſignationis cum clauſula etiam ſi per obitũ, præfertur prouiſo per mortem ab ordinario, dummodo collationes ambæ ſint de vno & eodem die.

58. Poſſidens per fiat, præfertur poſſidenti per conceſſum.

59. Cancurſus probat io poteſt fieri per teſtes.

60. Concurſus Papalis non habet locum in beneficiis iuris patronatus laïci.

61. Mandata non cadunt in beneficiis iuris patronatus laïci.

62. Laïci non debent retrahi à fundationibus.

63. Concurſus nan habet locum in beneficiis vacantibus tempore aperturæ regaliæ in regno Galliæ.

64. Dominus Papa iure deuolutionis confert omnia beneficia.

65. Tempus deuolutionis inſtitutum à Domino Alexandro 3. in Concilio Lateranenſi.

66. Patroni laici debent præſentare intra quatuor menſes.

67. Eccleſiaſtici intra ſex menſes præſentant.

68 Electores eligunt ad Cathedrales Eccleclesias intra tres menſes, & ad regulares.

69. Tempus deuolutionis currit diebus feriatis.

70. Fuit inſtituta deuolutio ad puniendam negligentiam inferiorum.

71. Negligens eſt, qui omittit facere quod facere poterat, & debebat.

72. Negligens eſt, qui recuſat conferre ad requiſitionem idonei.

73. Deuolutio facta fuit ne Eccleſiæ viduatæ diu vacent deſtitutæ paſtoribus.

74. Tempus non currit impedito impedimento ineuitabili.

75. Ponitur ratio, cur æquale tempus datum non fuerit patrono laico, & Eccleſiaſtico.

76. Patronus laicus poteſt variare.

77. Patronus laicus, qui iurauit non va re, non poteſt poſtea variare.

78. Patronus laicus, qui renunciauit iuri patronatus cum iuramento, non poteſt illud repetere.

79. Qui iurauit vxori ſuæ cum eam duxit, ſe manſurum cum ea per vitam in loco originis vxoris, tenetur ibi degere.

80. Filius, qui renunciauit cum iuramento bonis paternis, non debet audiri quoad illa, mortuo patre ab inteſtato.

81. Patronus Eccleſiaſticus non poteſt variare.

82. Tempus datum patronis & collatoribus computatur à die notitiæ vacationis.

83. Tempus non currit ignoranti.

84. Ignorantia affectata non excuſat patronum.

85. Collatio facta tempore elapſo ab inferioribus eſt nulla.

86. Ius deuolutionis fit gradatim.

87. Ius deuolutionis conquieſcit in Papa vti omnium ſuperiore.

88. Beneficia parochialia vacantia in Curia tempore vacationis ſedis poſſunt conferri ab inferioribus.

89. Beneficia vacantia in curia de quibus Papa non diſpoſuit intra menſem poſſunt illo finito conferri ab ordinario.

90. De eligentibus, deuolutio fit regulariter ad confirmantem.

91. Fallit in caſu ſuſpenſionis, vel priuationis canonicorum eligentium, nam tunc deuolutio fit ad Papam.

92. De exemptis deuolutio fit ad Papam.

93. Exempti qui dicantur.

94. Exempti habent Papam immediatum ſuperiorem.

95. Tempus datum patronis non poteſt Epiſcopus abbreuiare.

96. Epiſcopus non diſpenſat ſupra decreta conciliaria.

97. Poteſt Epiſcopus prorogare tempus patronis in præiudicium ſui temporis.

98. Ius deuolutionis fit ſemper de inferiore ad ſuperiorem.

99. Superior habet idem tempus, quo gaudet inferior.

100. Superior tenetur conferre eiſdem perſonis, quibus tenebatur inferior.

101. Res tranſit cum ſuo onere.

102. Papa poteſt vti iure ſuo præuentionis, vel concurſus pendente tempore deuolutionis.

103. Quando intra duo concurrunt in vna per-

ſona, poteſt ille vno iure facere quod non poteſt altero.

104. *Collatio facta iure deuolutionis quod m ndum erat, est nulla.*

105. *Præmatura collatio non valet.*

106. *Summus* Pontifex *conferens iure deuolutionis hac verba inſerit in ſignatura quod tanto tepmore beneficium vacauit, vt eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Conſilij ad ſedem Apoſtolicam ſit legitime deuoluta.*

107. *Collatio ordinarij facta iure ordinario quam facere debebat iure deuoluto non valet.*

108. Poteſt Papa *conferre beneficia iuris patronatus laici nullo ſeruato ordine fundationis.*

109. *Expreſſè hoc caſu debet derrogare.*

110. *Laici habent ſuum ius ex mera gratia* Papæ.

111. *Derrogationes* Papales *quoad ius patronatus laicorum non admittuntur in Gallia.*

112. Poteſt *Ordinarius conſtituere Vicarium in beneficio curato pendente tempore deuolutionis.*

QVÆSTIO SECVNDA.

De poteſtate Papæ ſupra res & perſonas Eccleſiaſticas.

CVM ex ſupradictis Summus Pontifex ſit ſuperior omnium Eccleſiaſticorum, mirum videri non debet, ſi ſit eius poteſtas maxima tam quoad beneficia, quàm perſonas beneficiales & Eccleſiaſticas. quare ſit.

1. ASSERTIO PRIMA. Summus Pontifex habet omnimodam poteſtatem in D omnibus beneficiis totius mundi. Vnanimis eſt opinio Canoniſtarum, in cap. per venerabilem qui filij ſint legit. Abbas in cap. quanro. num. 2. de conſuet. præpoſitus in can. 1. numero 27. diſtinct. 15. dixi ſuprà, cap. 2. de præbendis, Auguſt. de ancon. de poteſtate Pap. quæſt. 88. Ioannes de Selua in ſuo tractat. beneficia. parte 2. q. 1. notatur in cap. cùm ſit de ſymon. Rimin. iunior. conſ. 165. n. 6. Gomeſ. in procemio regul. Cancell. de non tollend. ius quæſitum, quæſt. 11. nu. 7. Rebuffus in tractar. de pacific. poſſeſſorib. num. 12. & num. 15. Loterius in ſuo tractaru de re beneficiar. lib. 2. quæſtio 22. numero 9. cum duobus ſequentibus; & quoad talem poteſtatem plenariam Summi Pontificis audiendus eſt

A Bernardus Claraualleſis epiſtola 131. ad ciues Mediolanenſes. Plenitudo, inquit, ſiquidem poteſtatis ſuper vniuerſas orbis Eccleſias ſingulari prærogatiua Apoſtolicæ ſedi donata fuit; qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, poreſt ſi quidem (ſi vtile indicauerit) nonos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt, eos poreſt, qui ſunt alios deptimere, alios ſublimare prout ratio ſibi dictauerit: ita vt de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & è conuerſo, ſi neceſſe viſum fuerit.

B Hinc poreſt tollere ius quæſitum. Ar 2
chidia. in cap. quamuis de reſcript. in 6. Calderi. conſ. 12. illo tit. Gomeſ. in illa regula. quæſt. 1. col. 3. Decius in cap. quæ in Eccleſiarum, numero 3. de conſtitut. Gabriel de iure quæſito non tollendo concluſ. 1. num. 9. Gonzal. in regul. de menſibus. §. 1. numero 36. etiam ſine cauſa, vt dictum fuit ſuprà, cum ſit pro ratione voluntas. Geminianus in capite ſi gratioſè. num. 16. vbi gloſa verbo à Romano Pontifice de reſcripris in 6.

Dare laico poteſtatem excommunican- 3
C di. Abbas in cap. decernimus de indiciis. Doctores in cap. cùm Eccleſia de conſtitut. gloſſa in can. Imperium, diſt. 10. Rebuffus in tract. de pacificis poſſeſſoribus, num. 58.

Dare eis indulta ad conferendum. Ol- 4
drad. conſilio 1. Tale indultum habuit dominus rex noſter à Martino V, vt dico infrà vbi de indultis.

Vnire Epiſcopatus, vel diuidere. doct. 5
in cap. ſicut vnire, & ibi gloſa, verbo pertinere de exceſſib. prælatorum, Ioannes de Turre cremat. in can. præcipimus. verſ. nam etiam Concilium 16. q. 1.

Collationem inualidam validare. gloſſa 6
ſingularis in cap. vno de immunitat. Eccleſiæ in 6. quod non venit admittendum in Gallia, teſte Rebuffo loco citato, num. 234.

Derrogare iuri patronatus laicorum, 7
cap. dilectus, vbi Innocent. de iure patr. Archid. in com. horramur. diſtinct. 7. Doct. in cap. 2. de præbendis, libro 6. gloſſ. communiter approbata in cap. 2. verb. Apoſtolicus illo tit. in clement. Dummodo expreſſa fuerit derrogatio, vt benè notauit Hoſtienſis in cap. quoniam illo tit. de iure patronat. & dico infrà hoc tamen non admittitur in regno, vbi Papa nullum affert præiudicium patronis laicis, & ita ſeruatur de praxi, teſte eodem Rebuffo vbi ſuprà, & Banny in ſua praxi

iuris canonicis, tit. de iure partonatus.
8 Diſpenſare quoad ordines, & beneficia
in terris Imperatotum, vel aliurum Prin-
cipum ſecularium. gloſa in can. lege 10.
diſtin. & in can. peruenit. diſtin. 9. Sed
non quoad ſucceſſiones paretnas bono-
rum temporalium, cap. nouit. de iudic.
cap. per venerabilem qui filij ſint legiti-
mi, nec vice verſa Imperator in terris Ec-
cleſiæ doct. indict. cap. per venerabilem,
Petrus de Anchar. conſ. 320. incipiente
primum dubium Diuiſum enim impe-
rium cum Ioue Cæſat habet. Rebuffus
in tract. priuilegiorum ſcholarium, priui-
leg. 98.
9 Solo verbo facit gratiam. nam quem-
admodum Dominus per verbum *fiat*
creauit omnia, Geneſeos 1. ita & dominus
Papa per tale verbum fiat, cuncta creat,
can. inquiſitionis 25. quæſtione 1. Cle-
ment. dudum. §. finali de ſepultur. Ioan-
nes Andræas in procœmio 6. Andræas Si-
culus in cap. noſtra de reſcript. Ruzæus
in tract. de iure regal. priuileg. 4. & ſe-
quenti. Caſſad. deciſ. 4. num. 2 de cauſa
poſſeſſ. & proprier. Rebuffus in praxi ſu-
per regul. 34. Cancell. verb. fiat. col. 2.
10 Quod debet intelligi quoad eſſe gratiæ,
& in foro poli Gomes in illa regula, quæ-
ſtion. 1. in quo tutus eſt apud Deum ille
cui facta fuit gratia viuæ vocis oraculo,
etiam ſine litetis, Abbas in dicta cle-
ment. dudum, Felinus in rubrica de
conſtitut. col. 4. & in cap. diligenti, num.
4 limit. 2. de ſymonia. Idem Rebuffus
loco citato, col. 3. verſic. ſecundus caſus,
& in concordat. rubrica de mand. Apoſt.
§ 1. verſ. 4. & hanc eſſe veriſſimam opi-
nionem aſſerit, Pariſ. lib. 8. de reſignat.
benef. quæſt. 2. num. 24. Fallit in foro
fori, in quo requiritur ſcriptura ad proba-
tionem gratiæ, cap. porro de priuilegiis,
Abbas in cap. noſtı, colum. 1. de elect.
Idem Rebuffus in dict. concordat. illa
rubr. de mandat. Apoſt. verbo literas,
verſicul. ad probandum. Scriptura enim
facit rem notam iudicibus, vt ait Ioannes
And. in cap. ex parte 1. de verborum ſi-
gnif, ad quod adde, ante confectionem
literarum grariam dici imperfectam, &
perfici per illam. Rota deciſ. 19. in fine,
de conceſſione præb. in nouis, & deciſ. 28.
rubr. de reſcript. illo libro, & eſt in textu
Regulæ. Cancell. de non iudicando iux-
ta formam ſupplicationis, ibi. Item cum
ante confectionem literarum gratia Apo-
ſtolica ſit informis, Voluit idem dominus
noſter, &c. & ita ſeruati de praxi volúnt,

A Oldrad. conſ. 324. incipiente factum eſt
tale, & idem Gomes in illa regul. quæſt.
1. num. 3.
Assertio secunda. Summus 11
Pontifex poteſt conferre omnia quæ-
cumque beneficia in qualiber orbis parte
vacantia: textus eſt ſingularis in cap. pro-
poſuit de conceſſione præbendæ, & in
clement. 1. ibi. (Salua tamen in præmiſ-
ſis omnibus Romani Pontificis poteſtare)
ad quem Eccleſiarum, perſonatuum,
dignitatum, aliorumque beneficiorum
Eccleſiaſticorum plena, & libera diſpo-
B ſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſci-
tur pertinere, notarur in extrauag. ſancta
de electione in communibus, & eſt vna-
nimis omnium doctorum ſententia in
cap. 2. de præbendis in 6. habet enim
ſummus Pontifex omnimodam poteſta-
tem in beneficiis, can. cuncta pet mun-
dum, 9. q. 3. & probatum manet ex ſu-
pradictis. Vt ordinarius totius mundi. 12
dicta extrauag. ſancta. Hoſtienſis in cap.
cum Eccleſia. num. 4. de appellat. qui
eſt diœceſis Papæ. Felinus in cap. graue.
num. 2. de officio ordin. Burſat. conſ.
C 392. num. 9. & ſequenti, & tanquam 13
Epiſcopus Epiſcoporum, præpoſit. in
can. porro. num. 2. diſtinct. 66. Abbas
in cap. 4. num. 2. de conſuetud. Diuus
Thomas 4. ſententiarum art. 15. ideo
vocatur Epiſcopus in procœmio 6. & cle-
mentinarum, & Ordinarius Ordinario-
rum. Hoſtienſ. in cap. quanto de tranſl.
Epiſcopi, Abbas in dict. cap. propoſuit,
Geminianus in cap. ſi gratioſe. de re-
ſcript. lib. 6. Decius conſ. 224. Quia 14
Papa eſt dominus vniuerſalis Eccleſiæ, vt
dictum fuit in ſuperiori quæſtioni, can.
D Nouatianus 7. q. 1. can. loquitur 24.
quæſt. 1. cap. cum inter de elect. in an-
tiq. idem præpoſitus in can. 1. num. 27.
diſtinct. 15. Diuus Thomas vbi ſuprà, nu-
mero 4. & Cardinalis in dict. can. porro
& notatur in can. ita dominus, vbi idem
præpoſitus concluſ. 2. 19. diſtinct. & po-
teſtas iſta omnimoda radicatur in per-
ſona Papæ. Loterius lib. 2. quæſt. 26.
num. 15. Tamquam Vicarij Chriſti di- 15
cto cap. quanto, cap. ſignificaſti de ele-
ctione, cap. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque
de re iudicat. in 6. cap. 1. de homicid.
illo libro, gloſa in clement. dudum. ver-
bo. vndecumque de iudic. & notatur
in cap. inter corporalia illo tit. de tranſl.
epiſc. ideo ei dici non debet cur ita facis.
Anchar. conſ. 373. num. 5. cum ſoli
Deo habeat reddere rationem. Idem Lo- 15

terius vbi ſuprà, quæſt. 22. n. 49. ideo
dicitur quod eſt maior poteſtas Papæ,
quàm ſanctorum, cap. de libellis, diſt. 20.
17 Hinc poteſtas ordinariorum emanauit
à Papa, tamquam à ſuo fonte. dict. can.
Ita Dominus, textus ſingularis in cap. du-
dum. §. nos igitur, & ibi gloſa verbo ea-
dem de præb. in 6. gloſa magna in cap.
vno de iure patronat. illo lib. Innocent.
in cap. poſtulaſti illo tit. apud Gregorium,
Abbas in cap. cùm olim, col. 2. de maio-
ritate, Peruſius in tractatu de reſeruat. in
18 principio, num. 2. Olim enim ſolus Papa
conferebat omnia beneficia, dicto cap.
propoſuit de conceſſione præbend. Ge-
minianus in cap. ſi gratioſè, num. 16. de
reſcript. in 6. Archid. in cap. ſtatutum,
num. 3. de præbend. eodem lib. & poſtea
illam poteſtatem dedit Papa ordinariis in-
tra diœceſes, cap. conquerente de officio
ord. cap. ex frequentibus de inſtitut. cap.
cùm Eccleſia de cauſa poſſeſſ. cap. ad au-
res de exceſſib. prælatorum, notatur in
can. multum, 3. quæſt. 6. can. decreto
11. quæſt. 6. Rota deciſione 4. de con-
ceſſione præbend. in nouis & dico infrà
vbi de epiſcopis in antepenultima quæ-
ſtione huiuſce diſputationis.
Obiicies Papa per talem conceſſionem
à ſe factam, voluit adimere ſibi faculta-
tem conferendi, non enim dare poteſt
ſimul, & retinere vnam & eadem rem,
ergo non poteſt conferre beneficia infe-
riorũ. Reſp. N. antecedẽs quod nimis pro-
bat nam ſi hoc eſſet, euaneſceret ius præ-
uentionis, concurſus, & deuolutionis Pa-
palis: quod eſt abſurdum, illa enim fa-
19 cultas à Papa data fuit ſine præiudicio ſuæ
ipſius quæ par eſt. imo & maior. can. qui
ſe ſcit. 2. q. 6. textus eſt in cap. innotuit
de elect. & in cap. quia diuerſitatem ibi,
ſic ſuum diſtinguens onus, vt nihil iuri
ſuo ſubtrahat, nec iuriſdictionem ſuam in
aliquo minoret illo tit. de conceſſione
præbend. idem in dict. cap. dudum ibi,
nos igitur attendentes quod etſi memo-
rato Epiſcopo prædictam conceſſimus
poteſtatem, penes nos tamen eadem re-
manſit. Ioannes monach. in cap. ſi eo
tempore de elect. libro 6. Staphilæ in
tractat. de gratiis expectat. colum. 1.
Ioannis de Selua in ſuo tractat. benefic.
part. 3. quæſt. 60. in fine, Pariſius lib. 1.
20 quæſt. 10. num. 49. & 57. Ideo poteſt li-
gare manus ordinariorum, cap. quamuis
de præbendis in 6. cap. ſi à ſede ibidem
Alphonſ. Aluar. de vi ac poteſtate Rom.
Pontif. cap. 1. nunc 20. Petrus de Imol.

A can. 28. nunc 15. verſ. quamuis.
Sed non eſt omittendum, Summum 21
Pontificem in tanta plenitudine poteſta-
tis, quæ ad cælos vſque euehitur, ea humi-
litate præditum eſſe, vt ſe ſeruum non ſo-
lum Dei cuius vices gerit dicto cap. ad
Apoſtolicæ, & cui ſeruire regnare eſt.
cap. ſolitæ de maioritate, ſed & ſeruorum
Dei non dedignetur appellare, vt habe- 22
tur in can. Saluator. 1. quæſt. 3. cap. vlti-
mo de conſuetud. & eſt in proœmio de-
cretalium, 6, & clementin. Quæ humili-
tas eo profundior eſt, quo ipſe eſt ſubli-
mior omnibus, can. Adrianus 68. diſt.
B can. ſi quis deinceps. 17 quæſt. 4. can. ſi
quis requirit. 27. q. 1. can. 1. de pœni-
tent. diſtinct. 5. cap. ego. n. de iureiuran-
do, cap. omnis anima de cenſib. ſed ſuam
exaltationem in miræ humilitatis exerci-
tio ponit, & humilitatem, ſuam exaltatio-
nem reputat, ad inſtar Domini noſtri,
quem repræſentat. dict. can. Saluator, &
cap. ſolitæ, & fertur in cap. cum inſtantia,
de cenſibus.
Quod ſi quæras cur ita ſe nominet. 23
Reſpondeo. quia in cathedra poſitus eſt
Summus Pontifex, vt inuigilet ſaluti fi-
delium. can. qui epiſcopatum 8. q. 1. cap.
C adhæc de reſcriptis in antiq. Pariſ. lib. de
reſignat. beneficial. 8. q. 7. num. 3.
Gregorius autem primus, dedit initium 24
tantæ humilitati cum eſſet vir ſanctiſſi-
mus & humillimus Archidiac. in proœ-
mio 6. Albericus de Roſat. verbo Gre-
gorius, idem Pariſius vbi ſupra, num. 112.
& ita ſtylus inoleuit. ita vt ſi exhiberetur 25
bulla Papalis ſine tali inſcriptione, poſſet
repudiari, tamquam ſuſpecta, vtpote fa-
cta contra ſtylum curiæ. gloſa in cap. por-
recta de confirmatio vtili, Abbas in cap.
ex parte, 2. num. 7. de officio delegati,
quemadmodum eſſet ſuſpecta, ſi foret
concepta ſub nomine baptiſmali Papæ,
D cap. quam graui de crimine falſi, Baldus
in proœmio decretalium, Rebuff. in for-
ma mandat. Apoſtolici, verb. leo in prin.
in concordat, & hoc nomen baptiſmale 26
mutatur à Papa ſtatim atque aſſumptus
fuit ad apicem Apoſtolatus. vt eſt textus
in extrauag. 2. ſub titul. de conceſſione
præbend. in extra. Ioan. 22, duabus de
cauſis 1. deſumitur ab exemplo Domini,
cuius omnis actio debet eſſe noſtra inſtru-
ctio. can. Deus Omnipotens, 2. q. 2. idem
in cap. ſignificaſti de elect. Diuina enim
exempla debent eſſe noſtrorum actuum
regula, ait extrauag. vna de pœnis in
communibus. Sed quando Chriſtus ele-

git ſibi Petrum, mutauit illi nomen, antea
enim vocabitur Simon, & Petrus poſtea
vocatus fuit, electus ad apoſtolatum. can.
in nouo 21. diſtinct. ergo, 2. vt clarè pa-
tefiat, ad mutationem nominis, fuiſſe fa-
ctam, & mutationẽ veteris hominis, nam
qui priuatus erat antea homo, ſemel fa-
ctus Papa, vices Dei gerit in terris, cap.
fundamenta de elect. in 6. Hoſtienſis in
27 cap. quod ſuper. num. 14. de voto, imo
Deus eſt in terris. Decius in cap. 1. de
conſtit. ideo debemus approbare, quod
ipſe approbat, & reprobare, quod repro-
bat, ait gloſa in can. 1. 19. diſtinct.

28 Assertio tertia. Summus
Pontifex iure præuentionis confert om-
nia quæcumque beneficia vacantia: ve-
riſſima opinio deducta ex cap. quia diuer-
ſitatem de conceſſione præbend. cap.
dudum. ibi. propter quod noſtra (qui
eandem præoccupauimus poteſtatem)
debet eſſe potior conditio. de præbend.
cap. quamuis. ibi. nos eorum aliquod
(antequam tu conferas) de elect. in 6.
Abbas in dict. cap. quia diuerſitatem, Fe-
dericus in tractat. permut. quæſt. 6. Cu-
iacius in explicatio. cap. 2. col. 2. verſ.
Solus Romanus Pontifex illo tit. de con-
ceſſione præbend. libro 6. Ioannes de
Selua in ſuo tract. benef. parte 2. quæſtio
1. Rebuffus in concord. rubr. de mand.
Apoſt. §. 1. verb. grauari poſſit, & hoc
ius præuentionis ſoli Papæ de iure tribui-
tur in ſignum plenitudinis poteſtatis. Lo-
terius in dicta re benef. lib. 2. q. 25. num.
2. quemadmodum datum ei fuit ius
conferendi per mandata, Rebuff. in loco
citato in principio, verb. Romanus Pon-
29 tifex, & collatio Papalis facta per præuen-
tionem præualet collationi inferioris. di-
cto cap. dudum, cùm per illam ligatæ fue-
runt manus iſtius. Rota deciſ. 1. & deciſ.
17. de præb. in nou. Papa quippe præue-
niendo voluit derrogare pro illa vice iuri
ordinarij. Decius conſ. 224. numero 6.
idem de Selua loco citato, part. 3. quæſt.
30 vltim. num. 3. nam certiſſimum eſt ap-
poſitionem manus Papalis importare de-
cretum irritans. cap. vno vt Eccleſiaſt. be-
nef. ſine diminut. conferantur. Rota de-
ciſ. 14. num. 1. vt lite pend. Idem Re-
buff. in praxi, titul. de reſeruat. num. 4.
& dicitur Papa præuenire quando con-
31 fert antequam conferat ordinarius, dict.
cap. quamuis, ibi. (antequam tu con-
feras) ab æthymologia nominis, nam
præuenire, id eſt venire ante. Rebuffus
in illa rubr. de mandat. §. declarantes,
A verb. præuentionis, etiam ſi de vna tan-
tum hora præueniat. gloſa in cap. duo-
bus, verb. appareat de reſcript. in 6. glo-
ſa in cap. ſi à ſede. de præbend. illo lib. ad
quam probationem præuentionis poſſunt 32
admitti teſtes, Felin. in cap. paſtoralis de
reſcript. Decius in cap. cauſam, col. 3. ibi-
dem gloſa in reg. 1. Cancell. verſ. & per
prædicta, num. 5. verſus finem, non ſuſ-
pecti vti familiares collatorum. Idem Re-
buffus in praxi, tit. de requiſit. ad collat.
n. 12. Ideo ponitur de ſtylo Curiæ data in
omnibus prouiſionibus Papalibus quæ
ſola perficit ſignaturam. Imol. in cap.
eam te, num. 9. illo tit. de reſcript. gloſa
B in cap. ſi eo tempore, eodem tit. in 6. Imo
melius eſſet, & ſecurius apponere horam.
Barb. in clement. cauſam, col. 9. ibidem, 33
& Felinus in cap. ego, n. de iureiur. Gonz.
in regul. de menſibus. §. 3. procem. num.
50. & ita faciendum cenſeo in quibuſcum-
que collationibus ordinariorum, nam de
ſtylo Curiæ hora non apponitur in gratiis
Summi Pontificis, vt dico infra.

Et hæc præuentio Papalis habet locum 34
in beneficiis vacantibus intra menſes or-
dinariorum. Idem de Selua vbi ſuprà,
parte 3. quæſt. 63. Pariſ. lib. 7. de reſign.
beneficial. quæſt. 11. nu. 7. debent enim
C ſibi imputare ordinarij ſi à Papa præuenti
fuerint, argum. cap. ſi clericus de præben.
in 6. quia cum proximiores ſint & vicinio-
res Papa locorum beneficialium poſſunt
ſcire vacationem citius, quam Summus
Pontifex, cap. non ne de præſumpt. Ideo
ſibi imputent, & negligẽtiæ ſuæ, quæ no-
cet cuilibet. regul. mora de regul. iuris
lib. 6. Menoch. de arbit. caſ. 182. nu. 49.

Idem dic de beneficiis vacantibus in 35
menſibus graduatorum, in quibus etiam
præuentio Papalis habet locum. textus
eſt in concordat. illa rub. de mandat. A-
poſtol. Credo tamen quod debet Papa
hoc caſu conferre graduatis ſolis, quid-
D quid dicant non pauci, qui aliter ſentiunt,
nam ad obſeruantiam concordat. ſeſe ab-
ſtrinxit Rub. de firma, & Irreuo concord.
firmitat. & ita fuit bis iudicatum à Se-
natu Pariſienſi, nempe die 23. Iunij anni
1534. & die 18. Ianuarij anni 1540. teſte
eodem Rebuffo in dicta rub. & §. decla-
rantes verb. præuentionis.

Simile iudicandum venit de beneficiis 36
electiuis in quibus ius præuentionis ad-
mitti etiam debet, idem Rebuffus in con-
cord. rub. de reg. ad prælat. nominat. §.
vltimo.

Quartoſ. Quid ſentiendum de duobus

prouiſis vno & eodem die à Summo Pon- A
tifice altero, & ab ordinario altero. Re-
ſpondeo. Prouiſum à Papa debere obti-
nere per textum cap. capitulum de reſcri-
ptis, Ioannes Andræas in cap. ſi poſt-
quam de præbend. in 6. 2. quia quæ fiunt
à maiori cæreris paribus præualere de-
bent his quæ fiunt à minori, cap. ſi à ſede
de præbend. in 6. cap. ſi Apoſtolicæ illo
tit. & lib. 3. quia cadit ſuſpicio antidaræ
in talibus collationibus ordinariorum, vt
bene. Rota deciſ. 17. num. 1. de proba-
tionibus in antiq.

37 Debet tamen hoc caſu prouiſus à Papa
probare ſuam anteriorem, vel concurren- B
tem prooiſionem adhoc vt obtineat, quo-
rum defectu è cauſa caderet, præſertim ſi
ordinarius contulit intra ſuum tempus, vt
bene notat Ioaones Andræas in cap. ſi ti-
bi, col. 2. eodem tit. de præbendis in 6.
præſumitur enim pro collatione ordinarij
quàm fauorabilem dicit Zarabell. in dict.
clement. 1. vt lite pendente.

Quæres. Quid dicendum de collatione
38 facta per mortem eodem die quo benefi-
ciarius mortuus fuit. Reſpondeo illam
valere vt fuiſſe iudicatum ſæpius aſſerit
idem Pariſ. lib. 4. quæſt. 2. numero 37.
præſumitur quippe id præceſſiſſe, quod de C
iure præcedere debebat. Rota deciſ. 1. de
præſumptionibus, Felinus in cap. paſtora-
lis, n. 5. verſ. ad identitatem de reſcriptis.

Limita, & dic præuentionem non ca-
39 dere in beneficiis iuris patronatus laici.
Doct. in cap. 2. de præbend. in 6. Couar.
cap. 36. praxeos, num. 3. Rebuff. in praxi,
parte 3. ſignar. verb. nec non. num. 12. &
38. & in tractatu nominatio. quæſtio 14.
n. 2. Bauni in ſua praxi Iuris canon. lib.
3. titul. de iure patronat. cap. 24. Idem
Pariſ. lib. 2. quæſt. 4. num. 2. ne laici re-
trahantur à fundationibus, vt dicunt Ca-
noniſtæ in dict. cap. 2.

Limita 2. in regno quoad beneficia iu- D
40 tis patronatus Ecceleſiaſtici, quando res
non eſt integra, vt v. g. quando veotum
fuit & proceſſum ad præſentationem, li-
cet inſtitutione minime roboratam. Glo-
ſa pragmatices in § viſum, verbo non va-
leant, Rub. de collat. Idem Rebuffus in
tractatu nominarion. q. 17. num. 19. idem
in rub. de mandar. Apoſtol. verbo præ-
uentionis, verſ. ſi patronus in concord.
vbi ita fuiſſe iudicatum arreſto eiuſ-
dem Senatus menſe Martio, anni 1544.
duabus Cameris Ioquiſitiooum congre-
gatis aſſerit. Idem dicit Boeri. in deciſio-
ne Burdegalenſ. quæſt. 2. ratio hæc eſt

quia per præſentationem factam à patro-
no Ecceleſiaſtico ius quæritur præſentato
doct. & ibi gloſa in cap. cùm autem de
iure patronatus. cùm habeat vim electio-
nis, quæ ius tribuit electo. cap. publicato
de elect. clement. 2. illo titul. de iure pa-
tronatus, & dico infrà vbi de iure deuolu-
tionis, vbi oſtendo diſcrimen quod iotet-
cedit inrer patronos laicos, & Eccleſiaſti-
cos, quod ius quæſitum Papa non inten-
dit tollere per ſuas prouiſiones poſtea fa-
ctas. Felinus in cap. cauſam quæ num. 10.
de reſcript. cap. quamuis illo titulo in 6.
Decius conſ. 11. num. 4. Rota deciſ. 12.
col. 1. verſ. nam Papa de præbend. in no-
uis.

Limita 3. Quoad beneficia vacantia 41
tempore aperturæ regaliæ, in quibus de
ſtylo regni præuentio Papalis non habet
locum Idem Rebuffus in praxi 3. p. ſi-
gnatur. num. 47. & ſequenti, Peleus lib.
act. forenſ. 21. Couarruuius loco præal-
legato vbi hæc dicit quod obtinet in his
beneficiis, quorum collatio ex priuilegio
ad reges pertinet, quæ quidem regalia di-
cuntur, ea non confert Papa. Idem ait
Bauni loco citato cap. 13. tit. de benefi-
ciis in quibus Rex prouidet, num. 2.

Limita 4. & dic præuentionem non 42
valere de iure quam non comitatur veriſ-
ſimilis notitia obitus, per regul. 28. Can-
cell. de qua vbi de reg. Cancell. in quint.
diſputat. & hanc regulam Sanctam vocat
Gomeſius in illa regula per totum, & di- 43
gniſſimus ille præſes Gratiaoopolitanos,
Expelli cap. 21. part. 2. ſui libri, quæ fa-
cta fuit ad obuiandum fraudibus, de Ripa
in ſuo lib. 1. reſponſ. cap. 16. Fraus enim
nulli opitulari debet, cap. ſedes de reſcri-
ptione, cap. ex inſinuatione de appellat.
& ambitioni conſpirantium in vitam be-
neficiarorum quod ſolebat fieri ante pro-
hibitionem Concilij Laterahenſis habiti
ſub Alexandro III. de quo In cap. 2. de
conceſſ. præb. quod Capitulum dedit an-
ſam edendæ regulæ, vt doceo in illa regul.

Nec admittitur derrogatio vlla Papalis 44
in hoc regno regulæ iſti. vt notauit idem
Rebuff. in dict. tractat. nominarionum,
quæſt. 18. n. 8. & dico in illa regula quæ
habet locum in Papa, Legato à latere, &
quolibet ordioario propter paritatem ra-
tionis, vt ibi doceo, & ait gloſat. in illa re-
gula, gloſa pragmat. in rubr. de collar.
verbo faciendas. Probus in additione ad
Guimier, Anchar. conſ. 295. de Ripa in
cap. 2. in fine de reſcript. Sarnen. in illa
reg. quæſtio 1. Decius conſ. 398. Anto-

tonius Faber in ſuo cod. tit. de ſacroſanct. A Eccleſiis, idem Rebuff. in procemio concordat. verb. fati, & in rub. de mandat. Apoſtolicis, verbo iure præuentioois, & ita fuiſſe iudicatum à Senatu Gratianopolitano aſſerit. Idem præſes Expilly loco citato die 15. Februarij anni 1548.

Quinimo de conſuetudine regni requiſitio etiam ab inhabili graduato facta impedit præuentionem Papalem, teſte eodem Rebuff. in dicta rub. de mandat. Apoſtolicis illo verbo iure præuentionis, & in illa rub. de collationib. §. ſi quis vero, verb. diſpoſuerit, & quoad hoc nullum eſt dubium ſtante conſtitutione reg. rub. B de graduatis nominat. articul. 14.

43 Assertio qvarta. Summus Pontifex iure concurſus confert omnia, & ſingula beneficia in toto orbe vacantia. Textus eſt mirabilis in cap. ſi à ſede de præbend. in 6. quod capitulum quod eſt Bonifacij VIII. quia ius illud Papale aſtruit, hic appono.

Idem ſcilicet Bonifacius octauus.

44 *Si à ſede Apoſtolica, vel legato vni, & ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat qua collatio fuerit primo facta: erit potior conditio poſſidentis, ſi verò neuter poſſideat; is cui ſedes ipſa contulit,* C *vel legatus (propter conferentis ampliorem prærogatiuam) erit alteri præferendus.*

Ex hoc textu colligitur. primo Summum Pontificem concurrere cum quolibet ordinario in collationibus beneficiorum, can. ad Romanam 2. q. 2. Ioannes Monach. in cap. ſi eo tempore de elect. illo lib. Probus in additione ad dictum Ioann. Monach. in tit. de iure pat. num. 8. Gonzal. in illa reg. de menſib. §. 3. procem. num. 50. Petrus de Imol. conſ. 28. num. 15. verſ. & quamuis, Federicus de Senis conſ. 1. num. 9. verſ. ſolutio pro iure, idem Rebuff. in praxi, tit. de de- D uolutionib. n. 46. & 47. Clement. 1. vt lite pendente; & eſt communis, & vera opinio Canoniſtarum. Imol. in cap. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ. & hoc iure poteſt Papa vti etiam pendente deuolutione, vt bene notauit idem Rebuff. in dict. concord. ill. rub. de collationib. §. ſi quis vero. verbo ad alium ſuperiorem, & in praxi illo tit. de deuolut. num. 49. quemadmodum & poteſt vti iure ſuo præuentionis de quo ſuprà, quod eſt notandum.

45 Colligitur 2. ex duobus prouiſis à Papa v. g. & à legato concurrentibus in data, A quorum neuter ſe miſit in poſſeſſionem collati beneficij, venire præferendum prouiſum à Papa vti maiore ibi. (propter conferentis ampliorem prærogatiuam,) æquum enim eſt, vt prouiſus à maiori cæteris paribus præualeat prouiſo à minori. cap. per tuas de maioritat. Felinus in illa rub. de maiorit. cap. eum cui de præb. in 6. Panormit. in cap. poſtulaſtis, col. 3. de conceſſio præbendæ, Rota deciſ. 5. nota quod in antiq. idem Rebuff. illa rub. de mand. Apoſt. verb. declarantes in principio. & quod fit à maiori. veneratione ampliori tenendum eſt can. de his de conſe- B crat. diſtinct. 5. ideo citatus coram duobus iudicibus, comparere tenetur coram maiori vt reſpondi amico qui citatus fuerat coram Seneſchali Biterrenſi, & coram Senatu Tholozano, cap. cùm parati. & ibi doct. iuncta gloſa de appellationibus.

Hinc mandatarius Apoſtolicus præfertur de iure cuilibet alteri expectanti. gloſa pragmat. in tit. de collat. §. non tamen intendit, verb. effectum, & ita ſtatutum fuit in dict. concord. illa rub. de mandat. eodem §. declarantes.

Tertio colligitur. In pari caſu potiorem eſſe conditionem poſſidentis iuxta reg. in pari caſu de regul. iuris lib. 6. & hoc tam de iure diuino, quàm humano, ait A- 46 C lexand. III. in cap. ad aures de præſcript. & Innocent. III. in cap. paſtoralis de iure patronat. leges enim ſubueniunt vigilantibus, & non dormientibus, quorum negligentia nociua eſt, cap. tibi qui. ibi. (dum tamen dolus aut negligentia non poſſit imputari) de reſcript in 6. cap. ſi clericus de præbend. illo lib.

Hinc ſi prouiſus à minori poſſideat, prouiſo à maiori non poſſidente, venit præferendus ille iſti dict. cap. ſi à ſede, nam tunc illa prouiſio facta à maiori non venit conſideranda ſtante poſſeſſione alterius concurrentis vt eſt in textu ibi. *erit potior* D *conditio poſſidentis*, non enim intendit ſuperior tollere ius quæſitum per concurrentem prouiſionem alteri licet prouiſo à minori; vt ait Creſcentius deciſ. 5. num. 1. de conceſſ. præbendæ, ſi vero neuter poſſideat, prouiſus à maiori obtinere debet. vt ibi dicitur facit cap. is qui vbi re-
ceptus authoritate Papæ præfertur in aſ- 47
ſecutione præbendæ, recepto authoritate legati illo tit. de præbend. & lib. & quod dixi de Papa, & de Legato. idem dic de Epiſcopo & eius vicario. nam in concurſu duarum collationum ab his habitarum præualet collatio Epiſcopi per identita-

tem rationis deſumptam ex dict. cap. ſi à A ſede,& ita fuit ſæpius iudicatum à ſuprema regni Curia, & iudicari debet in pari caſu, cum in ſimilibus idem ſit iudicandum, cap.ſuper quodam de ſtat. monach. hinc prouiſus à minore debet præcedere cæteris paribus prouiſum à minori. gloſa in cap. 1. verb. maior de maiorit. Idem Ioannes Monach. in cap.ſtatuimus,num. 20. de reſcript. in 6. Decius conſ. 19.nu. 214. lib. 3. Nauar. conſ. 633. Caſſan. in catalog. glor. mundi, part. 4. conſid.52. verſicul. 6. excellentia, facit cap. ſi Apoſtolicæ de præbendis eodem lib. 6.

Obiicies. Paſſim in iure canonico di- B cuntur Epiſcopus, & eius Vicarius, vna, & eadem perſona. cap. 2. de conſuetud. in 6. cap. Romana de appellat. illo lib. ergo alter non eſt maior altero. Reſpondeo. Antecedens eſſe verum quoad iuriſdictionem contentioſam, in qua non datur appellatio de Vicario ad ſuum Epiſcopum,ſed ad Archiepiſcopum,vt eſt in dict. cap. Romana,ſed non quoad iuriſdictionem ordinariam verum eſt antecedens,in qua habetur vera diſcretio perſonarum. Talem enim iuriſdictionem habet Epiſcopus à ſe ipſo iure ordinario. cap. conquerente de officio ordinar. & C dico infrà,vbi de Epiſcopis,Vicarius vero habet illam iure delegationis,cap. ex frequentibus de inſtitut. cap. 2. de offic. vicar. in 6. Abbas in cap. ſignificaſti de of-

48 ficio Archid. Mendoſa in reg. Cancell. titul. 1. de male promotis. q. 6. nec præcedit Vicarius in choro Canonicos antiquiores, cap. à collatione illo tit. de appellationib. in 6. vbi gloſa, verb. Prælatus. Felinus in illa rub. de maiorit. Abbas in cap. auditis. num. 42. de elect. Decius in cap. ſignificatum, num. 5.& 6. de præbendis.

49 Quarto. Duas prouiſiones ab vno,& eodem collatore concurrentes in data D duobus factas de vno,& eodem beneficio eſſe hoc ipſo nullas. doctores,& ibi gloſa in hoc cap. ſi à ſede, primo, quia ambæ illæ collationes ſe ſe impediunt per concurſum. cum nulla poſſit aſſignari ratio cur altera præferri debeat alteri ſimul concurrenti, Abbas in cap. capitulum de reſcript. Ioannes Andr. in hoc cap. idem Rebuff. in ſua praxi, titul. de reſcript. ad beneficia vacantia,idem in tractat. de pacificis poſſeſſorib. Limitat. 17. num.265. verſicul. ſciendum tamen eſt,& hæc ratio communiter allegatur in foro à patronis. 2. quia ſectiones præbendarum ſunt prohibitæ de iure Canonico, cap. maiores & cap. tuæ fraternitatis de præbendis apud Gregorium,quemadmodum, & receptio duorum in vno & eodem beneficio. cap. dilecti,ibidem, facit contra arreſtum datum à tribus annis à prima Camera Inquiſitionum Senatus Tholozani,quo duo collitigantes obtinuerunt beneficium litigioſum.

Fallit ſi appareat, quænam prior fuerit 50 facta prouiſio, quæ ſemper præualere debet dict. cap. capitulum. cap.poſt electionem de conceſſio. præbend. in 6. cap. duobus de reſcript. illo lib. gloſa in hoc cap. ſi à ſede. verb.nec appareat: qui enim potior eſt tempore, potior eſt iure. reg. qui prior de regul. iuris in 6. ideo non poteſt ei præiudicium inferri per poſteriorem collationem cap. quia ſæpe illo tit. & lib. Rota deciſ. 17. col. 1. verſicul. nam Papa, de præbend. in nouis, & eſt regul. Cancell. de non tollend. ius quæſitum. Romanus conſ. 340 num. 8. in fine.

Fallit 2. Si recurratur ad collatorem, 51 qui declaret, quænam fuerit prior facta collatio,quod fieri debere ait Ioann. Andræ. in hoc cap. ſi à ſede,textus, & ibi Panormitanus in cap. ſane. de officio delegat. *Gratum enim gerit Papa, & acceptum, quando in negotiis dubiis, & in his, quæ ad dubitationem faciunt, pro grauitate officij cenſura ſanctæ ſedis poſtulatur,* ait Vrbanus III. in ſua decret. gratum gerimus. ibid. contra quam aſſertionem Papalem non admittitur probatio contraria, ait textus, & ibi gloſa in clement. literis. verb. feciſſe narramus de probationibus. quod tamen non admitteretur in Gallia vbi non ſeruatur talis Clement. vt patet ex concordat. rub. de ſublat. Clement. literis.

Poteſt tamen hæc prioritas dignoſci ex 52 prioritate ſcripturæ in regiſtris Epiſcopi: quo caſu prior ſcripta cenſeretur prior facta. cap. mandato de præbend. in 6. Benedict. in repetit. cap. Raynutius. verb. teſtamentum 2. num. 28. de teſtament. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum à dicto Senatu Tholozano, quoad poſſeſſorium Cancellariæ Caturcenſis, idem Rebuffus loco præallegato.

Hinc ex prioritate ſcripturæ præemi- 53 nentia arguitur. can. Epiſcopus 17. diſtinct. gloſa in can. ſicut quidem. diſtinct. 96. Decius conſ. ibi. num. 2. verſicul. ex ordine litera.

Alias veriſſimum eſt collationes concurrentes in data ab vno,& eodem colla- 54 tore factas eſſe nullas, & poſſe impetrari beneficium

beneficium à tertio per reſcriptum ſi neutri,qui obtineret in iudicio, vt fuiſſe iudicatum Pariſiis die 3. Iunij, anni 1522. referente domino Viole, dicit Papon lib. 2. arreſtorum, arreſt. 10. tit. 9. de prouiſionib. & hoc reſcriptum ſi neutri datur vt plurimum tertio, qui in lite nondum eſt gloſa in reg. 62. cancell. & poteſt impetrari in quocumque ſtatu litis,imò,& pendente appellatione. vt rect. notauit idem Rebuff. in praxi,tit. de reſcript. ſi neutri. & ita ſeruatur de ſtylo regni, vbi idem ſeruatur de tribus, vel quatuor prouiſionibus concurrentibus, quod de illis duabus,quæ omnes ſunt nullæ & irritæ propter identitatem rationis. Ioannes Brunel. in tractat. de dignit. legat. concluſ. 23. idem Rebuff. vbi ſuprà ampliati. 5. num. 2.

55 Nec poſſunt taliter prouiſi iuuari de cetero de pacific. poſſeſſ. quæ exigit verum, vel ſaltem coloratum titulum,vt dico infrà,& eſt in textu dictæ regulæ, ibi. ſed habens coloratum titulum, ſed talis titulus non poteſt dici coloratus,quia nullus iuxta alium textum valde notabilem cap. cùm noſtris de conceſſion. præb. ergo.

56 Nec prodeſt quidquam prioritas poſſeſſionis in illis prouiſionibus ab vno & eodem collatore emanantibus, ſimulque concurrentibus, vt dictum fuit optime per dictum arreſtum domini de Viole ſuprà citatum.

Obiicies prædictum, *cap. ſi à ſede*, velle verbis expreſſis,vt habeatur ratio prioritatis poſſeſſionis,ibi. erit potior conditio poſſidentis. Reſpondeo non bene concipi mentem legiſlatoris: nam in dicto cap. vult dominus Bonifacius, vt habeatur quidem ratio prioritatis poſſeſſionis,quãdo agitur de duabus collationibus, à duabus perſonis. vt Papa, & legato factis concurrentibus, quarum illa debet præualere,quæ prior fuit publicata per ſumptam poſſeſſionem. dummodo nulla ſit prioritas conceſſionis,quæ præualet ſemper. cap. eum cui, & cap. quia ſæpe de præb. in 6. hic autem agitur de duabus collationibus ab vna, & eadem perſona factis, in quibus vere nulla inſpici debet prioritas poſſeſſionis,quæ non poteſt ſuſpendere incurſam nullitatem. Doctores iuncta gloſa in hoc cap. ſi à ſede.

57 Colligitur inſuper. In caſu concurſus collationis Papalis, factæ ex cauſa reſignationis,cum clauſula etiam ſi per obitum, & collationis ordinarij, præualere

A collationem Papæ 1. propter conferentis ampliorem prærogatiuam, vt eſt in textu dict. cap. & cap. is qui. ibidem. 2. propter reſignationem,quæ præcipuo fauore gaudet, vt fuit iudicatum ab eodem Senatu Pariſienſi die 24. Decembris,anni 1522. & in vigilia diui Mathæi,anni 1542. teſte eodem Rebuff. vbi ſuperius,& Papo. loco citat. arreſto 11.

Colligitur penultimo. ex duabus prouiſionibus factis à duobus collatoribus eodem die, & hora venire præferendam illam quæ prior fuit publicata: ibi erit potior conditio poſſidentis,iura enim ſubueniunt vigilantibus. gloſa in cap. ex parte B 2. verb. incuria de conſuet. & in cap. imputari, verb. contrarius de fide inſtrumentorum.

Limita. Si non poſſidens fuerit prouiſus per verbum fiat,& poſſidens per conceſſum. quo caſu prouiſus per fiat præferri debet, quod eſt valde notandum. Caſſad. deciſ. 13. in regul. Cancell. idem Rebuff. in praxi parte 2. ſignat. num. 11. & eſt regul. Cancell. quoad hoc, vt dico infrà, quod eſt dicendum à fortiori, ſi vterque poſſideret per diſpoſitionem,cap. duobus de reſcriptis, lib. 6. 58

C Collige vltimo ſecurius eſſe vt apponatur hora in quacumque collatione,imo & præferendum venire cum qui mentionem fecit Horæ licet à minore prouiſũ, vti deſiderare videtur dictum cap. ibi. nec appareat. Decius conſilio 169. & diligenter in fine,vbi affirmat Rotam ita iudicaſſe,& ita etiam iudicauit idem Senatus, teſte eodem Papo. loco prædicto, arreſt. 12. quare tu caueas,vt non omittatur hora.

Sed quia de ſtylo Curiæ non apponitur hora in ſignatura, vt gloſa in dict. cap. duobus de reſcript. in 6. probatio fieri poteſt per teſtes, gloſa in hoc cap. ſi à ſede, Couar. in ſuo tractat, benefic. part. 2. cap. 3. num. 7. ne inutiliter Papa conferre D dicatur,& ne videatur ius ſuum negligere,qui alios in ſua iuſtitia confouet, ait textus in cap. 2. de ſupplendis neglig. prælat. 59

Limita 1. & dic concurſum non admitti in regno quoad beneficia iuris patronatus laici, & ita ſeruari de conſuetudine affirmat idem Rebuff. in illo tractat. nominat. quæſt. 15. num. 2. quemadmodum nec nominationes,vt bene gloſa pragmat. in §. ſtatuit, verb. præſentatio, tubr. de collat. & dico vbi de nominat. nec mandarum Papale. Ruzæus in tractatu de mandat. Apoſt. part. 2. idem Rebuff. vbi 60 61

C

ſnprà, quæſt. 8. num. 2. Bauny in dict. A
praxi, tit. de iure patronat.

Quin etiam poteſt de conſuetudine fo-
ri externi patronus appellare ab executio-
ne literarum Papalium, tamquam ab abu-
62 ſu, & hoc forte propter maius bonum, ne
ſcilicet alij laici retrahantur à fundationi-
bus Eccleſiarum. quam rationem conſi-
derauit Archid. in cap. 2. de præb. gloſa
in cap. cum dilectus de iure patronat. di-
cam Infrà vbi de iure deuolut. Rochus
Curtius in illo tractat. de iure patronat.
verb. honorificum, quæſt. 3. quod eue-
niret ſine dubio: ſi non poſſent libere no-
minare, quare melius eſt, vt toties libere B
nominent, quoties beneficium vacat. Ro-
ta deciſ. 365. nota quod in antiq. Patiſ.
lib. 12. de reſignat. benef. quæſt. 2.
num. 19.

63 Limita 2. & quoad beneficia ſimplicia
vacantia tempore aperturæ regaliæ in
quibus de conſuetudine regni non ad-
mittitur concurſus Papalis, quia illa con-
fert dominus Rex, vel ex priuilegio vel
ex conſuetudine, cap. generali de elect.
in 6. Rebuff. in dict. tractatu nominatio-
num dicta quæſt. 15. num. 8. quod ius
regaliæ ita regiæ coronæ inhæret, vt ab ea
ſeparari nequaquam poſſit, teſte Bened. C
in repetit. cap. Raynurius, verb. & vxo-
rem nomine Adelaſiam, num. 37. de te-
ſtament. dicam vbi de iure regaliæ in di-
ſputat. 6. ſicut in his non admittuntur no-
minationes dicta gloſa in §. item quod ad
dictas, verb. Eccleſiaſtico de collatio. in
pragmat. & in §. item quod, verb. regalia
de annatis, Bauny in dicta praxi, titul. de
effectib. iuris regal. cap. 18. nec manda-
ta. Charondas lib. 2. reſponſ. cap. 1.
Chopin. de ſacra politia, tit. 7. Papon.
lib. 2. arreſtorum, tit. 5. arreſto 7.

64 Assertio qvinta. Summus
Pontifex confert omnia beneficia iure
deuoluto, cap. 2. de conceſſ. præb. cap. D
licet de ſupplenda negligent. prælaro-
rum. clement. vna illo tit. Caſſad. deciſ.
8. num. 4. de præbend. idem Rebuffus
in praxi tit. num. 46. & ſequenti. Com-
poſtella. in cap. ne pro defectu, num. 4.
in fine de elect. quod vt clarius pateat.

65 Sciendum eſt præfinitum fuiſſe tempus
à dicto Lateranenſi Concilio habito ſub
domino Alexandro III. anno 1179. de
quo ſuprà, & quod habetur in dict. cap.
2. cap. cum in cunctis de electione, cap.
prohibemus de cenſibus, & multis alijs in
locis iuris Canonici intra quod tenen-
tur ordinarij conferre, quo elapſo nulla
eſt collatio, cap. licet, & cap. literat de
ſupplend. neglig. prælatorum, & doce-
bimus paulo inferius.

Laicis patronis eſt quadrimeſtre ad præ- 66
ſentandum, cap. eam te, & cap. cum pro-
pter de iure patronatus, ſed melius in cap.
vno, illo tit. in 6. quo finito, ille qui poteſt
de iure inſtituere, poteſt conferre pleno
iure pro hac vice, ſine tamen præiudicio
iuris patronatus in poſterum. ait Clemẽt.
3. in cap. 1. illo tit. de ſupplend. neglig.
prælat.

Patronis Eccleſiaſticis, & collatoribus 67
eſt ſemeſtre dicto cap. vno, Abbas in
cap. cum noſtris. notab. 2 illo tit. de con-
ceſſ. præbendæ. Rebuff. in concordat.
rub. de reg. ad prælat nominat. §. 1. ver-
bo intra ſex menſes, gloſa in cap. vltimo,
verb. tempus ſtatutum à canone, de elect.
ſiue collator fuerit in territorio, ſiue non
cap. 1. de officio legati. Ioannes An-
dreæ. in cap. ſi Apoſtolicæ de præbend.
in 6. Idem dic de executore Apoſtolico
per clement. ſi beneficio illo tit.

Electoribus eſt trimeſtre tantum quo 68
ad Cathedrales vel regulares Eccleſias,
cap. cum in cunctis, & cap. ne pro defectu
de elect. gloſa in dict. cap. vltimo, verbo
tempus propter maius periculum quod
oritur ex diutina vacatione cathedralium
Eccleſiarum, & Monaſteriorum, cap. vbi
periculum, illo tit. in 6. gloſa in dict. cap.
ne pro defectu, verbo regularis.

Sciendum eſt 2. hoc ius deuolutionis 69
currere diebus etiam feriatis, vt benè
notat idem Abbas in dict. cap. 2. & in-
uentum fuiſſe multis de cauſis 1. ad pu-
niendam negligentiam inferiorum, vt 70
conſtat ex illa rub. de ſupplend. neglig.
prælat. tum in decretalibus Gregor. IX.
cum in clement. dicta cap. 2. & cap. quia
diuerſitatem ibidem de conceſſ. præb.
cap. quamquam de elect. in 6. Felinus in
cap. à nobis de exceptionibus, Rochus
Curt. in tractat. de iure patronat. illo
verb. honorificum, quæſt. 27. idem Re-
buff. in dict. concordat. rub. de collatio-
nib. §. ſi quis vero, verb. deuoluantur.
Qui tunc dicuntur negligentes, quando 71
omiſerunt facere id, quod poterant, & de
iure debebant facere. notatur in cap. ſi
clericus de præb. illo lib. 6. idem Ioannes
Andr. in cap. cupientes. §. quod ſuper de
elect. illo eodem lib. vel qui recuſarunt
facere collationes ad requiſitiones ido-
neorum. paria enim ſunt recuſare, & dif-
ferre. Guid. Papæ in ſuis deciſ. delphinat.
deciſione 569. gloſa in clement. dudum,

verb. recuſauerint de ſepult. quibus caſi- A
bus cum multis aliis relatis à dicto Re-
buffo in dict. concordat. rub. de collat.
verb. impedimento ceſſante legitimo.
poſſunt adiri ſuperiores tales collatorum,
ad quos per tales recuſationes ius de-
uolutum fuit. quod potiſſimum fit in fa-
uorem graduatorum, ait gloſa pragmat. in
§. quod ſi quis, verb. eo ipſo illa rub. imo
per plura atteſta dictum fuit poſſe gradua-
tos adire proximiores Epiſcopos in recu-
ſationem ordinariorum, & ita ſeruatur de
praxi, per quam non recurritur ad Me-
tropolitanum licet ſuffraganeorum ſuo-
rum immediatum ſuperiorem. cap. Ro- B
mana de appellat. in 6. ſed ad alium Epi-
ſcopum viciniorem qui confert iure de-
uoluto tanquam conſeruator Apoſtoli-
cus & Regius concordati.

73 Secundo inſtitutum fuit ius iſtud deuo-
lutionis, ne Eccleſiæ viduatæ longius re-
maneant in illa viduitate, quæ multum
periculi infert vt plurimum animabus,
cap. vbi periculum, & cap. quam ſit de
elect. in 6. Idem Rebuffus loco ſupra ci-
tato, idem Loter. vbi ſuprà num. 1. Pari-
ſiſius lib. 8. q. 9. num. 42. 3 vt obuietur
fraudibus collatorum, qui ſolebant occu-
pare reditus viduatarum Eccleſiarũ tem-
pore viduitatis, vt ait Concilium genera- C
le habitum ſub domino Innocent. III.
relatum in cap. 1. vt Eccleſiaſt. benef. ſi-
ne diminut. conferant. & Bonifac. VIII.
in cap. quia ſæpe de elect. in ſuo 6. lib.
ita faciebat Epiſcopus ille Tholoſanus
de quo conqueritur idem Innocent. in
cap. per inquiſitionem de elect. in cap.
qualiter & quando de accuſ. quibus frau-
dibus obuiandum fuit. cap. ſedes de re-
ſcript. cap. officij de teſtamentis, 4. pro-
pter vtilitatem publicam quæ vult, vt
actus legitimi non omittantur, vt ait idem
Rebuff. in dicta rub. de collatio. §. ſi quis
veto, verbo declinante in concord. idem
Loterius loco citato 5. vt quælibet Eccle- D
ſia ſuum habeat ſponſum qui caueat ne
debitis obſequiis defraudetur.

74 Ideo non currit tempus legitimo impe-
dito, cap. vltimo de elect. in antiq. Ratio
hæc eſt quia taliter impeditus non poteſt
dici negligens, cap. ſciſcitatus de reſcript.
text. & ibi. doct. in c. 2. de teſtib. cap. quia
diuerſitatem, & cap. dilectus de conceſſ.
præb. cap. commiſſa de elect. in 6. cap.
cupientes. §. inſuper illo tit. & lib. cle-
ment. vt ij qui de ætate. Rebuff. in praxi,
tit. de deuolut. num. 8. & num. 13. & in
concordat. rub. de collat. §. ſi quis vero,
ſuper verb. deuoluatur, Alexand. conſ.
58. num. 10. lib. 5.

Fallit ſi impedimentum poterat tolli
ab impedito adhibita aliqua diligentia,
quo caſu curreret tempus deuolutionis,
per textum dict. cap. ſciſcitatus, & cap.
vlt. de elect. Decius in dict. cap. 2. num.
9. de teſtib. Innoc. in cap. ex tranſmiſſa
de præſcript. & ibi. Felinus num. 6. & ſe-
quenti. Rota deciſ. 104. num. 3. parte 1.
diuerſ. idem Rebuff. in tractat. de pacif.
poſſeſſ. num. 309. Loterius in re benefi-
ciar. lib. 2. quæſt. 24. num. 21. ideo qui
allegat impedimentum debet illud pro-
bare fuiſſe ineuitabile, vt ait in noſtro ca-
ſu gloſa in dict. cap. quia diuerſitatem,
verb. ſuſpenſiunis, & in ſimili caſu dico
in regula de public. reſignat. infrà in di-
ſput. 5. nec eſt neceſſaria vlla proteſtatio,
quidquid dicat Felinus in dict. cap. ex
tranſmiſſa dummodo oſtendatur & pro-
betur impedimenti ineuitabilitas, & dili-
gentiæ adhibitio facta in tollendo, vt be-
ne ſentit dict. gloſa in dict. cap. quia di-
uerſitatem.

Quæres cur æquale tempus datum non 75
fuerit iſtis patronis. Reſpondeo, quod fuit
conſultiſſima factum ratione. vt nempe
qui in vno grauatur, releuetur in altero,
ſicuti eſſe debet, cap. cum vos de officio
ordinar. cap. plures de iure patron. in
clement. nam patronus laicus poteſt va-
riare, id eſt præſentato non idoneo, alte-
rum præſentare intra ſuum tempus. cap. 76
quod autem, cap. 1. illo tit. in 6. de Ripa
in rub. de iudici. Pias. in praxi Epiſc.
part. 2. cap. 5. vero. illo tit. de iure patro-
nat. num. 8. Rebuff. in tractat. nominat.
q. 17. num. 224. in fine, etiam pendente
appellatione primi præſentati. Abbas in
cap. paſtoralis illo tit. Pariſius lib. 2. reſi-
gnat. quæſt. 23. num. 15.

Fallit ſi iurauerit non variare, tunc 77
enim non poſſet obſtante iuramento, per
quod ligatur. cap. quærelam de iureiur.
ita reſoluit Rochus Curtius in ſuo tract.
de iure patronat. quæſt. 12. Boerius. quæ-
ſtion. 207. ad ſecundam. poteſt enim qui-
libet iuri ſuo renunciare, cap. veniens de
præſcript. cap. auditis de reſtit. ſpoliar.
& toto tit. de renuntiat.

Hinc qui iurauit renunciare iuri pa- 78
tronatus, non poteſt illud repetere. doct.
in cap. quamuis de pactis in 6. Bened-
ctus in repetir. cap. Raynutius, verb. duas
habens filias de teſtament.

Hinc qui iurauit vxori ſuæ, dum eam 79
duceret ſe manſurum cum ea in loco ori-

ginis illius tenetur ibi degere, communis A est opinio doctor. in cap. 1. qui matrimonium accuſare poſſint.

80 Idem dicendum de filio, qui cum iuramento renunciauit bonis paternis, quæ poſtea non poteſt repetere etiam mortuo patre ab inteſtato, cap. cùm contingat de iureiurando. & dict. cap. quamuis.

81 Non vero variare poteſt patronus Eccleſiaſticus, cap. cùm in cunctis. §. final. de electione, cap. publicato ibidem, cap. inter de exceſſibus prælar. clement. vna. de renunciat. gloſa in dict. cap. cùm autem de iure patron. nam variatio arguit leuitatem quandam, quæ dedecet perſo- B nas Eccleſiaſticas. can. quæ dignior. 24. quæſt. 1. 2. quia præſentatio patroni Eccleſiaſtici habet vim electionis, in qua non admittitur variatio. Doct. in dict. cap. publicato, Abbas in dict. cap. cùm autem, clement. 2. de iure patronat. & quemadmodum ius acquiritur electo per ſuam electionem (vt oſtenſum fuit ſuprà) cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6. facit textus in cap. bonæ. 2. de poteſt. prælat. cap. cùm olim de re iudicar. Zarabella in dicta clemenr. 1. 3. quia actus Eccleſiaſtici ſtabiles eſſe debent, regul. quod ſemel placuit de regul. iuris in 6. Felinus in cap. C cùm olim, num. 5. de maiorit. Rota deciſ. 32. de præbend. in nouis, & deciſ. 29. de conceſſ. præbend. ibidem. Ad quod adde debere clericos eſſe ſolidioris ingenij, idem Zarabella in conſilio 137. factum eſt tale, regul. beneficium de reg. iur. eodem lib. 6.

Ideo longius tempus concedendum fuit iſti quam illi, vt ſentiret commodum, ſicut, & onus, regul. qui ſentit, ibid. de reg. iuris eod. lib. 6. Gomeſ. in reg. de impetrat. benef. vacant. per obitum famil. Card. quæſtione 8. num. 4. in fine.

82 Et hoc tempus datum patronis ad præſentandum, & collatoribus ad conferen- D dum computatur à die notitiæ obitus, can. biduum 2. q. 6. dict. cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. 1. Abbas in cap. ex parte illo tit. & in cap. ſicut de accuſationibus 1. quia ita voluerunt conditores, vt in cap. 3. illo tit. ibi. ſemeſtre autem tempus, non à tempore vacationis præbendarum, ſed notitiæ illius volumus computari. Ergo ſeruanda eſt conſtitutio facta ab habente poteſtatem illam
83 edendi. cap. canonum, & ibi. Doct. de conſtitut. 2. quia ius illud deuolutionis inſtitutum fuit (vt dictum manet) ad puniendam negligentiam inferiorum. tota rub. de ſupplend. neglig. prælat. cap. dilectus, ibi. nos attendentes, quod canon. Lateranenſis. Concilij ab Alexandro Papa contra negligentes editus, illo titul. de conceſſ. præb. ſed qui ignorat, non poteſt dici negligens, cap. quamquam de elect. in 6. dict. cap. quia diuerſitatem. Decius conſ. 44. num. 36. volum. 1. Rota deciſ. 261. num. 6. parte 1. in recentioribus, Rebuffus in concord. rub. de reg. ad prælat. nominat. verbo à die vacationis computandos, Loterius lib. 2. quæſt. 24. num. 10. ad quod adde nullitatem collationis, vel nominationis eſſe pœnam. gloſ. & ibi. Doct. in cap. 2. de conſtit. quæ præſupponit aliquam culpam in ſuo authore, ſed ibi non eſt culpa vbi eſt iuſta cauſa ignorandi, vt ait idem Rebuff. loco citato regula non eſt de reg. iuris in 6. ergo.

Limita, ſi ignorãtia eſſet affectata, æqualis 84
eſſet eius patroni, vel collatoris, qui cum eſſet v. g. in loco beneficij vbi mortuus eſt beneficiatus, vel in loco viciniori diceret ſe neſciuiſſe vacationem, quæ tamen eſſet nota aliis remotioribus, cap. quoſdam, & cap. quanto de præſumptionibus, cap. vno de conceſſ. præb. in clement.

Ideo dic quod tempus deuolutionis currit à die notitiæ obitus veræ, vel præſumptæ, id eſt à die quo ſcita eſt, vel nota vacatio beneficij, vel ſciri potuit, omni ſemota fraude, Felinus in cap. à nobis de exceptionibus, Rota deciſ. 263. ſi propter in nouis. gloſa pragmat. in §. viſum, verbo computandum, rub. de collat. Ioannes de Selua in ſuo tractat. beneficial. part. 3. q. 59. Rebuff. vbi ſuprà, verbo ſex menſes, idem Loterius loco præallegato. num. 16. vbi dicit ita ſeruari à Rota.

Lapſo autem tempore præſentandi, vel 85
conferendi collatio facta ab inferiore nulla eſt. cap. literas, & cap. finali de ſupplend. neglig. prælatorum. quia tempus hoc apponitur, vt forma. qua non ſeruata nihil fit, dicto cap. 2. de conceſſ. præbend. cap. 1. de temporibus ordinatio. in 6. Rebuffus in concordat. rub. forma mandat. Apoſt. in principio. cum ius deuolutum fuerit ad ſuperiorem, vt in dict. cap. 2. v. g. de patrono ad inſtituẽrem, qui de conſuetudine poteſt eſſe inferior Epiſcopo, cap. accedentes de præſcript. apud Gregorium.

Et hoc ius deuolutionis fit gradatim. 86
Rebuff. in concordat. rub. de collar. § ſi quis vero, verb. diſpoſuerit, verſ. 2. infertur. quod ad gradus perſonarum debet

referri, gloſa in cap. vltimo. de conſuet.
in 6. Rota deciſ. 300. ſi mandetur in no-
uis. ſcilicet de patrono ad inſtituentem
ſiue ſit Epiſcopus, ſiue inferior, vt Cano-
nicus, (quemadmodum in noſtra Eccleſia
ſeruatur quoad aliqua beneficia,) de Ca-
nonico ad Epiſcopum, de Epiſcopo ad
Archiepiſcopum, de Archiepiſcopo ad
87 Primatem, ceu Patriarcham ſi quis ſit, de
Patriarcha ad Papam, idem Rebuff. loco
citato verſ. item iſta dictio, ſuper verb. ad
alium ſuperiorem, & in Papa ius illud re-
quieſcit cum non habeat ſuperiorem,
ideo poteſt omni tempore illo vti can.
aliorum 9. q. 3. cap. licet, ibi. in Romana
vero Curia ſpeciale aliquid conſtituitur,
cum non poterit ad ſuperiorem recur-
ſus haberi de electione in fine, idem in
cap. cum noſtris de conceſſ. præbendæ.
Rebuffus vbi ſuprà verſ. Papæ vero. §. 1.
88 Fallit in beneficiis parrochialibus va-
cantibus in Curia tempore vacationis ſe-
dis, tunc enim poſſunt de illis inferiores
prouidere, ſi de illis Papa non diſpoſue-
rit ante mortem, per cap. ſi Apoſtolica de
præbendis in 6.
89 Fallit 2. de beneficiis vacantibus in Cu-
ria, ſi de his non diſpoſuerit intra menſem
Papa à die obitus computandum per cap.
ſtatutum illo tit. & lib. per quod capitu-
lum fit moderatio & reſtrictio ad cap. 1.
& 2. Clementis. 4. illo tit. & lib.
Extra hos duos caſus, deuolutio fit re-
gulariter ad immediatum ſuperiorem, vt
eſt textus in clement. vna, vbi gloſ. ver-
bo diſpoſitionem de ſupplend. negligen.
prælatorum, gloſ. in §. quod ſi quis, rub.
de collationibus, verbo proximum in
pragmatica.
90 Hinc de eligentibus deuolutio fit ad
ſuperiorem confirmantem, cap. cum
Vvintonenſis, & cap. ſcriptum eſt de ele-
ctione, cap. quamquam illo tit. in 6. & in
cap. ſi compromiſſarius, ibid. cap. 2. de
ſupplend. neglig. prælatorum, Doctores
in cap. vltimo, illo tit. de elect. in 6. gloſa
in dicta clement. vnica, Panormit. in
cap. 1. de electione apud Gregorium, Ro-
chus Curtius in tract. de iure patronatus,
verb. honorificum, q. 33.
91 Fallit, in caſu inſerto in dict. cap. quam-
quam, vbi in caſu ſuſpenſionis, vel priua-
tionis eligentium canonicorum ius deuo-
lutionis defertur immediatè ad Papam
nullo intermedio.
92 Imo & de exemptis deuolutio fit ad
ſolum Papam, textus eſt ſingularis in dict.
clement. vnica, quia ad Papam pertinent
A nullo intermedio, cap. 2. de in inte-
grum reſtitutio. ſic dicti, quia erepti de iu- 93
riſdictione ordinariorum priuilegio &
gratia Summi Pontificis, cap. auditis, illo
tit. gloſa in cap. cùm olim 1 de priuilegiis
in 6. Geminianus in cap. ſi Papa, illo tit.
& lib. Oldrad. conſ. 172. Decius conſi-
lio 113. num. 7. & hi exempti magis ſub-
iiciuntur domino Papæ quam alij, quia
illum habent immediatum ſuperiorem, 94
can. nulla 93. diſtinct. dicto cap. autho-
ritate, Panormit. in cap. nihil eſt de elect.
Gomeſ. in regul. de infirmis, q. 1. Rebuff.
B vbi ſuprà, verbo ad alium ſuperiorem,
ideo debent reſignare ſua beneficia co-
ram ſolo Papa, vt dico infrà vbi de reſi-
gnationib. Mendoſa in praxi ſignat. gra-
tiæ titulo reſignationes, colum penult.
Doctores in cap. ſi Abbatem, iuncta gloſa
de electione in 6.
Hoc autem tempus datum patronis, & 95
collatoribus non poteſt Epiſcopus abbre-
uiare, cap. vltimo de tranſactionibus,
cap. indultum de re iudicat. in 6. Docto-
res in cap. in cauſis de electione, Felinus
in cap. cum Bertholdus, col. 4. illo tit. de
C re iudicat. Rochus Curtius in illo tractat.
de iure patron. verb. honorificum, quæſt.
22. 1. quia quando tempus datur à lege
ita vt illo elapſo pœna ſubſequatur, non
poteſt imminui gloſa in cap. 1. verbo ter-
tio de vita & honeſt. cleri. in clement. 2.
quia tempus illud eſt à Concilio poſitum
ſupra quod Epiſcopus non poteſt diſpen-
ſare comm. opinio Doctorum, in cap. di-
lecti, & ibi. gloſ. verb. ætate de electione,
licet poſſit Epiſcopus prorogare tempus 96
patronis in præiudicium ſui Mendoſa in
praxi ſignat gratiæ titulo de prorogatio-
D nibus, Rebuff. in praxi, tit. de deuolutio.
n. 30. & ita fuiſſe deciſum à Rota aſſerit;
Creſcentius deciſ. 148. ſed in hoc caſu
ius deuolutionis deuenit ad immediatum 97
ſuperiorem Epiſcopi, quod eſt notandum
cum non potuerit nocere tertio, ſed ſibi
ſoli, duclos in Pariſium lib. 7. de reſigna-
tionibus, quæſt. vltima, num. vltimo, ex
his.
Collige 1. Ius deuolutionis fieri ſem- 98
per de inferiore ad ſuperiorem, vt oſten-
ſum ſatis fuit, textus eſt in can. ſcimus.
vbi in caſu negligentiæ ex parte Epiſcopi
ponendi œconomos, in ſuis Eccleſiis, Ar-
chiepiſcopi vt ſuperiores iure deuoluto
illos ponunt 9. q. 3. de capitulo ad Epi-
ſcopum non vice verſa Aufreri. deciſio-
ne 434. cap. ne pro defectu de electione,
cap. irrefragabili de officio ordinarij.

Obiicies dict. cap. 2. de conceſſ. præb. A velle formaliter vt capitulum conferat iure deuoloto beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, qui de his non diſpoſuit intra tempus. ibi. ſi autem Epiſcopus vbi ad eum ſpectat, conferre diſtulerit, per capitulum ordinetur, ergo ſit deuolutio de Epiſcopo ad capitulum. Reſpondeo. Alexandrum III. loqui ibi. de beneficiis quorum collatio ſpectat ad Epiſcopum, & capitulum coniunctim in quibus ſit illa deuolutio, cap. 2. de ſede vacant. quid innouetur, ſed non de beneficiis, quæ confert Epiſcopus ſolus quæ quidem cum non poſſit capitulum conferre B viuente prælato, ea conferre etiam nequit eo mortuo, dict. cap. 2. & cap. 100, illo tit. in 6.

99 Collige 2. Superiorem potiri eo tempore, quo gaudebat inferior, qui per negligentiam amiſit ſuum tempus, vnde ſi quadrimeſtre habebat patronus, quadrimeſtre habebit ſuperior, ſi ſemeſtre, par, & æquale tẽpus habebit dict. cap. vno. Zerola de beneficiis dubio 3. ca. eam re de iure patron. Lambertinus illo tit. lib. 2. part. 3. q. 2. art. 8. Rebuff. in tractatu nominatio. quæſt. 8. num. 12. nam qui ſuccedit in locum alterius, eodem vti iure debet reg. qui in locum de regul. iuris in 6.

100 Collige 3. teneri ſuperiorem eiſdem con- C ferre perſonis quibus tenebatur inferior, textus eſt in dict. clement. vna. deuolutio enim ſit cum eiſdem qualitatibus, gloſa in cap. ne pro defectu, verb. & ipſius, vbi Doct. de elect. Panormit. in cap. poſſeſſiones. num. 5. de rebus Eccleſ. alienare, vel non. Gonzal. in regul. 8. cancellar. gloſ. 46. num. 33. Rota deciſ. 79. incip. vacauit in recent. impreſſis de anno 1637. idem Rebuff. in praxi, tit. de deuolut. num. 40. gloſa in cap. 1. verb. Monaſterium de ſupplend. neglig. prælat. in clement. quare ſi conferre debebat iſte graduato tenebitur & ille gloſa pragmat. D in dict. §. ſi quis, verb. ſimiliter de collationibus, Rebuff. in concord. rub. eadem §. ſi quis vero, verb. qui eiſdem perſonis, idem dic ſi debebatur beneficium vni de

101 familia patroni cum res tranſeat cum ſuo onere, cap. cum non ſit, & cap. paſtoralis de decimis, cap. ex literis de pignoribus, dicta clement. vna, Felinus in cap. cum acceſſiſſent, col. 7. num. 18. de conſtitutionibus, Ioannes Andræas in Mercuriali bus in reg. contra de reg. iuris in 6. Corſet. io ſing. incipiente conſilium, de Selua in ſuo tractat. beneficial. parte 3. quæſt. 49. imo & Papa recte confert eiſdem perſonis quando confert iure deuoluto. Ioan. Andræ. in cap. cum in tua, num. 3. de conſuet. in 6. gloſa pragmat. rub. de collat. §. item quod, verb. ſcilicet, poteſt 102 tamen Papa vti iure præuentionis, vel concurſus pendente tẽpore deuolutionis, & valet ab eo facta collatio altero illorum iurium, habet enim pleniſſimam poteſtatem, cap. propoſuit de conceſſ. præbend. in 6. Doctores in cap. quæ Eccleſiarum de conſtitutionib. vt ordinarius ordinariorum, gloſa pragmat. in §. quod ſi quis verbo Pontificem, illa rub. de collationibus, Rebuff. in concordat. illo tit. §. ſi quis vero, verbo deuolutio, idem de Selua loco prædicto.

Obiicies deuolutio debet fieri gradatim dict. cap. 2. de conceſſ. præbend. ſed nunquam fieret gradatim ſi Papa vteretur iure præuentionis, vel concurſus, ergo non poteſt illo vti maximè pendente deuolutione. Reſpondeo. Conceſſ. maiori nego minorem, nam tunc Papa non conferret iure deuoluto, quod non poteſt cum nondum ad ſe ius deuolutum non fuerit, Felinus in cap. cùm ex officij de præſcriptionib. ſed bene iure præuentionis, vel concurſus, quod poteſt facere propter ſupremam poteſtatem quam habet. Ioannes Monachus in cap. ſi eo tempore de elect. in 6. Panormit. in dict. cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præbendæ, Clement. 1. vt lite pendente, cap. officij de teſtament. Quando enim duo iura 103 concurrunt in vna & eadem perſona, poteſt illa vno iure facere, quod non poteſt altero. Baldus in cap. cùm olim de re iudicat. & cum id de iure poſſit Papa, poſſe etiam ipſum dico illud enim poſſe dicimur, quod de iure poſſumus, can. faciet 22. q. 2. cap. ſciſcitatus de reſcriptis, cap. innotuit de electione.

Collige quinto, collationem illam à 104 quoquam factam eſſe nullam, quæ facta fuit iure deuoluto, quod nondum euenerat, licet poſtea euenerit, per textum cap. commiſſa de electione in 6. gloſa in cap. vt hi qui, verb. conſtitutus de ætate. facit gloſa in cap. vbi periculum de electione in 6. textus in cap. ex parte de conceſſ. præbendæ, collatio enim eſt actus legitimus qui non poteſt eſſe in ſuſpenſo, Doctores iuncta gloſ. in cap. 2. illo de elect. in 6. regul. actus de reg. iuris illo lib. niſi in caſu inſerto in cap. tibi qui de præbendis, eodem lib. Nam præpropera collatio 105 non valet, Doctores in cap. ſtatutum, illo

Digitized by Google

tit. & lib. nec ideo collatio facta à ſuperiore iure deuoluto quod nondum euenerat, Felinus in dict. cap. cum ex officij. Quemadmodum probatum fuit ſupra collationem factam poſt deuolutionem non valere, per cap. licet de ſupplenda negligent. prælatorum, idem Felinus in cap. cùm dilecta ampliatione 5. de reſcript. Rebuff. in tractat. nominatio: quæſt. 14.

106 Collige 6. Solere Papam de ſtylo ponere hæc verba in ſua ſignatura quando confert iure deuoluto, quod tanto tempore beneficium vacauit, vt eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij ad Sedem Apoſtolicam legitimè ſit deuoluta, ita Innocent. III. in dict. cap. literas, & cap. cum noſtris de conceſſ. præb.

107 Collige 7. Collationem Ordinarij non valere factam iure ordinario, quam debebat facere iure deuoluto, quia vult quod non poteſt, cùm noluerit quod poterat. ita reſoluit idem Innocentius in ſua decretali cum ſuper de officio delegati, modus enim verus vacationis, & modus prouiſionis inſeri debet, alioquin nulla eſt collatio ſicuti vagans, & incerta vt fuit iudicatum Pariſiis.

108 Nota penultimo poſſe Papam de iure conferre beneficia iuris patronatus laici nulla ſeruata regula, vel ſecuto ordine fundationis ex omnimoda poteſtate quā habet in ſpiritualibus, vt eſt communis opinio Doctorum, in cap. 2. de præbend. in 6. talia enim beneficia ſunt ſpiritualia, & ſpiritualibus annexa, cap. quæſitum de A rerum permutatione, ideo non poſſunt vendi, cap. ex literis de iure patronat. gloſa in can. piæ mentis 16. q. 7. Panormit. in cap. dilectus de officio legati, & in cap. quoniam, illo tit. de iure patronat. Innocent. in illa rub.

Debet tamen expreſſa fieri detrogatio à Papa, Archidia. in dict. cap. piæ mentis. gloſa in clement. 2. verb. Apoſtolicis de præbendis, & eſt communis opinio Abbas in dict. cap. dilectus de off. legat, Hoſtienſis in dict. cap. quoniam, Mendoſa conſil. 7. & 8. verſic. poteſt dertogare, quia laici habent illud ex mera gratia Papæ Archidiaconus communiter receptus in can. ſi quis, nu. 3. 16. q. 3. gloſ. in clement. 2. de iure patronatus, Doctores in cap. cùm dilectus, illo tit. apud Gregorium, B Ioannes Andræas in dict. cap. 2. de præbendis in 6. Felinus in tractat. quando literæ Apoſtolicæ noceant patronis. 109 110

Hæ tamen derrogationes non admittuntur in Gallia de conſuetudine, Rebuff. in praxi, 3. parte ſignatur. verb. necnon, & in tractat. nomioationum, quæſt. 15. num. 2. & dixi ſuprà, vbi de iure præuentionis Papalis, & concurſus. 111

Nota vltimo poſſe ordinarium qui per negligentiam perdidit ius ſuum conferendi beneficium vacans, ponere vicarium in beneficio ſi beneficium ſit parrochiale, donec à ſuperiore prouiſum fuerit. ne parochiani propter longam vacationem patiantur detrimenta in ſpiritualibus, cap. cùm vos de officio ordinarij, cap. nemo de elect. in 6. 112

SVMMARIVM QVÆSTIONIS TERTIÆ.

1. *Summus Pontifex confert ſolus beneficia vacantia in Curia, ex reſeruatione generali in corpore iuris clauſa.*
2. *Summus Pontifex eſt ordinarius vrbis Roma.*
3. *Clemens IV. fuit primus, qui reſeruauit ſibi beneficia vacantia in Curia.*
4. *Reſeruatio hac cadit in omnibus officiis Romana Curia.*
5. *Priuati Roma, mori Roma cenſentur.*
6. *Reſeruatio iſta habet locum in beneficiis eorum, qui moriuntur in loco vicino Curia.*
7. *Fallit in caſu inſerto in cap. præſenti de prabend. in 6.*
8. *Quanam dicantur loca vicina ad effectum huiuſce reſeruationis.*
9. *Reſeruatio habet locum in maioribus dignitatibus.*
10. *Idem dic de dignitatibus regni maioribus, quarum poſſeſſores moriuntur in Curia.*
11. *De dignitatibus regni vacantibus in Curia alio modo quam per obitum, non poteſt Papa prouidere ſine nominatione Regia.*
12. *Beneficia iuris patronatus, ſiue Laici, ſiue Eccleſiaſtici inuoluuntur in reſeruatione iſta.*
13. *Fallit in regno, vbi Papa non confert pleno iure beneficia iuris patronatus laici, etiam ſi vacent in Curia.*
14. *Non ita ſæpe derrogat iuri patronatus Regum vel Principum.*
15. *Regibus, & Principibus iura omnia deferri voluerunt.*
16. *Nec confert Papa in regno beneficia vacantia tempore apertura regalia.*
17. *Reſeruatio hac habet locum, in quibuſcumque aliis beneficiis.*

18. Dictum cap præſenti manet correctum per extrauag. piæ, illo tit. de præbend. in communibus.

19. Collatio facta ab alio, quam à Papa de beneficio reſeruato eſt ipſo iure nulla.

20. Poſſeſſio triennalis non ſuffragatur habenti ſuam collationem ab alio, quam à Summo Pontifice.

21. Decretum irritans ligat omnes, tum ſcientes, cum ignorantes.

22. Per reſeruationem ligata fuerunt manus quorumcumque inferiorum.

23. Decretum Papale annullat titulum, & poſſeſſionem.

24. Collatio facta de beneficio reſeruato ab habente poteſtatem Papalem eſt valida.

25. Poteſtas conferendi reſeruata, debet ſpecialiter committi.

26. Ratio cur hæc reſeruatio dicitur in corpore iuris clauſa.

27. De beneficiis reſeruatis nullus intromittere ſe debet.

28. Beneficia iuris patronatus litigioſa vacantia in Curia ſolus Papa conferre poteſt.

29. Debet eſſe expreſſa, & formalis derrogatio.

30. Summus Pontifex dat ſolus mandata ad beneficia vacatura.

31. Collegium Cardinalium (etiam ſede vacante) non poteſt illa concedere.

32. Legatus à latere non poteſt dare ius ad vacatura.

33. Legatus à latere non diſpenſat ſupra decreta Conciliaria.

34. Conſtitutio prohibens talem mandatorum conceſſionem eſt conciliaria.

35. Mandatum quid ſit.

36. Mandata non erant olim in vſu.

37. Alexander III. inſtitutor fuit mandatorum.

38. Mandata debent dari in genere, non in indiuiduo.

39. Clauſula reſcindens omnino neceſſaria ad habendum mandatum cum effectu.

40. Mandatum debet notificari ordinario.

41. Mandatarius debet eſſe habilis tempore factæ gratiæ.

42. Inhabilitas non conualidatur per ſuperuenientem habilitatem.

43. Delegatus Papæ debet eſſe in dignitate conſtitutus tempore expeditionis commiſſionis.

44. Gratia obreptitia eſt nulla.

45. Gratia ſubreptitia quando ſit nulla.

46. Fines mandati ſunt diligẽter obſeruandi.

47. Forma dat eſſe rei.

48. Mandatarius ligatus non poteſt vti ſua gratia.

49. Mandata vocantur gratiæ Papales.

50. Vno tantum mandato poteſt quilibet collator grauari in regno.

51. In quolibet mandato hæc clauſula ſubintelligitur, dũmodo pro alio non ſcripſerimus.

52. In duobus caſibus hic inſertis poteſt ordinarius grauari duobus mandatis.

53. Idem dicendum quando habet quinquaginta beneficia conferenda.

54. Beneficium iuris patronatus laicalis non ſubditur mandatis Papalibus.

55. Contrarium dicendum de beneficiis iuris patronatus Eccleſiaſtici.

56. Idem dic de beneficiis iuris patronatus mixti.

57. Laicus ratione communionis habet ſemeſtre ad præſentandum.

58. Ratione cõmunionis Collegium clericorum, & laicorum ſimul cenſetur Eccleſiaſticum.

59. Ratione communionis laicus delinquens cum clerico puniri debet à iudice Eccleſiaſtico.

60. In Gallia hoc non habet locum, ſed quilibet dimittitur ad ſuum iudicem.

61. Ratione communionis non admittitur præſcriptio cõtra capitulum, ſede vacante in his quæ ſunt Epiſcopi, & Capituli ſimul.

62. Patronus laicus quiſnam dicatur.

63. Patronus Eccleſiaſticus quiſnam ſit.

64. Beneficia reſeruata non cadunt in mandatis.

65. Beneficia de nouo fundata non inuoluuntur in mandatis.

66. Præbendæ Theologales ſunt liberæ omni onere, nec ſubduntur mandatis.

67. Præbendæ præceptoriales ſunt in eadem cathegoria.

68. Beneficia ſuppreſſa non poſſunt includi talibus gratiis.

69. Officium Sacriſtæ Lodonenſis Eccleſiæ quia ſuppreſſum non poteſt impetrari.

70 Beneficia vacantia, per reſignationem, ſiue ſimplicem, ſiue ex cauſa permutationis, non debentur mandatariis.

71. Beneficium vnitum eſt liberum.

72. Mandatarius regularis eſt inhabilis ad beneficium ſeculare, & vice verſa.

73. Regularia regularibus, ſecularia ſecularibus afficiuntur.

74. Diſpenſatio Papalis reddit habilem, eum qui erat inhabilis.

75. Beneficium vbi viget conſuetudo obtandi non afficitur mandatis.

76. Beneficium pertinens ad collationem canonici, vel dignitatis capitularis non comprehenditur in mandatis.

77. Fallit ſi adſit clauſula coniunctim, vel diuiſim.

78. *Beneficium*

78. *Beneficium debitum antiquiori Canonico liberum eſt ab omni mandato.*
79. *Beneficia affecta Chorariis non debentur mandatariis.*
80. *Prabenda hebdomales, & diaconales dicta Eccleſia Lodeuenſis ſolis Chorariis debentur ex ſtatuto.*
81. *Collationes facta aliis, quam Chorariis de talibus beneficiis ſunt ipſo iure nulla, nec iuuant triennalem poſſeſſorem.*
82. *Beneficium non debetur mandatario in eadem Eccleſia, in qua eſt prabendatus.*
83. *Beneficium litigioſum non debetur mandatario.*
84. *Debetur mandatario beneficium regni parrochiale oppidi murati (etiam ſi non ſit graduatus mandatarius.)*
85. *Mandatarius debet eſſe Clericus.*
85. *Laïci ſunt incapaces beneficiorum.*
87. *Mandata Papalia ſumi debent cum reuerentia, & non obediens peccat.*
88. *Scholaris non tenetur exequi mandatum, ſi ob illud ſtudium ſuum differatur.*
89. *Mandatum in genere quid ſit.*
90. *Reſcriptum ad lites quid ſit.*
91. *Reſcriptum in forma pauperum quid ſit.*
92. *Cap. Epiſcopus de prabend. hic apponitur & explicatur.*
93. *Dictum cap. ligat quoſcumque ſucceſſores Epiſcoporum ordinantium ſine titulo.*
94. *Epiſcopus non ligatur erga Clericum à ſe ordinatum, qui habet beneficium quantumuis modicum.*
95. *Nec ligatur quando Clericus habet patrimonium ſufficiens ad victum.*
96. *Promotus ad ordines titulo ſui patrimonij eſt de foro Eccleſiaſtico.*
97. *Clauſula (ſi per ſolertem) non excuſat Epiſcopum promouentem à rigore decreti Concilij Lateranenſis.*
98. *Mandatum expirat morte mandantis.*
99. *Mors omnia ſoluit.*
100. *Baptiſmus non poteſt conferri mortuo.*
101. *Procuratorium ad reſignandum expirat morte procurantis.*
102. *Re non integra mandatum non expirat morte mandantis.*
103. *Per reſignationem tacitam, vel expreſſam expirat mandatum.*
104. *Quilibet poteſt iuri ſuo renunciare.*
105. *Renunciatio expreſſa mandati quanā ſit.*
106. *Tacita renunciatio qua dicatur.*
107. *Poteſtas concedendi mandata data fuit domino Papa in ſignum vniuerſalis dominij.*
108. *Deus reſeruauit ſibi ius decimandi propter idē dominiū quod habet ſuper homines.*
109. *Quinā Papa dicatur canonicè promotus.*
110. *Dominus Innocentius X. fuit canonicè* A *promotus.*
111. *In omnib. mādatis data venit inſpiciēda.*
112. *In omnibus mandatis hac clauſula venit intelligenda (ſi preces veritate nitantur.)*
113. *Hodie non vigent mandata ex Concilij Tridentini decreto.*

QVÆSTIO TERTIA.

De reſeruationibus, & mandatis Apoſtolicis.

ASSERTIO PRIMA. Romanus Pontifex confert ſolus beneficia vacantia in Curia ex generali reſeruatione in corpore iuris clauſa, aſſer- 1
B tionis veritas patet ex cap. licet, cap. ſtatutum, & cap. præſenti de præb. in 6. extrauag. ex debito de electione, extrauag. 1. & extrau. ad regimen, illo tit. de præb. in communibus, Rebuff. in concordat. rub. de reſeruationibus, tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis, Doctores in dict. cap. licet, idem Rebuffus in praxi, tit. forma Vicariatus, num. 228. dixi ſolus ad excludendos omnes alios, quauis dignitate fulgentes qui non poſſunt id attentare, 1. propter decretum irritans inſertum in dictis conſtitutionibus, ibi. *nec non irritum & inane decernentes.* 2
C quæ verba important Canonem latæ ſententiæ. 2. quia Papa eſt ordinarius vrbis Romæ, can. ſi quis Epiſcopus 2. q. 1. can. ſi quis Epiſcopus 7. q. 1. Archidia. in can. experientiæ 11. q. 1. quæ poteſtas ordinaria procedit ex territorio, cap. cùm contingat de foro competenti, Gomes in regula de non iudicand. iuxta formam ſupplicationem, quæſt. 16.

Dicuntur autem hæc beneficia reſeruata reſeruatione generali in corpore iuris clauſa, Rebuffus loco citat. Pariſius lib. 2. reſignatio. quæſt. 16. num 18. & ſequent. Æneas de Falconibus, in tractat. de reſeruatione beneficiorum, quæſt. 2.
D in fine 1. part. idem Rebuff. in dict. praxi, tit. de reſeruationib. n. 1. & 5. propter rationem quam adduco infrà.

Et primus Papa qui ſibi reſeruauit hæc 3
beneficia fuit Clemens IV. vt conſtat ex ſua dict. decretali licet, & dicto cap. præſenti, quod eſt Bonifacij VIII. in ſuo 6. lib. ſub tit. de præb.

Habet autem locum reſeruatio in qui- 4
buſcumque officiis Romanæ Curiæ, per dict. extrauag. ex debito. in qua hæc Ioann. 22. *& hoc idem de dignitatibus, & beneficiis quibuſlibet (vt de aliis præmittitur) officialium noſtrorum, videlicet Vicecancella-*

rij, Eccleſiæ Camerarij, Notariorum, &c. amplia 2. idem dicendum de his, qui con-

A

5 uicti criminibus, fuerunt Romæ priuati per ſententiam quorum beneficia priuatorum ſolus Papa conferre debet, Zerola, verb. beneficium, num. 1. Malderet. cap. 2. dubio 4. nam priuati Romæ mori Romæ cenſentur, Doctores in cap. cùm ſit de conuerſione coniugat. & in cap. ſuſceptum, iuncta gloſa de reſcript. in 6.

6 Amplia 3. Idem ſentiendum de beneficiis eorum, qui moriuntur in loco vicino Curiæ, ſiue eundo Romam, ſiue redeundo, nihil enim refert, dicto cap. præſenti, & dict. extrauag. ad regimen.

B

7 Limita ſi locus, in quo moritur beneficiatus ſit locus ſui domicilij, tunc enim de beneficio poteſt prouidere Ordinarius dicti loci, ita limitat textus in dict. cap. præſenti, ibi. *Dummodo, &c.* quæ vox reſtrictiua eſt cap quoniam. §. is autem de officio delegati, cap. vlt. de teſtamentis, & cap. præſenti de officio legati in 6. iungitur enim vt plurimum orationi imperfectæ vt hic, & ideo conditionalis eſt. cap. vt præteritæ de electione, Doct. iuncta gloſa in cap. non poteſt de præbend. in 6. Rota deciſione 231. ordinat. in nouis, Rebuffus in concordat. rub. de reg. ad prælat. nominatio. §. vltimo, verbo dummodo.

C

8 Et tunc dicuntur loca vicina Curiæ ad effectum noſtræ reſeruationis, quando non diſtant à Curia vltra duas diætas per citatam decretalem præſenti, ibi. *quæ remota vltra duas diætas legales, &c. à loco vbi moratur ipſa Curia non exiſtunt.* id eſt, quando è loco, in quo moritur, vel priuatur beneficiatus, poteſt adiri Curia intra duos dies, diæta enim pro itinere vnius diei ſumitur cum à Legiſtis, tum à Canoniſtis, gloſa in cap. nonnulli, verb. vltra de reſcriptis in 6. gloſa in dict. decretali præſenti, verb. legales, de his duabus diætis, ceu ſpatio duorum dierum agitur in cap. ex parte de foro compet. & in cap. olim de exceptionibus, de vna vero diæta agit cap. ſtatutum. §. 1. & ſequenti de reſcript. in 6. vide quo ad illas diætas Mendoſam ſuper regulam de veriſſim. notitia obitus, quæſt. 4.

D

9 Amplia 4. Iſtam reſeruationem in corpore iuris clauſam locum ſibi vendicare in maioribus dignitatibus, vt Cardinalatu, Patriarchatu, Archiepiſcopatu, Epiſcopatu, Abbatia, cæteriſque id genus beneficiis, quorum poſſeſſores moriuntur, vel in Curia, vel in loco illi vicino, per textum dict. clement. licet, vbi Clemens IV. *ita eadem authoritate ſtatuimus, vt Eccleſias, dignitates, perſonatus, & beneficia, &c.* quæ verba ſunt admodum generalia. Doctores in cap. quamuis 1. de præbendis in 6. Barbat. in cap. cauſam. §. quod ſi forſan, n. 27. cum duobus ſequentibus de electione in clement. Cocialupus de penſionib. quæſt. 30. num. 2. ergo omnia beneficia includunt Doct. in cap. beneficium de regul. iuris in 6. cum illæ omnes dignitates ſint beneficia, Ioannes de Selua in ſuo tractat. beneficiat. part. 1. q. 2. num. 4. 41. & 53. oſtendo infrà in 2. diſputatione.

Hinc ſi moriatur Romæ Prælatus Gallicus non debebit expectari vlla nominatio regia, ſine qua poterit Papa prouidere de præſulatu vacante, quod confirmat concordat. rub. de reg. ad prælatur. nominat. §. 1. ibi. *nec non Eccleſiis per obitum apud Sedem prædictam vacantibus ſemper etiam nulla dicti regis præcedente nominatione liberè prouidere poſſit.* vbi Rebuffus ſuper verb. ſemper dicit optimè quod licet poſſint ordinarij, vt dixi ſuprà, prouidere de beneficiis vacantibus in Curia poſt menſem Papæ, per dict. cap. ſtatutum, non poteſt tamen dominus Rex menſe finito diſponere de præſulatibus regni vacantibus in Curia, quia Papa per hoc verbum ſemper, voluit omni tempore liberè prouidere. 10

Non tamen poteſt Papa conferre ſine Regis nominatione præſulatus Gallicos vacantes in Curia, vel per reſignationem, vel per permutationem, vt benè notat Rebuffus loco prædict. verb. per obitum, cum enim Papa per concordatum reſeruauerit ſibi illum modum vacationis per obitum, alios excludi voluit à reſeruatione argut. cap. non ne præſumptionibus, præſertim diſtinctos à tali modo quales ſunt illi modi, vt volunt Doct. per illum textum, in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. nec enim appellatione obitus venit reſignatio, ſiue puta, ſiue conditionalis, vt permutatio cap. vltimo de 2. nuptiis, Rebuff. in loco citato. 11

Sed bene inuoluuntur in iſta generali reſeruatione beneficia iuris patronatus, tum laici, tum Eccleſiaſtici ex generalitate verborum, ibi. cæteraque beneficia, & in dict. extrauag. ab regimen, Benedict. XII. ibi. quæcumque, & qualiacumque fuerint, gloſa in clement. verb. quæcumque de vita & honeſta Clericorum, Decius conſ. 509. n. 2. & 3. Staphilæus de 12

literis gratiæ, & iuſtitiæ, col. 1. Gomes in reg. de triennali. num. 19. communis opinio Doct. in dict. cap. licet. vbi dicunt quod in caſu iſto Papa derrogat iuri patronatus. Mendoſa in tractat ſignat. gratiæ, verb. derrogationes iuris patronatus, gloſa in clement. 2. verb. Apoſtolicis de præbend. Couarruuias in praxi, quæſt. 36. n. 4. Pariſius dict. lib. 2. q. 4. n. 44. & ſequent.

13 Contrarium tamen ſeruatur in Gallia de conſuetudine regni vbi nullum poteſt Papa afferre præiudicium patronis laicis etiam quoad beneficia vacantia in Curia, Rebuff. in praxi in 3. part. ſignat. verb. B nec non, num. 12. & 36. & in tractat. nominatio. q. 15. in principio, Pariſius vbi ſuprà, num. 42. idem in Hiſpania aſſerit Ioannes Lupus in tract. de beneficiis vacantib. in Curia §. 11. & hoc propter maius bonum Eccleſiæ ne laici retrahantur à fundationibus quod eſſet detrimento Eccleſiis, vt dixi ſuprà Archid. in dict. cap. licet, gloſa in cap. cùm dilectus de iure patronatus.

14 Imo non ita ſæpè detrogat Papa iuri patronatus regum etiam in beneficiis vacantibus in Curia, vt aſſerunt Ioan. Monach. Geminianus, & Ioannes Andræas C in dict. cap. licet, Felinus in cap. nihil, colum. 2. de præſcriptionibus, Staphilæus in ſignatur. de modo, & forma impetrat. verſic. 3. an ſit locus, Æneas de Falconibus in tractat. reſeruationum, qu. 3. nu. 15. Lambertl in tractat. de iure patronat. lib. 1. part. 3. q. 9. art. 2. de Selua in ſuo tract. benef. part. 2. q. 13. Regibus enim, & Principibus deferendum eſt notat. in cap. de multa de præbend. clement. vna de baptiſmo, Ioannes Monachus in dict. cap. licet. ideo Pariſius in dict. loco, nu. 48. dicit nunquam ſe vidiſſe derrogatum à Papa quoad ius patronatus regum etiam
15 ſi beneficium vacauerit in Curia, quia D ſublimiores poteſtates Papa conſiderat, cap. hac conſideratione de poteſtate deleg. in 6. Ioannes Andr. in additione ad ſpeculat. titul. de præbend. Benedict. in repetiti. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 365. & 366. de teſtamentis, & notat in cap. nouit. de iudiciis.

16 Ideo non confert Papa beneficia ſimplicia regni, etiam vacantia in Curia, tempore apertutæ regaliæ, quia ea confert dominus Rex, Rebuff. in praxi, part. 3. ſignat. num. 47. & ſequent. Peleus lib. act. foteuſ. 21. Maleret. in tractat. de A elect. fol. 23. verſ. 3. infertur, idem Rebuff. in tractat. nominat. quæſt. 15. num. 9. Chop. lib. 2. de ſacra politia, titul. 7. num. 2. Bauny in dicta praxi Iuris Canonici, lib. 5. cap. 25. de iure patron. verſic. etſi beneficia, & in titul. de iure Regal. & eius effectibus, num. 3. & ita fuit ſæpius iudicatum, teſte Ioanne Gallo in ſuis areſtis, quæſt. 113. vt anno 1587. teſte eodem, quæſt. 150. Brodæus ſupra Louer. litera R. num. 47. Couarruuias in ſua praxi, cap. 36. num. 5. vbi dicit ita ſeruari à rege Hiſpanorum quoad aliqua beneficia ſui regni.

Quoad vero cætera quæcumque beneficia vacantia in Curia, dic quod ſolus Papa illa confert, vt pote reſeruata extrauag. piæ de præbend. in communib. Gomes in regul. de triennali, quæſt. 31. 17

Idem dic de beneficiis euntium, vel redeuntium è Curia, morientium intrà duas diætas, quæ poſt menſem non poteſt hodie ordinarius conferre, quia correcta fuit à Bonifacio VIII. dicta ſua decretalis *præſenti*, per dictam ſuam extrauag. *piæ*, vt notat Ioannes Andræas in dict. extrauag. idem Gomes loco citato, Lapus allegat. 96. incipiente beneficia vacantia (quod eſt notandum) pauci enim id conſiderant. 18

Hinc collatio facta ab alio, quam à Papa de beneficio vacante in Curia, eſt ipſo iure nulla, cap. vt noſtrum, vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferant. cap. ſi eo tempore de elect. in 6. Rota deciſ. 1. de rerum permut. in nouis, & deciſ. 30. de præbend. illo lib. 19

Neſt poteſt poſſeſſio triennalis illi ſuffragari, qui habuit ſuũ beneficium ab alio quam à Papa, vt benè notat idem Gomes in illa reg. quæſt. 29. & Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. num. 288. etiam ſi poſſederit per quadraginta annos, cum in his quæ detineri non poſſunt, preſcribi etiam nequeat, cap. cauſam de præſcript. Doct. in reg. 1. de regul. iuris in ſexto, quia ad effectum talis regulæ de triennali requiritur titulus, vel verus, vel ſaltem coloratus, vt dixi ſuprà, & eſt in textu dictæ reg. & ibi. gloſa, ſed qui habuit beneficium ab alio, quam à Summo Pontifice, non habet titulum nec verum, nec coloratum cum nullum habeat ob decretum irritans inſertum in citatis cap. ibi. *Nec non irritum, & inane*, & in dict. cap. 2. ibi. *nos enim ſecus actum, ceu attentatum decernimus irritum, & inane*. quæ verba (vt nemo non videt) important canonem latæ ſen- 20

tentiæ, Hoſtienſis in cap. tua nupct, num.
2. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſen-
ſu, cap. Ioann. Andr. in cap. extirpandæ,
num. 11. de præbend. gloſa in can. decer-
nimus, verb. irritam 16. quæſt. 7. & quod
nullum eſt, teſcindi non debet, cap. ad diſ-
ſoluẽdum de deſpenſatione impub. idem
Rebuff. in concordat. tub. de collat. §. ſi
quis vero, verb. ipſo iure nullæ, nec po-
teſt præſcriptioni initium dare, cap. vlt.
de præſcr. Doct. in cap. conſultationib.
de iure patron. ad quod addi poteſt titulũ
datum à non habente poteſtatem, nullum
eſſe, cap. quod autem, illo tit. cap. prohi-
bemus de cenſibus, & cap. dudum de de-
cimis, cum ad perficiendũ quẽlibet titulũ
debeat eſſe voluntas & poteſtas in conce-
dẽte, text. eſt in ca. poſt electionẽ, vbi hæc
verba legũtur, *qui velit, & valeat,* de elect.
Menoch. cõſ. 1. n. 259. & eſt doctr. gloſ. in
l. ſi filiæ, c. de donat. ante nupt. ſed talis
collatio eſt facta, ex ſuppoſitione, à nõ ha-
bẽte poteſtatẽ, ergo eſt ipſo iure nulla, co-
lotatũ enim dici nõ debet, quod ex ſe nul-
lum eſt, ait textus ſingul. in cap. cùm no-
ſtris de conceſſ. præbend. idem Hoſtien-
ſis in cap. cùm olim de exceptionib. idem
Rebuff. in illo tractat. de pacif. poſſeſſ.
num. 311. ex his.

21 Collige decretum hoc irritans ligare
quemlibet, tum ſcientem, tum ignotan-
tem. Gonzal. in regul. de menſib. gloſa
67. num. 8. & 9 quemadmodum regulæ
Cancell. & Conſtitutiones Papales, pu-
blicatæ in Curia ligant omnes, tum ſcien-
tes, cum ignorantes. Ioan. Andr. in data
6. Ioan. Monach. in regul. in generali de
regul. iuris. illo lib. Cardinal. in prooem.
clement. Gomes in prooemio reg. Can-
cell. ignorantia quippe hæc neminem ex-
cuſat. Innocent. in cap. nihil eſt, nu. 4. de
elect. Caſſad. in cap. canonũ de conſtitut.

22 Nec vllus debet remanere locus dubi-
tandi de nullitate talis prouiſionis, cum
per reſeruationem ligatæ fuerint manus
quorumcumque inferiorum. Idem Ioan.
Andræas in dict. cap. ſi eo tempore, Ar-
chidiac. in cap. cùm inſtantia de cenſib.
Gamb. de auth. legati lib 3. num. 117.
Ænæas de Falconib. in tract. de reſerua-
tionib. Pariſ. lib. 2. de reſignat. quæſt.
16. n. 7. cum duobus ſequentibus, præ-
ſertim quando reſeruatio eſt in corpore
iuris clauſa, vt eſt iſta. gloſa in regul. de
pacificis poſſeſſoribus, gloſa pragmat. illo
tit. ſuper verb. coloratum, Gomes in ea-
dem regula, dicta quæſt. 31. in principio,
Guiller. deciſ. 23. titul. de præbend. vbi

A dicit nullam eſſe reſeruationem in iure
maiorem iſta, vt eſt veriſſimum, licet
gloſſator dictæ regulæ de pacificis dicat ſe
nunquam inueniſſe in Iure Canonico
aliam reſeruationẽ in corpore iuris clau-
ſam præter iſtam, quamuis per 24. annos
legerit Ius Canonicum, Rebuff. in dict.
tractatu de pacific. num. 288. Pariſius lo-
co citato, num. 18. ideo poſſeſſio trienna- 23
lis non ſuffragatur, cùm decretum Papæ
annullet & titulum, & poſſeſſionem, iuxta
deciſionem Rotæ 3. de reſtitutione ſpo-
liat. in nouis, eſtque veriſſima opinio.

Fallit, ſi à Papa daretur facultas confe- 24
B rendi talia beneficia, vt ait textus in dict.
cap. licet, ibi. niſi ei ſit ſuper conferendis
eiſdem beneficiis in Curia Romana va-
cantibus ſpecialis, & expreſſa ab ipſo
Summo Pontifice authoritas attributa.
illam enim facultatem poteſt Papa de-
mandare, cap. conſtitutus de conceſſ. præ-
bend. Debet tamen ſpecialiter illam com- 25
mittere alias non cẽſeretur commiſſa talis
poteſtas, vt patet ex dict. cap. licet, & no-
tat in cap. vltim. de off. vicarij in 6.

Dicitur vero talis reſeruatio in corpo- 26
pore iuris clauſa, quia eſt à iure communi
inducta, & in eius corpore mens inſerta
extra quod non vagatur, cap. cum ordi-
C nem de reſcriptis, Gomes vbi ſuprà, qua- 27
re de illis beneficiis reſeruatis nemo ſe in-
tromittat ſiue reſeruatione generali, ſiue
ſpeciali, cap. quodam vbi eſt bonus tex-
tus de præbend. in 6. gloſa in cap. penul-
timo, verb. ad nos, illo tit. in clement. &
Doctores in dict. cap. licet.

Idem dic de beneficiis litigioſis iuris pa- 28
tronatus laici vacantibus in Curia, ſaltem
extra regnum, clement. 1. vt lite penden-
te, Felinus in tractat. quando literæ Apo-
ſtolicæ noceant patrono, Caſſadorus de-
ciſ. 3. illo tit. vt lite pendente, Gomes in
reg. de impetratione benef. vacant. per
obitum famil. Card. q. 8. Pariſ. dict. lib.
D 2. q. 4. num. 52. dummodo iuri patronat.
fuerit derrogatum per expreſſam, & for- 29
malem derrogationẽ, nam generalis non
comprehẽdit patronum laicum, commu-
nis opinio Doctorum, in dict. cap. licet,
vbi reprobant gloſam, in verb. quacum-
que authoritate, Felinus in cap. in noſtra
concordat. 38. de reſcript. Lapus allega-
tione 96. Roch. Curtius in tractat. de iu-
re patronatus, verb. competens alicui,
quæſt. 24. gloſa in clement. 2. verb. A-
poſtolicus de præbend. Archidia. in can.
piæ mentis 16. qu. 7. Hoſtienſis in cap.
quoniam de iure patron. idem Felinus in

dict. tractat. quando literæ Apoſtolicæ
noccant patrono, Abbas in cap. dilectus,
n. 4. de officio legati, Geminianus in cap.
cùm illis, col. vltim. illo tit. de præb. in 6.
& eſt veriſſima opinio Couar. vbi ſuprà,
Rebuff. in tract. nominatio. q. 8. n. 22.
Pariſ. vbi ſuprà, num. 35. eum duobus ſe-
quentibus.

30 Assertio secunda. Summus
Pontifex confert ſolus beneficia per re-
ſcripta per quæ ſolus dat ius ad vacatura
probata manet aſſertio ex ſupradictis in
præcedenti quæſtione, vbi de Papa, ro-
boraturque ex cap. propoſuit. ibi. ipſum
de præbenda prima vacatura in Eccleſia
veſtra, quæ ad collationem Epiſcopi per-
tinet, authoritate Apoſtolica inueſtiuit,
& ibi. Doct. de conceſſ. præb. cap. 2. ibidē,
textus eſt clarus in dict. cap. licet, ibi. ita
vt non ſolum cum vacauerint, poteſt de
iure conferre, verum etiam ius in ipſis tri-
buere vacaturis de præbend. in 6. Rebuff.
in concord. rub. de mandar. Apoſt. §. t.
verb. Romanus Pontifex.

Solus, quia nullus niſi Papa poteſt con-
cedere ins ad vacatura. cap. mandatum,
cap. literis, cap. capitulum de reſcriptis,
cap. ſi ſuper gratia de officio legati in 6.
& cap. ſi cui de præbend. illo lib. ex ple-
nitudine poteſtatis quam habet dicto cap.
propoſuit, Doctores in cap. quæ in Eccle-
ſiarum de conſtitutio. clement. 1. vt lite
pendente, idem Doct. in dict. cap. licet,
Imol. in cap. conſtitutus, colum. 1. de re-
ſcriptis.

31 Ideo non poteſt Collegium Cardina-
lium conferre mandata, quia plus eſt dare
ius ad beneficia vacatura, quam conferre
vacantia propter votum quod datur ca-
ptandæ mortis, dict. cap. 2. de conceſſ.
præb. cap. de teſtanda, illo tit. in 6. ſed
Collegium non poteſt conferre beneficia
vacantia etiam ſede vacante, cap. illa ne
ſede vacant. clement. ne Romani de ele-
ctione, ergo nec dare ius ad beneficia va-
catura per mandata, cum cui non licet
quod eſt minus, licere non debeat quod
eſt plus, ſumendo argumentum à contra-
rio regula cui licet de reg. iuris in 6.

32 Nec Legatus à latere poteſt concedere
mandata, cap. dilectus de præbend. cap.
quamuis de reſcript. in 6. gloſa in cap. ſi
cui, illo tit. de præb. illo lib. & confir-
matur hac ratione, conſtitutio conciliaria
33 ligat legatos, qui non poſſunt diſpenſa-
re ſuper illam per derrogationes, gloſa in
cap. 2. de cōceſſ. præb. Abbas in dict. cap.
dilectus 1. & ibi. gloſa 1. notab. & in cap.

A dilecto de præbend. Decius in cap. & ſi
Clericus, num. 65. de iudic. Doct. iuncta
gloſa in cap. dilecti, verb. ætate de elect.
idem Decius in cap. 1. lectura 1. nu. 8. de
iudic. Boerius in ſuo tract. de off. legati,
Pariſius lib. de confidenti beneficial. qu.
7. num. 98. & ſequenti, ſed talis conſti- 34
tutio eſt conciliaria, quæ prohibet dari
mandata ad beneficia vacatura facta ab
Alexandro III. in Concilio Lateranenſi,
de quo ſuprà dict. cap. de teſtanda. ibi. a-
peritur via ſub tali palliatione, verborum
ad promittenda damnabiliter contra La-
teranenſe Concilium beneficia vacatura,
idem in cap. prohibemus, ibi. cùm per
B hoc aperiri poſſet via contra Lateranenſe
Concilium ad beneficia vacatura de off.
legati in 6. ergo.

Obiicies poteſt Legatus reſeruare ſibi
præbendas, & dare executores ad confe-
rendum eas, per cap. 3. & 4. de officio le-
gati in 6. ergo poteſt dare mandata ad be-
neficia vacatura. Reſp. Conceſſ. antecede.
nego conſequentiam, plus eſt enim con-
ferre beneficia vacatura proptèr votum
captandæ mortis, vt dicitur in cap. dile-
ctus filius, ibi. & vacaturam expectare
præbendam Lateranenſi Concilio, non ſit
dubium obuiare de præbend. quam illa
C reſeruare, ſicuti poteſt, cap. ſi Apoſtolicæ,
illo tit. in 6. cum per talem reſeruationem
votum non detur huiuſmodi quod fuit
cauſa finalis prohibitionis conciliariæ,
dict. cap. 2. de conceſſ. præbend. & dict.
cap. de reſtanda, illo tit. in 6.

Eſt autem mandatum vt hic iuſſio ema- 35
nans à ſede Apoſtolica qua mandat loco-
rum ordinario, vt prouideat ei pro quo
ſcribit de beneficio vacaturo in genere,
hæc definitio colligitur ex cap. eam te,
dict. cap. mandatum, cum 2. ſequent. de
reſcript. cap. dudum de præb. lib. 6. &
hæc mandata vocantur gratiæ expectati- 36
uæ, quæ olim non concedebantur, vt no-
D tauit Ioannes Andr. in additione ad ſpe-
culatorem, tit. de conceſſ. præbend. ideo
de his nulla fit mentio in libris decretorū.
quemadmodum nec vnquam videre ſe-
niores me, & doctiores. Abbas in dict.
cap. mandatum, col. 2. idem Ioann. An-
dræas in cap. duob. illo tit. de reſcript. in
6. ſed Alexander III. fuit primus qui ta-
lia mādata vigere fecit, vt conſtat ex dict. 37
cap. eam te, & cap. mandatum, cum mul-
ta tamen parcitate, vt benè cognouit Ab-
bas in dict. cap. conſtitutus, notab. 1. illo
tit. & poſt illum cæteri Pontifices ſucceſ-
ſores vſi ſunt talibus mandatis, vt patet in

Digitized by Google

libris decretal. 61. & clement.

38 Quæ mandata dari debent in genere, & non in indiuiduũ, id eſt, de 1. beneficio vacaturo, non de hoc, aut illo propter votum ſupradictum, & ne deſiderare mandatarius videatur mortem proximi, in cuius beneficio videt ſe ſucceſſurum alias mandatum eſſet nullum, vt fuit iudicatum Pariſiis, dicit Rebuffus in praxi, tit. de mandat. num. 29. ſed quia multa ſunt neceſſaria ad habenda mãdata cum effectu.

39 Nota 1. requiri in mandato clauſulam reſcindentem, de qua in cap. dilecto de præbend. cap. ſi eo tempore de elect. in 6. cap. 1. de conceſſ. præbendæ, illo tit. ſine qua non teneretur ordinarius conferre beneficium mandatario. Textus eſt ſingularis in cap. ſi ſoli, ibi, per talis præſentationem mandati ordinario ipſi factam, (licet ſi contra faciat puniendus exiſtat) ei tamen poteſtas ſic non adimitur conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab eodem: niſi nos in gratia tibi facta decreuiſſemus irritum, & inane quod fieret contra ipſam, illo tit. de conceſſ. præb. in 6. facit quod dicit, Imol. in dict. cap. literis quod talis gratia eſt plena, quando adeſt clauſula decreti de reſcriptis.

40 2. Debet mandatum notificari ordinatio, ne iuſtè præſumatur ignoraſſe deficiente inſinuatione, cap. tibi qui, & cap. duobus, illo tit. in 6. cap. ſi capitulo, & ibi. Doct. de conceſſ. præb. illo lib. clement. cauſam de electione, ita Molinæus dicit fuiſſe iudicatum a prædicto Senatu Pariſienſi die 23. menſis Decembris anni
41 1541. 3. Debet mandatarius eſſe habilis tempore factæ ſibi gratiæ, alias non prodeſſet ei. textum habes admirabilem in dicto cap. ſi eo tempore, ibi. cum tempore datæ ipſarum non eſſes idoneus de reſcript. in 6. habilitas enim requiritur ab initio. Petrus de Anchar. in dict. cap. ſi eo tempore, num. 2. verſ. item, nota poſt gloſam, in verb. officium, alias gratia eſt nulla, vt fuiſſe iudicatum ſæpius à Rota aſſerit, Caputaq. deciſ. 325. eſtque communis opinio, teſte Patiſio lib. 4. reſignat. q. 1. n. 15. cum tribus ſequentibus. nec per ſu-
42 peremineutem habilitatem conualidatur, Decius in cap. poſſeſſionem de probationibus, ſpectandum enim eſt initium per textum notabilem, in cap. eam te, ibi. quod nullatenus feciſſes, ſi datam literarum diligenter attendiſſes de reſcriptis, gloſa in dict. cap. ſi eo tempore, verb. tempore datæ, vbi allegat, cap. dudum 2. de electione, nam quoties requiritur habili-

A tas ab initio parum prodeſt quod interueniat quæ defuit cum ab initio adeſſe debeat, gloſa in cap. vt hi, verb. ætas de ætate & qualit. in clement. Doctores in dict. cap. ſi eo tempore, Geminianus in cap. ei cui de præbendis, lib. 6.

Ideo delegatus à Papa debet eſſe in di- 43
gnitate conſtitutus tempore commiſſionis, alias non poſſet exequi commiſſionem Papalem, licet poſtea conſtitueretur, quia qualitas debet adeſſe à principio, gloſa in cap. ſtatutum, verb. canonicis de reſcript. in 6. Imol. in clement. vlt. col. penult. illo titul.

B 4. Debet non eſſe obreptitia gratia, id 44
eſt obtenta per ſuggeſtionem falſitatis, quo caſu gratia eſt nulla, & mendax precator carere debet impetratis. cap. ſedes, cap. ſuper literis, & cap. ſi proponente, illo tit in decretalib. Gregorij. Cum in omni gratia hęc ſubintelligatur conditio, (licet appoſita non fuerit) ſi preces veritate nitantur, cap. 2. ibidem

5. Nec ſubreptitia, qualis eſt illa in qua 45
tacetur quod erat de iure dicendum, vt nomen impetrantis, patria & diæceſis, beneficia quæ poſſidet mandatarius, & alia quæcumque quæ dimouere potuiſſent Summum Pontificem ad non concedendum reſcriptum, ſaltem in forma communi. C Textus eſt notabilis in dict. cap. ſuper literis, vbi Innocent. III. doctiſſimus Papa ita diſtinguit, tu illum volue, cap. ad aures, cap. conſtitutus, & cap. cùm dilecta, illo tit. notat in cap. dilectus filius de præbend. cap. non poteſt, illo titul. in 6. quorum omnium omiſſio facit gratiam nullam, vt ibi. dicitur, quemadmodum omiſſio beneficiorum annullat gratiam legati, per clementinam vltimam de officio ordinarij.

6. Fines mandati ſunt fideliter obſer- 46
uandi, cap. cui de non ſacerdotali de præben. in 6. notatur in dict. cap. cùm dilecta, D & ibi. Doctores de reſcriptis, nam illi habentur pro forma cuius omiſſio facit actũ corruere, Baldus in cap. ſcriptum eſt de elect. Albertus Brunellus de forma & ſo-
lennitat. actus. rub. de compliment. formæ, col. 1. verſ. vlt. cum ſit illa quæ dat 47
eſſe rei. Felinus in dict. cap. cùm dilecta, col. 9 verſ. 3. Ampliat. 2. vbi dicit quot modis mutetur forma. Decius in cap. prudentiam, 4. notab. de offic. delegati, Rebuffus in tract. nominat. q. vlt. num. 19. Doctor. in clement. vna de iureiurando, præpoſitus in cap. conſtitutus de appellationibus.

48 7. Vt mandatarius non ligetur cenſuris, A per cap. 1. de reſcriptis in 6 cætera dicam vbi de modis quibus expirat mandatum in fine huiuſce diſputationis.

49 Et hæc mandata vocantur gratiæ paſſim in iure, cap. ſi gratioſè, cap. gratia, cap. quamuis is cui, & cap. tibi qui de reſcript. in 6. dicto cap. ſi ſoli. ibi. *niſi nos in gratia tibi facta decreuiſſemus*. Gloſa in clement. gratiæ per illum textum. illo tit. quia per ea fit à Papa gratia, vt dicitur in dicta clement. daturque ius ad beneficia. Bonifacius in clement. 1. de electione, gloſa in extrauag. vna, verſ. nos. ibi. ius ad rem expectantib. rub. de officio delegati in B communib. Rebuff. in tractatu nominationem, quæſt. 4. num. 7.

50 Nota tamen vnico tantum poſſe in regno grauari mandato à quolibet Papa quemlibet ordinarium. Benedictus in repetit. cap. Raynutius, verb. vxorem nomine Adelaſiam de teſtament. concord. rub. de mandat. Apoſtol. §. 1. ibi. *Statuimus, & ordinamus, quod quilibet Romanus Pontifex (ſemel duntaxat ſui Pontificatus tempore) literas in forma mandati, &c. dare poſſit.*

Amplia hoc tam verum vt non teneatur ordinarius acceptare 2. mandatum. 1. C quia contra tenorem concordati datur, quod eſt inuiolabiliter obſeruandum à Papa, rub. de firma, & irreuocab. concordat. ſtabilit. 2. quia præſumitur illud ſecundum mandatum obtentum inſcio Papa, vt eſt textus mirabilis, in cap. ad hæc. ibi. *Tales itaque literas è cancellaria noſtra non credimus emanaſſe, vel ſi fortè prodierint, conſcientiam noſtram, quæ diuerſis occupationibus impedita, ſingulis cauſis examinandis non ſufficit, effugiunt.* illo tit. de reſcript. in antiq. decretal. tum per occupationem, vt ibi dicitur, & in cap. ex parte de capellis, Monach. cap. ſi aliquando de ſentent excommunicationis, tum per im- D portunitatem, dict. cap. ex parte, Rebuff. in dict. concord. illa rub. de mandat. Apoſtol. verb. ſemel, §. 1. Cùm non ſit intentio Papæ grauare duplici reſcripto vnum & eundem collatorem. Caſſad. deciſ. 34. num. 3.

51 Hinc in quolibet mandato hæc clauſula ſemper intelligitur appoſita (dummodo pro alio non ſcripſerimus) cap. capitulum, cap. mandatum, cap. Abbatem, eod. tit. de reſcrip. quũ talis non ſit intentio mandãtis, cap. cauſam ibidem, & ſi ſciuiſſet ſe ſcripſiſſe, non ſcripſiſſet iterum, gloſa in cap. duobus, illo tit. in 6. Doctores in dicto cap. cauſam.

Fallit 1. quando illa duo mandata emanaſſent à duobus Summis Pontificibus in vita ordinarij qui illis poſſet grauari, imo & mille, ſi mille venirent Papæ, & eligerentur. vide textum non prætereundum, in cap. literis, ibi. *Qui à bonæ memoriæ H. prædeceſſore noſtro monitoria impetrauit.* ibidem, & eſt textus clarus in dict. concord. & illa rub. de mand. ibi. *quod quilibet Romanus Pontifex, &c.* 52

Fallit 2. ſi primus impetrans priuatus fuiſſet effectu mandati per ſuam negligentiam, quia v. g. omiſit illud inſinuare intra annum, cap. tibi qui de reſcript. in 6. Tunc enim poteſt idem Papa qui 1. mandatum conceſſit, concedere ſecundum per cap. plerumque, illo tit. ratio quia per primum non fuit grauatus ordinarius, ergo poterit grauari per ſecundum, & ita ſeruari debet, quidquid dicant alij, cum non debeat Papa grauari ex malitia ſui mandatarij, vt dicitur in dicto cap. plerumque, & vt colligitur argumento deduct. ex cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6. facit quod dicit, gloſa in cap. cùm noſtris, verb. de facto de conceſſ. præb. quod confirmatur, per mandatum dicitur grauatus ordinarius, vt eſt in textu concordat. ibi. *grauare poſſit*, ſed per tale 1. non fuit grauatus, probatur minor non prouidit, ergo non dici poteſt grauatus, cap. diſponendis de reſcript. in 6. Felinus in cap. in noſtra, col. 5. verſ. de primis, illo tit. non enim dicitur grauatus qui non prouidit, & prouidendo ius perdidit conferendi, gloſa in clement. 1. verb. vexare illo eodem tit. cum ex ſublatione ſola talis iuris dicatur quis grauatus, Panormitan. in dict. cap. mandatum, col. 1. Rebuff. in dict. concord. verb grauare.

Fallit vltimo ſi ordinarius habeat colla- 53
tionem quinquaginta beneficiorum, tunc enim poteſt duobus mandatis grauari, vt ibi dictum concord. *habentem autem collationem quinquaginta beneficiorum, & vltra, in duobus duntaxat, &c.*

Quæres an omnia beneficia ſubiaceant mandatis Apoſtolicis. Reſp. nequaquam, multa enim ſunt illis immunia.

Primo liberum eſt beneficium iuris pa- 54
tronatus laici, Doctores in cap. 2. de præbend. in 6. notat. in cap. cùm dilectus de iure patronat. Lapus allegat. 84. dominus Papa, col. 3. verſicul. ſed numquid, Rochus Curtius in tractat. de iure patronat. verb. ius, quæſt. 7. Rebuff. in concord. rub. de collationib. § præfatique ordina-

rij, verbo pattoni Eccleſiaſtici, & ita ſeruatur in Gallia. Ruzæus in tract. de mandat. Apoſtol. parr. 2. idem Rebuff. in tractat. quæſt. 15. num. 3. Bauny in ſua praxi, titul. de iure patron. cap. 15.

55 Contrarium dic de beneficiis iuris patronatus Eccleſiaſtici quæ ſubdũtur mandatis Apoſtol. Rebuffus loco citato, verb. vnum in rub. de collationib. & ſuper iſta facilius Papa derrogat, quam ſuper illa Puteo deciſ. 157. lib. 3 imo & per ſimplicem derrogationem cenſetur derrogatum. Caſſad. deciſ. 4. tit. de probationib. licet in aliis iuris patronatus laici expreſſa & ſpecifica derrogatio requiratur, vt dixi ſuprà gloſ. communiter approbata in clement. 2. verb. Apoſtolicis de præbend. Ratio eſt, quia Clerici magis ſubiiciuntur domino Papæ, quam laici, vt eſt textus in cap. cùm dilectus, ibi. *quoniam in eo quod tamquam Clericus faciebat ſuberat iuriſdictorij legati.* de iure patronat. ideo legatus de iure poteſt reſeruare ſibi collationes beneficiorum iuris patronatus Clerici, & conferre illa vacantia, cap. dilectus de officio legati, Panormit. in cap. vltimo de iure patronatus, ſed non poteſt reſeruare, nec conferre beneficia iuris patronatus laici, vt probatur in dict. cap. cùm dilectus in parte deciſa, de Selua in ſuo tractat. beneficiali, part. 3. q. 16.

56 Poteſt tamen dominus Papa conferre per mandata beneficium iuris patronatus mixti, id eſt beneficium ad quod laicus ſimul, & clericus habet ius præſentandi coniunctim, vt bene Mendoſa in tractat. de ſignatura gratiæ, verb. derrogationes iuris patronat. col. 2. Pariſius lib. 2. quæſt. 4. num. 49. contra Rebuffum in tractat. nominationum, quæſt. 15. num. 6. 1. quia ius patronatus mixtum ſapit naturam clerici, & non laici. Gloſa in cap. vno de iure patronat. in 6. Abbas in cap. 4. col. 5. de præſcriptionibus, Rochus Curtius in tractat. de iure patronatus, verb. ius, quæſt. 8. nam maius dignum trahit ad ſe minus dignum, cap. extirpandæ. §. qui vero de præbendis, cap. quod in dubiis de conſecratione Eccleſiæ vel Altaris, cap. de prudentia de donationibus inter virum & vxorem, cap. vno, illo tit. de conſecratione Eccleſiæ in 6.

57 Hinc laicus ratione communionis habet ſemeſtre ad præſentandum, cum collega clerico, gloſa in dict. cap. vno. Panormitan. in cap. cam te, illo tit. facit regul. acceſſorium de regul. iuris in 6.

58 Hinc ratione communionis Collegium

A clericorum ſimul, & laicorum in pari numero cenſetur Eccleſiaſticum, Rebuff. in ſuo tractat. priuilegior. ſchol. priuileg. 106. ideo venit citandum de iure coram ſolo iudice Eccleſiaſtico, dicunt Doctores in cap. ex literis de conſtitutionibus.

Ideo laicus delinquens cum clerico puniri debet à ſolo iudice Eccleſiaſtico, cap. 2. de cohabitatione clericorum. gloſa in can. eus, diſti. 32. vbi dicit quod concubina clerici punitur à iudice Eccleſiaſtico, 59
Abbas in cap. ſi concubinæ de ſenten. excommunicat. quod tamen non ſeruatur in Gallia, vbi quilibet dimittitur ad ſuum iudicem, vt fuit ſæpius iudicatum à ſupre- 60
B mis Curiis, & iudicatur hodie.

Hinc licet oſſa excommunicatorum debeant exhumari de Eccleſia, & in ſterquilinio collocari, ait textus in can. 1. 24. q. 2. cap. ſacris de ſepulturis ne eis communicetur mortuis, quibus non communicabatur viuis, aiunt Doctores in dict. cap. ſacris. tamen propter communionem non exhumantur ſi diſcerni nequeant ab aliis, ait textus dict. cap.

Nec currit præſcriptio contra capitulum (ſede vacante) in his quæ ſunt Epiſcopi ſimul, & capituli ratione talis communionis. Idem Panormitanus in cap. 1. col. . de præſcriptionib. idem Rebuff. in 61
C dict. tract priuilegiorum ſcholarium, priuilegio 166.

Obiicies cum Rebuffo loco citato non debet fieri deterior conditio laici propter clericum. Reſp. ſi ex alio capite non melioret. concedo, ſi melioret, nego. ſed conditio laici propter clericum meliorat. gaudet enim ſemeſtri clerici laicus propter clericum, ergo &c. æquum eſt enim, vt qui in vno releuatur, in alio grauetur, cap. cùm vos de off. ordinarij, & qui ſentit commodum, debet & onus ſentire. Regula rationi congruit de reg. iuris in ſexto.

Dicitur autem patronus laicus qui ha- 62
D bet ius præſentandi ratione ſui patrimonij, gloſ. in cap. vltimo, verb. præſentare de iure patronat. in clement. Panormit. in cap. cum autem, illo tit. etiam ſi ſit clericus qui ſi fundet Eccleſiam, vel dotet illam de bonis patrimonialibus dicitur patronus laicus, Abbas in cap. illud ibidem, Lambert. de iure patronat. lib. 1. qu. 1. art. 5. Gammarus deciſione 53. in manuſcriptis, & ita fuiſſe deciſum à Rota aſſerit, Pariſius lib. 2. reſignat. quæſt. 2. num. 41. & eſt communis & vera opinio Couarruuias, cap. 36. praxeos, Rebuff. in concordat,

dat. rub. de collationib. §. præfatique or-
dinarij, verb. patroni Eccleſiaſtici, & in
tract. nominationum, quæſt. 8. n. 22. vbi
dict. quod cenſebitur ius illud & laicale
ſi ſpectet ad Clericum ratione ſucceſſio-
nis conſanguinei, cap. 1. & cap. cùm dile-
ctus, illo tit. de iure patronat. Imol. in cap.
dilectus 3. col. 2. de præb. Staphilæus in
tractat. de literis gratiæ, folio. §. verſicu-
lo ſed dubium eſt, ideo poterit patronus
variare, gloſa in cap. cùm dilectus de iure
patronatus.

Eccleſiaſticus vere patronus eſt ille cui
63 ius præſentandi competit ratione Eccle-
ſiæ, vel beneficij, cap. dilectus de officio
legati, vel quando Eccleſia, vel capitulum
habet ius patronatus. Felinus in tractat.
quando literæ Apoſtolicæ noceant pa-
tronis, col. 5. & 6. Idem Rebuffus in dict.
concord. dict. §. verb. patroni, vel quan-
do patronus laicus remiſit Eccleſiæ ius pa-
tronatus, cap. vno de iure patronat. in 6.
Decius conſil. 542. præſuppoſita num. 8.
Rebuff. in dict. tract. nominatio. dict. q.
8. num. 22.

64 Secundo non cadunt in mandatis be-
neficia reſeruata, ſiue per reſeruationem
generalem, ſiue particularem, Aufrerius
deciſ. Tholozan. quæſtione 434. Roma-
nus conſilio 342. quoad primum in 1. du-
bio, idem Rebuff. in dict. tract. nomina-
tio. q. 15. in fine, n. 54. & quod excipian-
tur vult regula vna Cancellariæ, teſte illo
Doct. in concordat. rub. de mandatis A-
poſtolicis, §. declarantes, verb. compre-
henſa, & en ratio, per mandata intendit
Papa grauare inferiores tota rub. de re-
ſcriptis, tum in decretalib. Gregorij, tum
6. & Clementinarum, & eſt textus in dict.
concordat. ibi. *videlicet vnum collatorem, &c. grauare poſſit.* illa rub. de mandatis,
ſed hoc caſu Papa nõ grauaret inferiores,
ſed ſeipſum. cum hæc beneficia ſint de ſua
collatione tantum (vt dixi ſuperius) Ar-
chid. in cap. cùm inſtantia de cenſibus,
Rota deciſione 3. de officio legati in no-
uis. ergo, &c. facit quod dicit, Æneas de
Falconibus in tract. de reſeruatione quod
in generali conceſſione talia beneficia re-
ſeruata non veniunt, & eſt communis o-
pinio Doctorum, in cap. 2. de præbendis
in 6.

Fallit quoad beneficia de quibus poteſt
conferre ordinarius poſt menſem Papæ,
iuncta cap. ſtatutum, illo tit. & lib. poteſt
enim ſuper illa menſe elapſo concedere
mandata Papa, cum poſtea cenſeantur va-
care in partibus, dict. cap. ſtatutum, Lap-

A pus allegatione 84. dominus Papa co-
lumna 2.

Tertio eximuntur à mandatis beneficia 65
de nouo fundata, per dictum cap. eam te
de reſcript. clement. vltima. illo tit. gloſa
communiter approbata, in cap. quia ſæpe
de præbend. in 6. Ranchinus in additi. ad
Guidonem Papam, quæſtione 112. verſ.
literæ quinquennales quarto præbendæ 66
Theologales quæ debentur ex concorda-
to Doctoribus, Licentiatis, vel ſaltem Ba-
calaureis formatis in Theologia, rub. de
collat. §. 1. cap. ſuper ſpecula de magiſt.
& liberæ ſunt omni onere, gloſa pragmat.
illa rub. de collat. verb. onus ideo non
B poſſunt imponi penſiones ſuper illis, vt
fuiſſe iudicatũ Pariſiis aſſerit Papon. lib.
Arreſtorum, titul. de capitul. arreſt. 6.
non enim debet vna & eadem res duplici
onere grauari, Rebuff. in dict. concordat.
eadem rub. illo §. 1. verb. onus lecturæ,
dico infrà, vbi de diſtributionibus quoti-
dianis, in vltima diſputatione.

Idem dic de præbendis præceptorialib. 67
probatur mandata ſunt conceſſiones be-
neficiorum, clement. gratiæ, & ibi. Doct.
de præb. ſed tales præbendæ præcepto-
riales non ſunt beneficia, cum non durent
ad vitam poſſeſſorum, iuxta conſtitutio-
nes regias, & nuperrimè per edictum de-
C functi juſtiſſimi & inuictiſſimi Regis Lu-
douici de anno 1629. imò & per multa ar-
reſta Senatuum Gallorum, vt per arreſtum
Tholozanum, teſte du Maynard lib. 1.
arreſt. quæſt. 4. cap. 13. quod eſt contra
naturam beneficiorum, per quam debent
eſſe perpetua, can. ſatis peruerſum 56.
diſtinct. can. inuentum, 16. quæſt. 7. cap.
vno, de capell. Monach. in 6. regula de-
cet de regul. iuris, illo lib. gloſa in can.
paſtoralis, 7. q. 1. & dico infrà in ſequenti
diſputatione, vbi de beneficiis in abſtra-
cto, ergo, &c.

6. Beneficia ſuppreſſa, textum habes 68
D valde notabilem in cap. cùm acceſſiſſent
de conſtitut. non enim dari poteſt, quod
non exiſtit in rerum natura. ait gloſa in
clement. final. de reſcript. nec ideo poteſt 69
impetrari officium ſacriſtæ noſtræ Cathe-
dralis Eccleſiæ, quod à multis retro annis
ſuppreſſum fuit, (vt conſultus reſpondi)
niſi Canonici contraueniſſent, Seium, v.
g. in ſacriſtam eligendo, vel electum re-
cipiendo, quo caſu. poſſet tale beneficium
vti renatum obtineri. Ita limitat quoad
primiceriatum Eccleſiæ Tullenſis apud
Lemouicenſes, dominus Innocent. III.
in dicta decretal. cum acceſſiſſent. § niſi,

ibi. *niſi poſtea dicti canonici contrauenerint,* A
aliquem in primicerium eligendo.
70 7. Non debentur mandatariis beneficia
vacantia per reſignationem, ſiue ſimpli-
cem, ſiue ex cauſa permutationis, cap. vno
de rerum permutat. in 6. gloſa penult. in
cap 2. de præbend. illo lib. ea quippe de-
bentur ſolis compermutantibus, clement.
vna, illo tit. de rerum permutat. dummo-
do reſignatio fraudulenta non ſit, textus
ſingul. in cap. ſi te de renunciat. eodem
lib. 6 vbi indicia, & præſumptiones frau-
dis aperiuntur, tu lege textum, gloſa in
dicta clement. vna. Qualis eſſet illa, quæ
fieret in fraudem mandatariorum, gra- B
duatorum, vel aliorum expectantium,
gloſa in §. item quod, verb. permutatio-
nis, rub. de collat. in pragmat. Ioannes
de Selua in ſuo tractat. benef. part. 3. qu.
54. Rebuff. in tractat. nominat. quæſt.
15. num. 24. nemini enim fraus opitulari
debet, cap. ſedes, & cap. ſequenti de re-
ſcript. nec debet in commodum cedere,
quod debet potius in damnum retorque-
ri, cap. etſi de donat. inter virum & vxo-
rem, cap. ſi vir de cognat. ſpiritali.
71 8. Beneficium vnitum menſæ Epiſco-
pali, Abbatiali, vel Capitulari, 1. quia
numquam vacare cenſetur, cap. frequens C
de exceſſib. præl. Doctor. & ibi. gloſa in
clement. vna, verb. de menſa de ſuppl.
neglig. prælat. & eſt textus in clement.
vna. ibi. *Quidam* (inquit Clemens V. in
Concilio Viennenſi) *Eccleſias curam ani-
marum habentes, ad menſes Abbatum ſpe-
ctantes, &c. (clericis ipſis decedentibus) ſuis
conferunt Clericis (quamquam ipſæ in verita-
te non vacent)* de exceſſ. prælat. Rota de-
ciſ. 2. num. 3. illo tit. in nouis, ſed quod
non vacat non poteſt dari à Papa dict. cap.
cum acceſſiſſent de conſtitut. cap. 1. de
præb. in 6. imo nec promitti, cap. dete-
ſtanda de conceſſ. præb. illo lib. propter
votum ſupradictum captandæ mortis, vt D
ibi dicitur, & dictum fuit ſuprà, alias pro-
miſſio non obligat. textus eſt bonus in cap.
ex tenore, illo tit. in decretal. Gregorij
IX. Nec poteſt vacare Federicus de Se-
nis, conſ. 200. num. 2. Rota deciſ. 196.
num. 2. in recentiorib. 2. quia non dici-
tur amplius beneficium, quando ſemel
fuit vnitum, Geminianus in cap. ſunt per-
ſonæ. col. vlt. §. vltimo. de priuileg. in 6.
Rota deciſ. 11. de reb. Eccleſ. alienand. in
antiq. Gomes in reg. de infirmis, quæſt.
15. vnio enim abolet. nomen beneficij, &
facit ceſſare titulum. Rota deciſ. 199.
num. 5. in recentiorib. Loterius in ſua re
benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 98.
9. Mandatarius regularis eſt inhabilis 72
ad beneficia ſecularia & vice verſa, can.
placuit, 16. quæſt. 1. cap. cùm ad noſtram,
& cap. cùm ad monaſterium de elect. cap.
inter quatuor de religioſ. domib. cap. 1.
& cap. vltim. de capell. Monach. Baldus
in cap. cauſam, illo tit. de elect. Felinus
in cap. in noſtra, num. 11. de reſcript.
Rota deciſ. 28. de præbend. in nouis, glo-
ſa pragmat. in verb. religioſus, §. illi ve-
ro, rub. de collationib. Staphilæus de li-
teris grat. & iuſtitiæ. tit. de qualit. & ſtat.
benef. Benedictus in repetit. cap. Raynu-
tius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam,
num. 218. & ſequent. de teſtament. Re-
buff. in tractat. de pacif. poſſeſſ. num. 311.
Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. cap.
21. de regularib. dicitur enim in vulgari
regula. *Regularia regularibus ſecularia ſe-* 73
cularibus conferantur. Ioannes Brunell. in
tractat. de dignit. legat. concluſ. 19. de-
clarat. 6. & quiſque iure ſuo contentus
exiſtat, ait Clemens V. in Concilio Vien-
nenſi relato in dict. clement. vna.
Limita ſi adſit diſpenſatio Pontificia.
caſus eſt formalis in dict. cap. cùm ad Mo-
naſterium, in quo Celeſtinus III. de gra-
tia ſpeciali confirmat poſtulationem fa-
ctam de ſeculari ad Abbatiam, & in cap.
quod Dei timorem, vbi Innocent. III.
ratione prædicationis officij, quod eſt pri-
uilegiatum, ait textus in cap. inter cætera
de officio ordin. diſpenſat regularem an-
tea parochum vt ad prioratum redeat, &
illo vtatur per vitam. de ſtat. monach.
imo facilius indulgetur, vt regularis ad
præſulatum aſcendat, quã vt præſul ſæcu-
laris ad monachatum deſcendat, ait idem
dominus Innocent. in cap. niſi de renun-
ciat. Ratio limitationis hæc eſt quia diſ- 74
penſatio facit habilem eum, qui erat in-
habilis, cap. vno de filiis presbyterorum
in 6. cap. cùm de beneficio de præb. illo
lib. notatur in cap. multa, illo titul. apud
Gregor. omnes quippe tollit, & amouet
effectus iuris communis defectum pro-
ducentes, gloſa in cap. dudum, verb. reti-
nere de elect. Diuus Thomas 2. 2. quæſt.
88. articu. 10 ideo definitur rigoris iuris
relaxatio, gloſa in can. requiritis, per il-
lum textum, verb. pleriſque. 1. q. 7. Spe-
culat. in titul. de diſpenſat. §. 1. in prin-
cip. Rebuff. in praxi, illo tit. num 1. &
per eam fit poſſibile, quod eſt impoſſibile,
gloſa in cap. gratia, verb. non potes de re-
ſcript. in 6. Abbas in dict. cap. quod Dei
timorem, cùm tollat omne impedimen-

tum appoſitum. Suares de legib. lib. *6.*
cap. 11. num. 4. & ſequenti, Sanch. de
matrim. lib. 7. diſput. 1. num. 1. eſtque
communis opinio Doctorum, in dict. cap.
de multa, facit can. niſi rigor. 1. q. 7. ideo
non præſumitur, niſi probetur, per tex-
tum ſingularem, in dict. cap. cùm de be-
neficio. ibi. *Niſi hoc in literis caueatur ex-
preſſe.* Decius in cap. porrecta, num. 11.
de confirmat. vtili. Oldrad. conſ. 256. n.
2. verſicul hoc tamen, & potiſſimum in
regno, in quo non creditur affirmanti, ſed
probanti, & vbi Papa non poteſt etiam
diſpenſare graduatum regularem ad ha-
bendum beneficium ſeculare vacans in
menſibus graduatorum, nec vice veſa. ita
concordat. rub. de collat. §. volumus. ibi.
*Ita quod ſecularis nominatus beneficia regu-
laria, in menſibus deputatis vacantia, praetex-
tu cuiuſuis diſpenſationis Apoſtolicæ, & è con-
tra religioſus ſecularia beneficia petere, aut
conſequi minime poſſit.*

75 10. Non ſubduntur mandatis iſtis bene-
ficia, in quibus viget conſuetudo obtandi
per diſpóſitionem, cap. vltim. de conſue-
tud. in *6.*

76 11. Beneficium pertinens ad collatio-
nem vnius Canonici ratione ſui canoni-
catus, vel dignitatis, quale eſt beneficium
poſſeſſum à Bartholomæo Olier præben-
dato noſtræ Eccleſiæ cuius collatio ad me
pertinet ratione meæ præcentoriæ, cap.
mandatum de præbend. illo lib. limita ſi
adſit clauſula hæc, *tam coniunctim, quàm*
77 *diuiſim*, ratione cuius beneficium afficitur
mandatario, vt eſt in textu dict. cap. quem
valde notabilem, & ideo legẽdum cenſeo
ab omnibus Canonicis, ſaltem doctis, &
in iure Canonico peritiſſimis.

78 12. Nec debentur beneficia, quæ de con-
ſuetudine afficiuntur antiquioribus ca-
nonicis, per ſupradictum cap. vlti.

79 Nec beneficia affecta Chorariis Eccle-
ſiarum, vel ex ſtatuto, vel ex conſuetudi-
ne: tales ſunt præbendæ hebdomadales,
80 & diaconales noſtræ Eccleſiæ Lodouen-
ſis, quæ per ſtatutum capitulare à ſancta
Sede confirmatum ſolis Chorariis affi-
ciuntur: Ita conſultus reſpondi Michaeli
Martin preſbytero, nunc hebdomadario
conſanguineo meo, qui ſecundum meum
conſilium obtinuit arreſtum, quoad poſ-
ſeſſorium ſuæ præbendæ hebdomadariæ
à Senatu Tholozano in magna Camera
menſe Ianuario anni 1636. referente do-
mino de Mauſſac Senatus Decano di-
gniſſimo, 1. quia Papa per ſua mandata
non intendit abrogare conſuetudines Ec-
A cleſiarum, cap. ex literis, vbi eſt bonus
textus de conſtitutionibus, dict. cap. vlti-
mo de conſuet. in *6.* cap. cùm in Eccle-
ſia de præbend. illo lib. Felinus in cap.
nonnulli. col. 26. verſicul. 9. de reſcript.
2. quia beneficia requirentia qualitates
aliquas ex ſtatuto, fundatione, vel præſcri-
ptione, ſolis habentibus tales qualitates
afficiuntur de iure, cap. cui de non facer-
dotali, cap. cùm de beneficio, illo tit. de
præbend. & lib. ita fuerat multo ante bis
iudicatum à Senatu Pariſienſi etiam con-
tra graduatos, vt aſſerit Bauny in ſua pra-
xi Iuris Canonici. cap. 29. num. 5. ſcili-
B cet anno 1563. & anno 1576. & à magno
Concilio die vltima menſis Martij, anni
1621. pro quodam Chorario Eccleſiæ An-
degauenſis contra graduatum quoad poſ-
ſeſſorium vnius præbendæ dictæ Eccle-
ſiæ, quæ vacauerat in menſibus gradua-
torum, & quæ (vt affecta Chorariis) ad-
iudicata fuit dicto Chorario, teſte Chopi.
lib. 1. de ſacra polit. tit. 3. num. 13. cum
duobus ſequentibus.

Amplia hoc tam verum quoad talia be- 81
ficia noſtræ Eccleſiæ, vt non poſſit ſuffra-
gari poſſeſſio triennalis non chorario poſ-
ſidenti. & hoc propter decretũ irritãs dicti
C ſtatuti. ibi. *Nulli alij, quàm ei, qui Chorarius
fuit in dicta Eccleſia conferantur: aliter, &
alias collatio, inſtitutio, & omnimoda alia
diſpoſitio, & prouiſio ſit irrita, & inanis.* quod
videre debent Canonici confratres, quo-
tum odio non debent tales Chorarij præ-
grauari regula non debet de regul. iuris
in *6.* & qui non poſſunt abrogare ſtatu-
tum illud, cap. cùm inferior de maiorit.
nec ſuper illud vllum diſpenſare cum cen-
ſeatur eſſe ſtatutum hodie Papale non ca-
pitulare, vt pote confirmatum à Papa,
cap. cùm Apoſtolicæ de præbend. in *6.*
Decius in cap. cùm acceſſiſſent, num. 17.
de conſtitutionibus.

D 15. Mandatario non debetur benefi- 82
cium in Eccleſia, in qua iam præbendatus
exiſtit, propter incompatibilitatem duo-
rum beneficiorum vniformium, cap. de
multa, vbi Doct. de præbend. clement.
vltim. & ibi. gloſa illo tit. Card. in clem.
literas de conceſſ. præbendæ dico infrà
vbi de beneficiis in abſtracto, in ſequenti
diſputat. ſicuti nec beneficium paternum
ad declinandam ſucceſſionem hæredita-
riam beneficiorum, can. ſi tranſitus, & ibi
gloſa, verb. non poſſit, diſtinct. 79. gloſa
in can. Apoſtolicæ, verb. beatus 8. q. 1.
Ioannes de Turre Cremat. in can. Moyſes,
num. 6. verſicul. alia fuit ratio. 8. q. 1.

non enim debet ſanctuarium Dei iure A
hæreditario poſſideri, ait textus, in cap. ad
decorem de inſtitutionibus, Concilium
Tridentinum, ſeſſ. 25. cap. 7. de refor-
matione.

83 16. Beneficium litigioſum non debetur
mandatario ſi ipſe nolit, Rota deciſione
608. ſi aliquis in antiquiorib. ratio per
mandata intendit Papa vti gratia erga
mandatarium, cap. tibi qui de reſcript.
in 6. clement. gratiæ, & ibi Doctores, illo
tit. & dare ei vnde viuat, cap. poſtulaſti, &
cap. proponente, illo tit. in decretalibus,
cap. ſi pauper de præbendis, lib. 6. ſed ſi
teneretur mandatarius acceptare bene- B
ficium litigioſum, cogeretur forſan men-
dicare, can. diaconi 93. diſt. vel ſal-
tem laboribus, & ſumptibus fatigatus,
aut compelleretur componere, vel cedere
iuri ſuo, & ita literarum effectu, & com-
modo carere, vt dicitur in cap. vltimo, illo
tit. apud Gregorium, ergo non tenetur il-
lud acceptare, ad quod addi poteſt, quod
beneficium tale litigioſum non cenſetur
vacare, clement. 1. vt lite pendente, quia
non vacat de facto, Gomes in regula can-
cellariæ de ſubrogand. collitigantibus, q.
19. Rebuffus in dict. rub. de mandat. A-
poſtolicis. §. declarantes, verb. compre-
henſa, 3. quia lites prohibentur clericis,
clement. diſpendioſam de iudiciis, clem. C
1. de re iudicata.

Dixi ſi nolit, nam ſi mandatarius requi-
ret collationem ab ordinatio, & illam ab
eo haberet, imputaretur mandatario, Ro-
ta deciſ. 588. vtrum ſi hi eodem lib. &
ideo non poſſet aliud expectare beneficiũ
per rationem, in cap. ad audientiam, illo
titul. de reſcript. cùm ſibi imputare de-
beret, quod acceptaſſet, ait gloſa in can.
1. verb. neceſſitatem 21. quæſt. 1.

Fallit ſi proteſtaretur in requiſitione, &
acceptatione. Ægid. de Bellamera, con-
ſilio 35. vtrum, licet id non firmet Rebuf-
fus vbi ſuprà, ſed opinio Ægidij tenenda D
eſt. Tunc enim quia finale iudicium pen-
det ex futuro, cap. penult. de frigidis, vi-
dendum eſſet per exitum litis bonum, vel
malum an valuerit collatio, gloſa in illa
clement. 1. vt lite pendente, & ſi bonus
eſſet exitus, gauderet illo mandatarius, ſi
non bonus, non præiudicaret vt conditio-
nalis, cap. vltimo, vbi Peruſius de appel-
lationib. clement. vna de conceſſione
præbendæ.

84 Mandatario tamen debentur benefi-
cia parochialia oppidorum muratorum
licet non ſit graduatus, Boerius deciſione
Burdegalenſi, quæſt. 225. Apoſtolicus,
cum in concurſu veniat mandatarius præ-
ferendus cæteris expectanrib. vt gradua-
tis etiam in menſib. illis debitis, per cap.
eum cui, & cap. hi qui, illo tit. & lib. Rota
deciſione, §. nota quod vbi. in antiq. vt
pote prouiſus à maiori, cap. ſi à ſede, Ab-
bas in cap. poſtulaſtis, column. 3. de con-
ceſſ. præbendæ, Felinus in rub. de maio-
rit. eadem colum. 3. & quia talem priori-
tatem retinuit ſibi in regno per concord.
in dict. rub. de mandatis Apoſtolicis. §.
declarantes, gloſa pragmat. §. non tamen
intendit. verb. effectum, tit. de collatio-
nib. ex his.

Collige 1. mandatarium debere eſſe 85
clericum tempore gratiæ adhoc vt ha-
beat mandatum cum effectu, cap. vltimo,
ibi. *quod eidem clerico prouideas* de præb-
in 6. & probare ſe clericum Archidia-
con. in cap. ſi iudex laicus de ſentent. ex-
commun. illo lib. eſtque communis opi-
nio. Maſcardus de probationib. concluſ.
301. num. 2. qui clericatus probari poteſt
multis modis, per indicia. Doctor. in cap.
illud de præſumptionib. gloſa in cap. in-
ter quatuor, verb. per argumenta de cle-
ricis peregrinis, 2. per teſtes qui fuerunt
præſentes tempore collati ordinis. Guido
Papæ quæſt. 474. 3. per literas teſtimo-
niales Epiſcopi ordinantis quod ſeruatur
in Gallia, Felinus in cap. poſt ceſſio-
nem, nu. 3. de probationibus, laici enim
ſunt incapaces beneficiorum, cap. cùm 86
adeo de reſcript. cap. 2. de inſtitutionib.
gloſa in cap. cùm M. verb. receperunt de
conſtitutionib. Panormit. in cap. maiori-
bus de præbendis, & collatio ipſis facta eſt
ipſo iure nulla, cap. diuerſis de clericis
coniugat. ideo non iuuantur decreto de
pacif. poſſeſſ. vt dico infrà, vbi de hac re-
gula, & vult Rebuff. in tractat. de pacif.
poſſeſſ. num. 190.

Collige 2. debere omnia mandata A- 87
poſtolica ſumi cum reuerentia ab execu-
tore, cap. ſi quãdo, & cap. cùm contingat.
de reſcript. & executioni demandari, alias
peccaret non obediens, cap. ſciſcitatus,
illo tit. cap. prudentiam. §. adiicimus de
officio delegati, textus eſt ſingularis in
cap. ſi ſoli. ibi. *licet ſi contra fiat punien-
dus exiſtat*, de conceſſ. præbend. in 6.

Limita ſi ſcholari in theologia, vel in 88
iure Canonico dirigerẽtur mandata, tunc
enim non teneretur illa executioni de-
mandare, ſi ob id ſuum tereret tempus.
Barbar. in proœmio, clement. in priuile-
giis ſcholarium, Ioannes Andræas in re-

gula eum qui certus eſt de regulis iuris in A
6. in mercurialibus, Rebuff. in tract. pri-
uilegiorum ſcholarium, priuilegio 81.

89 Et definitur mandatum in genere iuſſio
Papæ, qua mandat aliquid fieri, vel dari
ad preces impetrantis, cap. conſtitutus de
reſcriptis, & en vera definitio reſcripto-
rum, ceu mandatorum, quæ debetur ru-
bricæ de reſcript. tum in decretalib. Gre-
gorij lib. 6. cum clement. conſtitutio au-
tem dicitur, idem quod Princeps ſtatuit,
can. conſtitutio, diſt. 2. Abbas & ibi. alij
Doct. in rub. de conſtitutionib. Pariſius
de confident. beneficiali, quæſt. 7. num.
8. Reſcripta ſunt duplicia alia ad lites, alia B
90 ad beneficia, 1. ſunt illa quibus iudices
certi committuntur à Papa ſuper aliquam
certam cauſam terminaodam, eiſque iu-
dicandi forma præſcribitur, cap. cauſam,
& cap. cùm dilecta de reſeriptis, dixi *certi*,
quia incerti iudices dati fraudibus mil-
le aperiunt iter, ait textus in cap. adhæc
ibidem, vbi tale reſcriptum eſt nullum,
cap. diſpendia, illo tit. in 6. dixi *certam
cauſam*, quia certum debet eſſe negotium
ſuper quod iudices conſtituuntur, cap.
ſaoè 1. de officio delegati: *terminandam*,
vel quia per ſententiam delegatorum fi-
nitur proceſſus, quemadmodum iuriſdi- C
ctio, cap. in literis, illo tit. de officio dele-
gati, vel quia ideo committitur cauſa, vt
fine canonico terminetur, cap. ex tranſ-
miſſa de foro competenti, cap. ex tenore
de teſtibus, cap. 1. de conſanguinitate, &
notatur in cap. ex conqueſtione de reſti-
tutio. ſpoliatorum: *forma*, quam ſequi de-
bet delegatus, dict. cap. eam te, & cap. di-
lecta, vt dixi ſuprà, & ſi non præſcribatur
debet forma iuris ſeruari per textum ſin-
gularem, io cap. ex parte de officio dele-
gati.

Reſcripta ad beneficia ſunt illa de qui-
bus ſuprà diximus, & quibus mandatur
inferiori, vt beneficium mandatario con- D
ferat, cap. cùm de beneficio, & cap. man-
dato de præbend. in 6. de vtroque reſcri-
pto agitur paſſim in iure Canonico, & po-
tiſſimum in extrauag. vna. ibi. authori-
tate præſenti, ait Ioannes 22. *declaramus
quod omnes, & ſingulæ gratiæ ſuper bene-
ficia vacatura* (& en reſcripta ad bene-
ficia.) *Idem dicendum declaramus quoad
literas Apoſtolicas iuſtitiam continentes*,
& en reſcripta ad lites de officio delegati
in communibus, vbi alio modo vocantur,
ſcilicet reſcripta quoad beneficia vocan-
tur reſcripta gratiæ, & quoad lites, reſcri-
pta iuſtitiæ, vt in extrauag. 1. ſub titul. de
conceſſione præbend. in extrauag. Ioan-
nes 22.

Ad petitionem partis. Ideo enim vo-
cantur reſcripta, quia ad preces ſuppli-
cantium reſcribi ſolent, cap. ſedes, illo
tit. de reſcriptis, quippe ſedes Apoſtolica
ad ſuggeſtionem, relationem, vel conſul-
tationem decreta ſua promulgat, reſpon-
detque precibus ſupplicantium, vt dicitur
in dict. cap. ſedes, & cap. ſi quando ibidē.
Moderator enim eſt iuris publici, quod
in ſcrinio pectoris ſui habere cenſetur,
cap. 1. & ibi. Doctores de conſtitutio. in
6. nullamque habet rationem, nec perſo-
næ, nec rerum, nec temporis, can. ad Ro-
manam 2. q. 6. & notat in cap. Romana
de appellationibus in prima compilatio-
ne, quemadmodum erga Deum nulla ad-
mittitur acceptio perſonarum, cap. ad
decorem de inſtitutionibus.

Hæc vero reſcripta iuſtitiæ, vel faciunt
ius, vel non faciunt, ſed concipiuntur iux-
ta ius commune, cap. nonnulli. §. niſi, &
ibi. gloſa de reſcriptis, 1. modo debent fa-
cere mentionem cap. quod deſtruunt;
alias ſunt nulla, dicto cap. eam te, cap.
ex parte de capellis monach. gloſa in di-
cto cap. 1. verb. noſcatur, quia odioſa
cap. 1. de filiis presbyterorum in ſexto.
Cum non ſit præſumendum Summum
Pontificem velle euertere iura tot labo-
ribus, & vigiliis excogitata ſine cauſa, &
tam facile, niſi aliter conſtet, vt dicitur in
dict. cap. 1. 2. modo ſunt valde fauorabi-
lia, vt notat in cap. ſuper literis de reſcri-
ptis, quod ſeruatur in reſcriptis gra-
tiæ, per cap. tibi qui, illo tit. in 6. Quid
ſint literæ monitoriæ, præceptoriæ, & ex-
ecutoriæ, collige ex rub. de reſcript. & in
toto tit. de præbendis; lib. 6. vide etiam
Rebuff. in rub. de mandatis Apoſtolicis
in principio, in concordat. notabis tantum
alterum eſſe reſcriptum in forma paupe-
rum dictum, quia fauore pauperum cleri-
corum inductum, & definitur.

Iuſſio Papæ qua mandatur Epiſcopo 91
ordinanti, vt prouideat clerico à ſe pro-
moto ſine titulo de 1. beneficio vaca-
turo, illique interim neceſſaria admini-
ſtret colligitur ex cap. poſtulaſti. ibi. *Ad
quod ſic duximus reſpondendum, quod cùm
per formam prædictam neceſſitatibus paupe-
rum clericorum, qui nullum ſunt beneficium
aſſecuti ſedes Apoſtolica duxerit ſuccurendum*
de reſcriptis, cap accepimus de ætate &
qualit. cap. cùm ſecundum de præbend.
& cap. ſi pauper, illo tit. in 6. & fuit Ale-
xander III. Papa doctiſſimus, & integer-

rimus, qui primus talē prohibitionē fecit
ordinariis,ne ſine titulo quemquam pro-
mouerent in Concilio Lateranenſi,cuius
decretum habes in cap. Epiſcopus, illo
tit. in decretalibus Gregorij IX.quod ita
ſe habet. *Epiſcopus, ſi aliquem ſine certo ti-*
92 *tulo,de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaco-*
num, vel presbyterum ordinauit, tamdiu ei
neceſſaria adminiſtret, donec in aliqua Eccle-
ſia ei conuenientia ſtipendia militiæ Clericalis
aſſignet: niſi tales ordinati de ſua,vel paterna
hæreditate ſubſidium habere poſſint.

Amplia hoc tam verum vt decretum il-
lud liget etiam ſucceſſorem Epiſcopi or-
dinantis,vt eſt communis opinio Docto-
rum,qui dicunt hunc vnum eſſe caſum in
quo prædeceſſoris omiſſione ſucceſſor li-
gatur, vt patet ex conſtitutione Inno-
centiana, relata in dict. cap. cùm ſecun-
dum: & illud ratione fuit optima intro-
ductum,vt conſuleretur egeſtati clerico-
rum intitulatorum,qui antea mendicare
cogebãtur, vt notatur in can. diaconi, 93.
diſt. in dedecus totius ordinis clericalis,
93 vt ibi dicitur, vel ſaltem vilibus ſe ſe ne-
gotiis implicare,vt toto tit. ne clerici vel
monachi ſecul. reb. ſe immiſc.

Vocatur autem tale reſcriptum à cano-
niſtis in forma cum ſecundum,quia capi-
tulum quod eſt pauperibus clericis fauo-
rabile incipit per hæc verba,*cum ſecundum*
Apoſtolum qui altari ſeruit, de altari viuere
debeat, dict. cap. cùm ſecundum.

94 Hinc priuatur commodo talis reſcriptis
qui habet aliquod beneficium quantum-
libet tenue, dict. cap. poſtulaſti, & cap. ſi
pauper, cum ſibi imputare debeat quod
acceptauerit tale beneficium,gloſ. in can.
1. verb. neceſſitatem 24. quæſt. 1. & pro-
batur argumento deducto, ex cap. ſi quis
iuſ.. de electione in ſexto, nec eſt quod
conqueratur. cùm volēti non fiat iniuria,
cap. ſcienti de reg. iuris, illo lib. nam & ſi
nulli liceat aliena cuiquam concedere
præter domini voluntatem, vt ait textus,
in cap. tua nobis de decimis, poteſt tamen
quilibet quod ſuum eſt remittere, cap in
præſentia de renunciatio.

Idem dic ſi habeat penſionem ex qua
viuere valeat, tunc enim non tenetur or-
dinarius, Felinus in dict. cap. poſtulaſti,
verſus finem,quia cùm ceſſet cauſa,ceſſat
& obligatio, can. generaliter 16.q. 1. can.
quia ſancta, §. verum 63. diſt. cau. ſtatui-
mus. §. his omnibus, 6.diſtinctione, cap.
cùm ceſſante de appellationibus, cap.ma-
gna de voto, cap. ſuggeſtum de decimis,
cap. vltimo de vita & honeſtat. clerico-
rum, cap. ex iniuncto de noui operis
nunciatio,& probatur argumento dedu-
cto ex dict. cap. ſi pauper, cap. & ſi Chri-
ſtus de iureiurando, Doct. in cap. poſt
tranſlationem de renunciat.

3. Idem dicendum de eo qui habet pa- 95
trimonium ſufficiens ad victum, per dict.
cap. Epiſcopus,cum illius titulo poſſit le-
gitimè ordinari cap. tuis quæſtionibus de
præbendis, & gaudeat priuilegio fori,
can. Eccleſiarum ſeruos 12. quæſt. 1. eſt 96
enim de foro Eccleſiæ, licet Eccleſiam
non habeat, ex dicto cap. Epiſcopus, vbi
gloſa, verb. ſubſidium, Rebuff. in inter-
pretatione authenticæ habitæ, verb. & à
viliſſimis. & talem obligationem non 97
tollit clauſula illa Papalis,quæ de ſtylo in
ſignatura apponitur, *ſi eum per ſolertem*
inquiſitionem idoneum repereris, cum eo
quod ad ordines ordinarius mandatarium
illum pauperem admiſerit, idoneum iu-
dicauerit,per textum ſingularem, in cap.
accepimus.ibi.*eos præſertim ad obtinendum*
beneficium Eccleſiaſticum idoneos debes re-
putare, quos ad ordines ſuſcepiſti. de ætat.
gloſ. in dict. cap. cùm ſecundum, verb.
liceat: extra hos tres caſus dic quod Epi-
ſcopus tenetur,& eius ſucceſſor, per dict.
cap. Epiſcopus, & cum ſecundum, nam
cauſæ pauperum ſunt valde fauorabiles,
1. enim nihil debet officialis recipere à
paupere clerico de ſuis iuribus, cap. ſtatu-
tum. §. inſuper de reſcript. in 6. quem-
admodum, nec aduocatus, nec procura-
tor, Aufrerius in ſtilo Parlamenti, rub. de
modo, & geſtu quem debet habere Ad-
uocatus. Angel. de Clauaſio in ſumma,
verb. Aduocatus. Rebuff. in tract. priui-
leg. ſcholarium priuileg. 90. cuius pau-
peris cauſa debet celerius aliis iudicari à
quibuſcumque iudicibus, ſiue laicis, ſiue
Eccleſiaſticis, gloſa in can. in primis. 2.
quæſt. 1. & eſt communis opinio Docto-
rum, in cap. 1. de poſtulando. quare ca-
ueant iudices negligētes facere iuſtitiam
pauperibus,ne faciant lites ſuas. gloſa in
can. hoc etiam 2. quæſt. 6. idem Rebuff.
in interpretatione illius authenticæ ha-
bita,verb. reſtitutionē 2. pauperes excu-
ſantur ab hoſpitalitate, cap. de monachis
de præbend. & à iuribus procuratoriis,
Benedict. in repet. cap. Raynutius, verb.
ſi abſque 2. in ſubſtitutione fideicommiſ-
ſaria, num. 3. de teſtament.

Quæres quiſnam dicatur ſufficiens re-
ditus ad vitam Clerici. Reſp. Quod re-
linqui debet iudicibus, qui hodie ducen-
tas libras adiudicant clericis, vt ſunt mul-

ta atteſta magni Conſilij nupetrimè data, A
quibus vti tecentioribus ſtandum eſt ita
fuit iudicatum anno 1644. pto Vicatio
perpetuo Sancti Felicis noſtræ diœceſis
contia capitulum noſtrum Cathedrale.

98 Quæres 2. quot modis expiret man-
datum. Reſpondeo, multis. 1. per mottem
mandantis, cap. relatum, & cap. licet de
officio delegat. cap. vltimo de procutat.
99 nam mors omnia ſoluit, cap. veniens de
eo qui duxit in matrimonium, quam pol-
luit per adultetium, cap. ſuper de ſecun-
dis nuptiis, idem Benedict. in tepetit. cap.
Raynutius, vetb. ſi abſque liberis, num.
29. de reſtam. ideo non poteſt mortuus
100 baptiſari, cap. à nobis. 2. & ibi. gloſ. de
ſent. excommunicat.

101 Hinc procuratorium ad teſignandum
expitat morte reſignantis, Doct. in cle-
ment. vna, & ibi gloſa, verb. quomodo-
libet de renunciat.

102 Fallit ſi res non ſit integta. quo caſu
non expirat mandatum morte man-
dantis, dict. cap. relarum, vt ſi literæ præ-
ſentatæ fuetint executori Apoſtolico,
qui fecetit de tali præſentatione ſuum
ptoceſſum verbalem. Idem Doct. in cap.
ptæſenti de officio legat. in 6. Peruſius in
cap. ſi gratioſè, notab. 1. de reſctipt. illo
lib. Rota deciſ. 349. ſi Papa in nouis glo-
ſa pragmat. verb. mandatum, verſicul. vi-
ſum. §. item voluit, rub. de collationibus,
ideo numquam expirat mandatum in te-
gno per mortem Papæ, cum fiant illico
proceſſus ab executorib. vt notauit Re-
buff. in concord. rub. de mandat. Apoſt.
§. 1. ſicuti nec expirat de iute mandatum
factum ad pias cauſas, cap. exiit qui ſemi-
nar de verbor. ſignif. idem Rebuff. in tta-
ctat. priuileg. ſcholar. priuileg. 8. vt fa-
ctum in fauorem Eccleſiarum, vel paupe-
ris, cap. ſi pauper de præb. in 6.

103 2. Expirat mandatum per tenuncia-
tionem, ſiue tacitam, ſiue exptеſſam, cap.
ad audientiam 2. de teſcript. cap. ſi dili-
genti de foto comp. notatur in cap. in
præſentia de renunciat. cap. ſollicitæ cum
duobus ſequentibus de reſtitut. ſpoliar.
Ioannes Andtæas in cap. penult. de ptæ-
104 bend. in 6. Poteſt enim quilibet iuri ſuo
renunciate dict. cap. in ptæſentia, cap.
ſcienti de tegul. iutis, illo lib. 6. licet nul-
li liceat aliena cedere prætet domini vo-
luntatem, ait textus in cap. tua nobis de
105 decimis, tenunciatio exptеſſa mandati di-
citur illa, qua quia literis renunciat co-
ram notario, & duobus teſtibus, declaran-
do nolle ſe vti facta ſibi gratia toto titulo
de tenunciat. tacita veto dicitur ea qua
quis tacitè tenunciare dicitur faciendo 106
aliquid contrarium gratiæ, vel faciendum
omittendo. Doctores in clement. gratiæ
de teſcript. vt ſi, v.g. mandatarius fiat mi-
les, can. clericum 50. diſt. præpoſit. in
can. mitor ibidem. nam cum clericalis
ordo ſit militia, cap. cùm ſecundum de
præbend. Antonius de Butrio in cap. eo
libentius de ſetuis non ordinand. non
debet clericus militiæ ſe dare homi-
num, quæ diſtincta eſt, & incompatibilis
cum militia domini: ad quod adde non
licere clericis intetficere quemquam,
can. eos qui 20. quæſt. 3. gloſ. in cap. vl-
B timo. verb. redietint de clericis non re-
ſidentibus. Innocent. in cap. 1. de apo-
ſtatis, 2. ſi non inſinuet literas intta debi-
tum tempus, cap. plerumque de reſctipt.
cap. ſi clericus de præbend. in 6. 3. ſi non
accepter beneficium vacans poſt tequiſi-
tionem, cap. tibi qui, illo tit. de reſctipt.
lib. 6. Etiam ſi mandatum id non dicat.
Doct. iuncta gloſa in clement. vna. de
conceſſ. præbend. Multo plura dicam vbi
de teſignationibus in tettia diſputatione.
ex his omnibus.

Collige facultatem iſtam concedendi 107
mandata eſſe penes Summum Pontificem
C in ſignum vniuerſalis dominij, quod ha-
bet ſupet omnes orbis Eccleſias, Rebuff.
in illa rub. de mandat. Apoſt. §. 1. verb.
date poſſit, & notatur in cap. propoſuit
de conceſſ. præb.

Quemadmodum Dominus, cuius eſt 108
Vicarius, retinuit ſibi decimas in ſignum
dominij quod habet ſuper omnia cteata,
dict. cap. tua nobis de decimis.

Collige 2. talem poteſtatem datam 109
fuiſſe Papæ canonicè promoto, qui dici-
tur ille, qui electus fuit à duabus pattibus
Cardinalium, de tribus exiſtentibus in
Collegio, textus auteus in cap. licet de
elect. etiam tertia parte contradicente
D (vt ibi dicitur) cum quod fit à maioti
patte capituli, regulatitet ptæualeat ei
quod fit à minoti, can. in his de conſecr.
diſt. 5. & toto tit. de his, quæ fiunt à ma-
iot. patt. cap. quod non euenit in electio-
ne Innocen. X. hodie in cathedra poſiti,
quem totum Collegiũ per inſpirationem
habete voluit in Pontificem iuxta notat.
in cap. quia propter, illo tit. de elect.

Ideo ei canonicè ptomoto iurari de- 110
bet obedientia, cap. ego N. de iureiu-
rand. eius ſanctitati me humillime ſub-
iicio, & quidquid ſcripſi, & in poſterum
(Deo fauente) ſcribam tamquam addi-

ctus filius Romanæ Eccleſiæ libenter
ſubmitto.

111 Collige 3. in omnibus reſcriptis datam
venire attendendam, per cap. eam te, &
cap. conſtitutus de reſcript. cap. ſi eo
tempore de elect. in 6. cap. tibi qui. ibi-
dem cap. eum cui de præb. illo lib. vt di-
xi ſuprà, vbi de iure præuentionis, & con-
curſus Papalis, cum prior prouiſus veniat
poſterioribus præferendus, regul. qui
prior de regul. iuris, eodem lib. 6.

112 Collige 4. narrata in mandatis debere
eſſe veritati conſentanea, vt notatur in
cap. ſedes de reſcriptis, & colligitur ex
ſupradictis, vbi dixi quod hac clauſula
intelligitur appoſita (ſi preces veritate
nitantur) vt ait textus in cap. 2. illo
titulo.

Collige 5. per mandata Papæ de pro-
uidendo non comprehendi Canonicatus
Cathedrales, ſi non exprimantur per tex-
tum ſingularem, in cap. quamuis de præ-
bend. in 6. quia non veniunt in generali
conceſſione, cum ſint notatu digni pro-
pter excellentiam dignitatis, cap. ſtatu-
tum de reſcript. illo lib.

Collige 6. pragmaticam ſanctionem
poſſe dici reſcriptum factum à principe
coram proceribus ſacri palatij, à verbo
πρᾶγμα, negotium dictum, vt benè gloſa
Ioannis Commextoris veteris decreti in-
terpretis, in can. finali, diſtinct. 101.

Collige vltimo multo plura dici poſſe
tum de mandatis, tum de reſeruationibus,
ſiue generalibus, ſiue ſpecialibus, quæ 113
ſciens omitto cum non vigeant hodie
mandata ex prohibitione ſacro ſancti
Concilij Tridentini quæ habetur in cap.
10. ſeſſ. 24. de reformat. & in cap. 19.
ſeſſ. 8. ibidem, nec reſeruationes in re-
gno tam generales, quàm particulares,
(paucis exceptis) vt patet ex concord. rub.
de ſublat. reſeruationum: his igitur omiſ-
ſis, veniamus ad Eminentiſſimos Cardi-
nales.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS QVARTÆ.

1. *Eminentiſſimi Cardinales primum poſt Papam locum obtinent in Eccleſia.*
2. *Eminentiſſimi Cardinales ſunt fratres Papæ.*
3. *Filij primi gradus.*
4. *Viua vox Eccleſiæ.*
5. *Conciliarij Papæ.*
6. *Coadiutores in executione officij Pontificij.*
7. *De honeſtate tenetur Papa conſulere in arduis Cardinales.*
8. *Sunt pars corporis Papæ.*
9. *Latus Papæ.*
10. *Principes Eccleſiæ.*
11. *Quare vocantur Cardinales.*
12. *Olim erant tantum duodecim ad inſtar Apoſtolorum, quos repræſentabant.*
13. *Electio Summi Pontificis pertinet ad Cardinales tantum.*
14. *Renunciatio Papatus fieri debet coram Cardinalibus.*
15. *Rigor iuris relaxatur, qui non poteſt per impoſſibilitatem ſeruari.*
16. *Cardinales Epiſcopi quot ſint.*
17. *Cardinales Presbyteri & Diaconi quot ſint.*
18. *Cardinales Epiſcopi ſunt ordinarij in ſuis Epiſcopatibus.*
19. *Inferior poteſt de conſuetudine conferre.*
20. *Cardinales Presbyteri, & Diaconi poſſunt conferre beneficia in ſuis titulis.*
21. *Poſſunt viſitare Eccleſias ſubditas ratione titulorum.*
22. *Poſſunt Presbyteri Cardinales conferre ordines ſuis ſubditis in titulis.*
23. *Eminentiſſimi Cardinales poſſunt habere Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, vel Abbatias etiam ſine diſpenſatione.*
24. *Cap. de multa de præbend. non habet locum in Cardinalibus.*
25. *Cardinales ſunt immobiles columnæ Eccleſiæ.*
26. *Maxima dignitas requirit authoritatem ampliorem præ cæteris.*
27. *Diſpoſitio odioſa quantumcumque generalis non includit dominos Cardinales.*
28. *Reg. de valore non comprehendit Eminentiſſimos Cardinales.*
29. *Diſpoſitio extra. iniunctæ ſub titulo de elect. in communib. non ligat Cardinales.*
30. *Non creditur Cardinali in præiudicium tertij.*
31. *In Gallia non creditur aſſerenti ſe legatum, niſi de legatione fidem faciat.*
32. *Clement. literis de probat. non ſeruatur in Gallia.*
33. *Domini Cardinales comprehenduntur in diſpoſitionibus generalibus, quæ prohibent aliquid, quod eſt de ſe malum.*
34. *Quo quis maior eſt, eo plus peccat.*
35. *Eminentiſſimi Cardinales comprehenduntur in diſpoſit. can. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

36. Diſpo-

36. *Diſpoſitio generalis concernens bonum publicum, vel ſalutem animi comprehendit Eminentiſſimos Cardinales.*

37. *Cap. omnis de pœnit. includit dominos Cardinales.*

38. *Regul. de infirmis habet locum in Eminentiſſimis Cardinalibus.*

39. *Conſtitutio generalis facta ad euitandas fraudes comprehendit eoſdem.*

40. *Regula de publ. reſignat. includit dominos Cardinales.*

41. *Clement. auditor. de reſcript. cadit in dominis Cardinalibus.*

42. *Regula de oriundis ſeruari debet quoad dominos Cardinales.*

43. *Includuntur domini Cardinales in diſpoſitionibus generalibus annullantibus actus factos contra ſuos tenores.*

44. *Domini Cardinales non inuoluuntur in reg. Cancellaria (duabus ſupra citatis demptis.)*

45. *Cardinalatus eſt eminentiſſima dignitas liberans à patria poteſtate.*

46. *Eminentiſſimi Cardinales liberant de iure reos damnatos ad mortem occurrentes eis in via per impoſitionem pileorum.*

47. *Priuilegium hoc non habet locum erga homines de hæreſi damnatos.*

48. *Reprehenſa fuit vniuerſitas Bononienſis à ſancta Sede eo quod interceſſerat pro quodam doctore dicta Vniuerſitatis de hæreſi damnato.*

49. *Crimen falſi non admittit priuilegium illud Cardinalium.*

50. *In regno non admittitur tale priuilegium Cardinalium erga reos.*

51. *Rex Chriſtianiſſimus ſolus dat gratias in regno vbi ius habet imperij.*

52. *Beneficia Conſiſtorialia conferuntur in Conſiſtorio de conſenſu Eminentiſſimorum Cardinalium.*

53. *Ideo vocantur talia beneficia Conſiſtorialia.*

54. *Poſſunt talia beneficia conferri à Papa domi. cum clauſula, ac ſi conſiſtorialiter.*

55 *Beneficia Conſiſtorialia non attingentia in reditu annuo ſummam ſexaginta ſex florenorum auri de Camera non conferuntur in Conſiſtorio.*

56. *Beneficia conſiſtorialia ſunt reſeruata Summo Pontifici.*

57. *Eminentiſſimi Cardinales non poſſunt iudicari niſi à Papa, & à Collegis.*

58. *Sunt iudices aliorum.*

59. *Eminentiſſimi Cardinales debent renunciare coram Papa in Conſiſtorio.*

60. *Patriarcha, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates renunciant coram Papa tantum.*

61. *Eminentiſſimi Cardinales induuntur purpura, & geſtant pileos rubros ex priuilegio.*

62. *Eminentiſſimi Cardinales excuſantur à reſidentia in ſuis prælaturis.*

63. *Faciunt fructus ſuos in conſcientia etiam in non reſidentia.*

64. *Eminentiſſimi Cardinales vtuntur inſigniis Apoſtolicis.*

65. *Poſſunt proceſſionaliter intrare ciuitates ſub pallio.*

66. *Soli Cardinales legationibus fungentes, dicuntur Legati à latere.*

67. *Eminentiſſimi Cardinales renunciantes prælaturas habent, vt plurimum indulta à Papa conferendi beneficia.*

68. *Æquum eſt, vt in eos Papa vtatur gratia, quos habet coadiutores officij, & in fratres.*

69. *Indulta Cardinalium habent locum in beneficiis vacantibus in menſibus Papæ.*

70. *Reſeruationes omnium fructuum dantur de ſtilo ſolis Cardinalibus reſignantibus prælaturas.*

71. *Propter eminentiam dignitatis, debent priuilegiis potiri amplioribus Cardinales.*

72. *Offendentes Eminentiſſimos Cardinales priuantur ipſo facto ſuis beneficiis.*

73. *Leuis offenſa non excuſat offendentem à pœnæ incurſione.*

74. *Clerici commenſales, & domeſtici Cardinalium non tenentur ad recitationem alterius officij, quam eius, ad quod tenentur domini ſui.*

75. *Beneficia familiarium vacantia per obitum non poſſunt impetrari, niſi de conſenſu dominorum Cardinalium.*

76. *Eminentiſſimi Cardinales eligunt conclauiſtas quibus, electis ſalaria perſoluuntur de publico.*

77. *Cardinalatus eſt dignitas omnium eminentiſſima.*

78. *Eminentiſſimi Cardinales non præſtant fidelitatem Papæ.*

79. *Eminentiſſimus Cardinalis Mazarinus, vir doctiſſimus, & integerrimus commendatur.*

QVÆSTIO QVARTA.

De Eminentiſſimis Cardinalibus, eorumque priuilegiis.

CVm hodie teneat Curia nullam dignitatẽ ſuperare Cardinalatum (vno dempto Summo Pontificatu) de Eminentiſſimis Cardinalibus, ago immediatè poſt Summum Pontificem: ſit ergo.

1 Assertio prima. Eminentiſſi-
mi Cardinales primum (poſt Papam) lo-
cum obtinent hodie in Eccleſia Domini.
Communis eſt, & vera opinio Doctorum
modernorum, teſte Mendoſa in reg. de
infirmis, quæſt. 2. num. 4. Hoſtienſis in
cap. dilectus, & ibi. Ioannes Andræas, co-
lumn. 2. de præb. Felinus in rubrica de
maiorit. colum. 5. Probus in additione
ad Ioann. Monach. in cap. vno, num. 6.
illo tit. in 6. Gomes in procemio regul.
Cancell. q. 4. col. 4. verſ. quantum vero
ad Cardinales, Zarabella in dict. cap. di-
lectus, num. 6. Puteo deciſ. 195. lib. 1.
num. 1. cum 4. ſequentibus. Rebuff. in
concordat. rub. de collat. §. ſi quis vero,
gloſa Cardinalatus, verſicul. hodie Curia
Romana. Pariſius lib. de reſignat. 12. q.
4. num. 6. Loterius in ſua re benefici.
lib. 1. quæſt. 8. num. 33.

2 Hinc vocantur paſſim in iure fratres Pa-
pæ, cap. innotuit, & cap. bonæ memo-
riæ de elect. in antiq. cap. in Geneſi ibi-
dem, cap. cùm ex literis de in integr. re-
ſtitut. cap. 1. de renunciat. in 6. cap. 2. de
officio legat. illo lib. cap. Abbate de re
iudicata, eodem lib. Ioannes Andræas in
cap. vno de ſchiſmaticis, & in cap. quam
periculoſum, de ſent. exc. eod. lib. 6. gloſa
in cap. 1. de officio legati ibidem, Fuſcus
de viſitatione, lib. 1. cap. 15. nu. 2.

3 Filij primi gradus Eccleſiæ; idem Ioan-
nes Andræas, & Imol. in cap. fœlicis, per
illum textum de pœnis in 6. cuius Sum-
mus Pontifex eſt ſponſus, can. Conſtan-
tinus, 91. diſt. Gomes loco citat. colum.
2. verſ. quantum, qui vocat filios Cardi-
nales non presbyteros, cap. quam graui de
crimine falſi, gloſa in procemio decretal.
verbo filiis, ſed non quando ſunt preſ-
byteri niſi ſaltem raro, vt in cap. dilecto
filio de præbend. Scribens autem Papa
vniuerſo Collegio Cardinalium vtitur
erga eos nomine fratrum, licet in dicto
collegio multo plures ſint ſubdiaconi, vel
Diaconi, quam Preſbyteri, gloſa in cap. 1.
de officio legat. in 6. gloſa in concordat.
verb. fratri in forma mandati. Rebuffus
in tractat. priuilegiorum ſcholarium, pri-
uilegio 31. Ioannes Dayma in concord.
rub. de approbat. conuent. pro Latera-
nenſi Concil. facta, verb. Cardinalibus.

4 Viua vox Eccleſiæ, Baldus in cap. cùm
in iure, colum. 2. de poteſtate delegati,
ideo tenetur Papa ardua explicare de con-
ſilio Cardinaliū, cap. per venerabilem qui
filij ſint legitimi, cap. quia cuncta, ibi.
habito fratrum noſtrorum Concilio, de con-
A ceſſ. præbend. lib. 6. dict. cap. 1. de re-
nunciat. dict. cap. vno de ſchiſmaticis,
cap. Alma. ibi. *cum fratribus noſtris deli-
beratione habita ſuper his diligenti*, de ſent. 5
excommunicat. illo lib. ſunt enim Con-
ciliarij & Senatores Papæ, can. parochia
16. q. 1. cap. fundamenta. §. decet de ele-
ctione, eodem lib. 6. Andreas Siculus in
tractat. Cardinalium, quæſt. 3. Doct. in
rub. de conſtitutionib. Barbat. in tract.
de præſtantia Cardinalium 2. q parte 1.
Archid. in cap. vbi periculum, num. 4.
de electione in 6. & Coadiutores illius 6
in executione officij, vt dicitur in dicto
cap per venerabilem, non tamen de ne- 7
B ceſſitate, ſed de honeſtate, vt ait gloſa, in
cap. ad Apoſtolicæ de re iudicata in 6.
niſi adeſſet conſuetudo & ſtilus requiren-
di conſilium, quo caſu Papa teneretur ſe-
qui ſtilum Ioannes Monachus, in cap. ſu-
per eo de hæretic. illo lib. Cardinalis in
can. in iſtis, diſt. 4. & quia hodie talis ſti-
lus inoleuit in Curia ſeruandus eſt, Re-
buffus in mandat. rub. de approb. con-
uent. per lect. Conc. fact. verb. de eo-
rum conſenſu. argu. rub. de his quæ fiunt
à præl. ſine conſenſu Capituli, Doctor. in
cap. 1. de renunciatione.

Pars corporis Papæ Archidiacon. in can. 8
C Abbatibus 1. qu. 2. & latus illius, & ideo 9
faciunt vnum corpus cum Papa. Ho-
ſtienſis in cap. dilectus, num. 2. de præb.
Abbas in cap. excommunicatis de officio
legati, Antonius de Buttio in cap. 1. illo
tit. in 6. Hoſtienſis in cap. antiquā de pri-
uileg. vnde Diuus Bernardus ſcribens ad
Eugenium Papam hæc mandabat, *non dico
te Reuerendiſſime, & Sanctiſſime Pater ſa-
num, dolentem latera*. Cortaſius lib. de be-
nef. part. 4. cap. 2. nu. 13. Gigas de pen-
ſionib. quæſt. 56. num. 12.

Principes Eccleſiæ & appellantur Re- 10
doanus de ſpol. Eccleſiæ, quæſt. 3. §. &
in hac materia, quia fratres Papæ, dict.
D cap. 1. de renunciatio. in 6. Hoſtienſ. in
cap. ad deliberandum, num. 3. de iudiciis,
qui eſt etiam princeps, & talis vocatur
in can. corpora de conſecratione, diſt. 1.
cap. de baptiſmo in clementin.

Cardinales vocantur à cardine oſtij, 11
quia quemadmodum cardine regitur
oſtium, ita & Eccleſia bono illorum con-
ſilio, can. Eccleſia Senatum habet 12. q. 2.
can. ſacroſancta, in fine, 21. diſtinct. can.
preſbyteri, 24. diſtinctione, gloſa in cap.
2. verbo Cardinalium de officio Archi-
presbyt. Archidiaconus in dicto cap. vbi
periculum. §. hoc ſacro Concilio ap-

probante, ſic nuncupati à ſancto Sylue-
ſtro, antea enim alio nomine vocabantur,
vt videre poteris in can. præſulem 2. q. 7.
& eorum officium apud Cardin. Zarabel.
in clement. ne Romani, §. porro, n. 2. de
elect. & apud eundem Archid. in dict.
cap. vbi periculum, quod tamen abſur-
dum reputat Loterius lib. 1. q. 8. n. 70.

12 Duodecim tantum olim erant, ad inſtar
Apoſtolorum, quos repræſentant Alma
in tit. Epiſcopum, vel Abbatem, colum.
7. & ſequenti, hodie autem tot ſunt, quot
placet domino Papæ, qui iuſta de cauſa
potuit numerum augere, can. relatio, &
ſequenti 21. quæſt. 7.

13 Assertio secvnda. Electio
Summi Pontificis pertinet ad Eminentiſ-
ſimos Cardinales veritas aſſertionis con-
ſtat experientia, quæ, vt ait Gregorius
X. in ſuo Concilio Lugdunenſi relato, in
cap. quam ſit eſt Magiſtra rerum efficax,
lib. 6. textus eſt in cap. licet, illo tit. apud
Gregorium, & in cap. vbi periculum, illo
tit. in 6. vide can. in nomine Domini, 23.
diſt. Card. Alban. in tractat. de Card. q.
11. coram eiſdem fieri debet, & de hoc
nullum eſt dubium.

14 Asserlio tertia. Reſignatio
Papatus fieri debet coram Eminentiſſi-
mis Cardinalibus, communis eſt opinio
Doct, in cap. 1. de renunciat. in 6. & ibi
Antonius de Butrio, num. 4. verſicul.
tutum, & ita factum fuit à Cyriaco, teſte
Geminiano, in illo cap. 1. num. 10. & à
Celeſtino V. Archid. in dict. cap. 1. ſiue
per ſimplicem declarationem voluntatis
factã à Papa in Conſiſtorio quod fieri poſ-
ſe, ait Vincentius, in cap. quod in dubiis,
illo tit. apud Gregorium, & Doct. in dict.
cap. 1. etiam reluctantibus Cardinalibus,
gloſa in cap. dudum, verbo libere de ſe-
pultur. in clement. gloſa in dict. cap. 1.
verb. illo libere, Ioannes Andræas, in cap.
licet de præbend. lib. 6. ſiue per ſcriptu-
ram, quæ via tutior eſt & ſecurior, ne
poſtea poſſit venire Papa contra, ait idem
Butrius in illo cap. 1. quod tamen raro
eueniet vt reor, ideo ſufficit docere quod
cum electio Summi Pontificis pertineat
ad dominos Cardinales, vt patet ex ſupra-
dictis, æquum eſt & neceſſarium vt re-
nunciatio coram ipſis fiat adhuc vt poſſint
procedere ad nouam electionem, vt ne-
mo non videt, idem Cardin. Albanus in
dict. tractat. de Cardinalib. q. 11. coram
eiſdem, Ioannes Andræas in dict. cap. 1.

Obiicies. Renunciatio debet fieri re-
gulariter coram ſuperiore, cap. admonet

A de renunciatione, & ibi communiter Do-
ctores, Abbas in cap. audita, num. 3. de
reſtitutione ſpoliatorum, gloſa in can.
Abbas 18. q. 2. Zarabella in cap. quod in
dubiis, illo tit. de renunciat. num. 1. Bo-
nifacius in clement. gratiæ de reſcriptis,
notat in can. denique 6. qu. 3. Gomes in
reg. de infirmis, quæſt. 18 colum. 3. An-
tonius de Butrio in cap. quod Dei timo-
rem, num. 18. de ſtat. monach. alias re-
nunciatio eſt nulla, gloſa in dict cap. quod
in dubiis, verb. manum, Roſſiniacus de
beneficiis, cap. 14. num. 14. ſed Cardi-
nales ſunt inferiores Papæ, cap. ex geſtis
de clericis non reſidentibus, ergo non po-
B teſt renunciare in manus Cardinalium.
Reſpondeo, maiorem eſſe veram quoad
omnes inferiores Papæ, ſed non quoad
Papam, cui peculiare eſt vt poſſit renun-
ciare Papatũ purè, & ſimpliciter, licet non
habeat ſuperiorem, per textum ſingula-
rem, in cap. licet. ibi. *In Romana vero Cu-
ria ſpeciale aliquid conſtituitur, quia non po-
terit ad ſuperiorem recurſus haberi.* nam ri- 15
gor iuris relaxatur quando non poteſt,
(vt hic) per impoſſibilitatẽ ſeruari argut.
cap. indemnitatibus de electione, lib. 6.
Adde dubium illud non paruam dediſſe.
C Anſam faciendæ conſtitutioni dicto Ce-
leſtino V. quam poſtea Bonifacius VIII.
eius ſucceſſor immediatus redigi voluit
inter decretales ſeruandas, vt habetur in
dicto cap. 1. de renunciatio. in ſuo lib. 6.
ſed notabis.

Triplicem eſſe ordinem Cardinalium, 16
Pauinus de viſitat. parte 1. qu. 2. colu. 2.
Pariſius lib. 7. qu. 12. num. 1. alij ſunt
Epiſcopi qui ſunt ſex Epiſcopus, Hoſtien-
ſis qui eſt decanus Cardinalium, Portuen-
ſis, Tuſculanus, Sabinus, Præneſtinus, &
Albanenſis, Preſbyteri ſunt quinquagin- 17
ta, Diaconi verò quatuordecim ex con-
ſtitutio. Sixti V. qui eſt in ordine 50. qui-
D bus idem Papa aſſignauit certos titulos
per aliam conſtitutionem incipientem
religioſa Pontificatus ſui anno 2. teſte eo-
dem Pariſio loco citato his poſitis ſit.

Assertio qvarta. Sex præ- 18
dicti Cardinales Epiſcopi ſunt ſoli & le-
gitimi collatores beneficiorum ſuarum
diœceſeon. Aſſertio clarior eſt ſole meri-
diano, nam ſunt ordinarij, ideo collato-
res, cap. nullus 16. quæſt. 7. cap. con-
querente de officio ordinarij, cap. cùm
olim de præſcript. cap. ex frequentibus
de inſtitutio. cap. ordinarij, illo tit. de of-
ficio ordin. in 6. Cardinalis Zarabella in
clement 1. vt lite pendente nihil innouet,

ideo ibi poſſunt inſtituere & deſtituere, A
can. decretum 10. qu. 1. cap. t. de capel-
lis monachorum, cap. ex iniuncto de hæ-
reticis, reſignationes recipere, Abbas in
cap. admonet de renunciatio. & eſt com-
munis opinio.

19 Fallit ſi de conſuetudine inferiores con-
ferrent, vt fit in noſtra Eccleſia, idem Za-
barella in clemenr. 1. num. 16. de renun-
ciatione, ille enim regulariter admittit
reſignationes qui de iure confert, vel de
conſuetudine, gloſ. communiter approba-
ta, in dicta clemenr. verb. manibus, Imol.
in dict. cap. admonet, num. 2.

20 Asssrtio qvinta. Cardinales B
Preſbyteri, & Diaconi conferre poſſunt
beneficia in ſuis titulis, communis opi-
nio Doctorum, Abbas in cap. his quæ, vbi
eſt bonus textus de maioritat. Innocent.
in cap. dilectus, num. 4 de ſtatu mona-
chorum, idem Zabarella in clement. ne
Romani, num. 4. de elect. Mendoſa in
regula 7. Cancellariæ, quæſt. t. num. 5.
verſicul. & eodem modo, Gomes in reg.
de triennali, quæſt. 31. quia in his habent
iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, de qua
in dict. ca. conquerente, quod fusè expli-
co infrà, vbi de Epiſcopis, Felinus in dict.
cap. his quæ, Pauinus in tractat. ne ſede C
vacante, Æneas de Falconibus in tractat.
de reſeruationibus, qu. 2. num. 10. Ru-
zæus in tractatu de iure regaliæ, priuileg.
13. num. 14. & hanc eſſe communem aſ-
ſerit, idem Abbas in dict. cap. dilectus. n.
12. idem Pauinus de viſitatione, p. 1. q. 2.
21 num. 12. & viſitant Eccleſias ſubiectas ra-
tione titulorum, vt dicitur in dict. cap.
his quæ. Ioann. Monach. in cap. vno,
num. 2. de maiorit. in ſexto. Albanus de
Cardinal. quæſt. 46. Idem Abbas in dict.
cap. his quæ. num. t.

22 AsseRtio sexta. Eminentiſſimi
Cardinales Preſbyteri poſſunt de iure
conferre quatuor minores ordines ſubdi- D
tis in titulis, communis eſt, & vera opi-
nio, Hoſtienſis, & Ioannes Andræas in
cap. t. de ſupplenda negligentia prælato-
rum. Martinus Laud. in tract. de Cardi-
nal, quæſt. 2. quia illud datur etiam non
Epiſcopis habetur, in cap. cùm contingat
de ætate, dummodo acceperint pileum
à Papa.

23 Assertio septima. Eminen-
tiſſimi Cardinales poſſunt habere de iure
Archiepiſcopatus, Epiſcopatus & Abba-
tias etiam ſine diſpenſatione Papali. Tex-
tus eſt formalis in extrauag. execrabilis,
ſub titulo de præbend. ibi. *Cardinalibus
tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui circa
nos vniuerſali Eccleſiæ ſeruiendo, ſingula-
rum Eccleſiarum commoditatibus ſe impen-
dunt exceptis*, in extrauag. Ioann. 22. &
eſt hodie communis & vera opinio iux-
ta dictam extrauag. omnium moderno-
rum, Ioannes Andræas in additione ad
ſpeculatorem, tit. de officio legati. §. ſe-
quitur, Barbat. in tract. de præſtant. Car-
dinalium, qu. 12. Gomes in prooemio re-
gul. Cancellariæ, qu. 4. col. 4. & in re-
gul. de infirmis, quæ. 3. in principio. Al-
phonſus Hoied. in tractat. de incompati-
bilitat. benef. parte 1. cap. 17. num. 29.
Moderni in tractat. de poteſtate legati,
concl. 4. & 5.

Dixi de iure nouo, quia de iure veteri, 24
cap. de multa de præb. habebat locum in
dominis Cardinalibus, Abbas in cap. bo-
næ t. num. 6. de poſtulatione prælator.
Felinus in cap. quod ſuper his de fide in-
ſtrument. idem Abbas & ibi alij, in cap.
ex geſtis de clericis non reſidentibus, ho-
die non ex priuilegio dicti domini Ioan.
22. qui per dictam ſuam extrauagantem
eos à rigore, cap. exemi voluit, t. quia
ſunt fratres Papæ, vt dixi cap. 2. de off. le-
gati in 6. Fuſcus de viſitatione, lib. t. cap.
15. num. 2. Pariſius lib. 5. quæſt. 6. num.
90. Conciliarij, can. Eccleſiaſticis 12. 25
qu. 2. Immobiles columnæ Eccleſiæ, cle-
ment. ſi quis de pœnis, 2. ratione impenſi
obſequij ab eis vniuerſali Eccleſiæ dict.
extrauagante execrabilis, præpoſitus,
in can. quamquam, num. 12. 2. quæſt. 7.
3. propter pondus quod ſuſtinent, Bellar-
minus deciſ. 632. in principio, vltimo vt
decentius viuant. Barbat. in tractat. de
præſtant. Cardinal. quæ. 12. Gam. de au-
thent. Legati à latere, lib. 5. num. 230.
Martinus Laud. de Cardinalibus, quæſt.
5. quod de origine Cardinalium, quæſt.
5. debent enim honoris prærogatiua gau-
dere ampliori, qui meruerunt præ cæteris 26
altius collocari, cap. 1. de officio legati
in 6. Felinus in rubrica, num. 9. de ma-
iorit.

Assertio octava. Diſpoſitio 27
quantumcumque generalis numquam
comprehendit Eminentiſſimos Cardina-
les, niſi de his expreſſa, & ſpecifica men-
tio fiat, communis, & veriſſima eſt hæc o-
pinio Doctorum, in cap. 2. de clericis non
reſidentibus, & in cap. Eccleſia de conſti-
tutionibus, Andræas Siculus in cap.
in noſtra, colum. 3. & ibi. Barbat. de
reſcriptis, Abbas in cap. extirpandæ. §.
qui vero in repetitione, col. 8. num. 25.

Google

de præbendis, Felinus in cap. in eos in fine A de hæreticis, Ioannes Andræas, pet illum textum de ſchiſmat. in 6. Bellenzinus in cap. quod ſuper his de fide inſtrum. Batbat. in tractat. de præſtant. Cardinalium, quæſt. 7. part. 1. Romanus conſilio 498. in caſu quo colum. 1. merentur enim nominati propter Eminentiam dignitaris, quæ eſt in ſupetlatiuo gradu, cap. ſedês de reſcript. cap. 2. de officio Vicarij in ſexto, & ſi non nominentur, cenſentur ſcienter omiſſi, cap. de multa de præbend. cap. 2. de officio delegati in 6. notat in dict. cap. vno de ſchiſmat. illo lib. Felinus in cap. cùm in iure, illo tit. num. 9. de officio de- B legati apud Gregorium, Gomes in procœmio reg. Cancellat. in eadem, qu. 4. colum. 4. Rebuff. in concotd. rub. de collationib. §. ſi quis verò, gloſa Cardinalatus, & in ttactat. nominatio. quæſt. 8. num. 5. Gigas de penſionibus, quæſtione nona, num. 8.

28 Hinc non comprehenduntur Eminentiſſimi Cardinales, in tegula de valore exprimendo, vetiſſima opinio quidquid ſentiat, idem Gomes in teg. illa de valore exprimendo, quæſt. 1. Felinus in cap. cauſam 2. col. 3. de reſtibus, Doctores moderni in cap. ad aures de reſcriptis, C Petrus de Ancharo conſilio 296. incipiente pro clariori euidentia, Romanus conſilio 368. incipiente in caſu, &c. Bartholomæus Bellenzinus auditor Rotæ celebertimus, in tractatu ſuo de charitatiuo ſubſidio, qu. 65. colum. 1r. Decius in cap. Eccleſia, notab. 4. colum. 7. de conſtitutionib. & in dict. cap. ad aures, num. 34. Rebuff. loco citat. Andtæas Siculus conſilio 23, colu. 5. dub. 3. lib. 1. Ripa conſilio 15. lib. 1. reſponſionum, & hæc opinio tecepta eſt Romæ, & firma eſt ſicut petra, ait idem Andræas Siculus, in cap. in noſtra, col. 2. de reſcriptis, & probatur quia ceſſat ratio regulæ quæ facta D fuit vt ſoluatur Papæ annata iuxta valorem beneficij, Abbas in dict. cap. ad aures, Gomes in illa tegula de valore exprimendo in principio, ſed domini Cardinales non ſoluunt de ſtylo annatam, teſte Cordubio Hiſpano in tract. de annatis, idem Bellenſinus in dict. tract. quæſt. 16. ergo & ceſſat diſpoſitio, vt ibi notat Gomes, cap. cùm infirmitas de pœnitentia, Pariſ. lib. 11. quæſt. 13. nu. 77.

29 Hinc non comprehenduntut Eminentiſſimi Cardinales in diſpoſitione extrauag. iniunctæ ſub rub. de electione, quæ eſt Bonifacij VIII. in communibus quæ vult vt nemini eredatur aſſerenti ſe in aliqua dignitate conſtitutũ niſi prius aſſertionem corroboret per patentes lireras, non enim eſt præſumendum in eos fictiones, vel mendacia cadere, quos rantæ dignitatis apex attollit. Ita in terminis concludit Imol. in cap. quod ſuper his, col. 3. de fide inſtrument. Card. Alexand. in can. nobiliſſimus, 98. diſtinctione, Felinus in dict. cap. cauſam, 2. col. 4. de teſtibus, idem Ioannes Franciſcus de Ripa, conſilio 11. lib. 1. reſponſionum, tit. de legibus, Andræas Siculus in cap. in noſtra, col. 2. de reſcriptis, & lib. 1. conſilio 23. incipiente ſcripſit propheta, col. 5. dub. 3. Oldtad. conſilio 321. Batbat. in tractat. de præſtant. Cardinalium, part. 2. q. 1. Gomes in regul. de publicand. qu. 12. colum. 4. verſicul. eſt bene verum, & ideo credi debet Cardinali aſſerenti ſe legatum factum viuæ vocis oraculo, vt fuiſſe deciſum à Rota aſſerit, Puteo deciſ. 2. libro 1. num. 4. Pariſ. lib. 8. quæſt. 11. num. 34.

30 Fallit, quando fit præiudicium tertio ex rali aſſertione, vt eſt communis opinio Decius conſilio 463. num. 10. Capella Tholozana, quæſt. 414. Doctores in cap. cùm à nobis de reſtibus per illum textum, gloſa & ibi Canoniſtæ, in cap. ſicut de ſentent. excommun.

31 Fallit 2. in Gallia vbi non creditur Cardinali, aſſerenti ſe legatum, niſi de legatione conſtet, & talis eſt ptaxis regni, vbi debet Bulla legationis verificari in Parlamentis. Rebuff. in concord. rub. de regul. ad prælat. nominatio. §. 1. verbo ex certa ſcientia, gloſa 37. cancellariæ.

32 Imo non creditur Papæ in Gallia propter ſublationem, clement. literis de probationibus, quæ ideo non ſeruatur in regno, contra communem opinionem Doctorum, in dict. cap. cùm à nobis, & dict. clement. literis, Panormitanus in cap. ad audientiam de præſcriptionibus.

33 Limita 1. aſſertionem, & dic dominos Cardinales comprehendi in diſpoſitionibus generalibus, quæ prohibent aliquid quod per ſe malum eſt, ita limitat Gomes in procœmio reg. Cancell. qu. 4. Rebuff. in dict. concotd. rub. de collationibus §. ſi quis vero, gloſa Cardinalatus, & eſt ve- 34 riſſima opinio, imo eo grauius peccarent vetita faciendo de per ſe mala, quo ſubliniores ſunt, can. homo, 40. diſtinctione, can. conſiderata de pœnitent. diſtinct. 6. cap. cùm quidam de iureiurand. textus & ibi gloſa in cap. 2. verb. maiores de tranſ-

latione Epiſcopi, gloſa in extrau. 1. verb. A clericos de ſentent. excommun. in communibus dom. in cap. nemo. col. 1. de elect. in 6. idem Gomes vbi ſuprà, & in regul. de infirmis reſignantibus, quæſt. 3. Rebuffus vbi ſuprà.

35 Hinc comprehenduntur in diſpoſitione, can. ſi quis ſuadente 17. q. 4. Felinus in dict. cap. quod ſuper his, col. 4. verſ. 4. Ioannes Monach. in dict. extrauag. 1. titulo de ſentent. excommun. in gloſa clericos.

36 Limita 2. quando diſpoſitiones generales concernunt bonum publicum, vel ſalutem animæ, tunc enim ligantur per illas Eminentiſſimi Cardinales, vt eſt com- B munis opinio Doct. in dict. cap. nemo, & in cap. pro humani de homicid. illo lib. præpoſitus in can. non licet in principio, num. 10. Gomes in dict. procœmio regul. cancell. dict. quæſt. 4. nam in his quæ reſpiciunt animam non differt Cardinalis à priuato, Belenzinus in dict. tract. de charitat. ſubſidio, quæſt. 66. Sarnen loco citato.

37 Hinc comprehenduntur in diſpoſitione, cap. omnis de pœnitentia, Abbas in cap. omnes de maioritat. idem Ioannes Monach. in dict. extrau. 1.

38 Ideo includuntur in reg. de infirmis, vt C fuiſſe iudicatum à Rota aſſerit Puteo, deciſ. 195. lib. 1. Gomes in illa regula de infirmis, q. 3. Rebuff. in praxi in illa regul. gloſa 1. num. 4. & eſt communis opinio, vt dico infrà vbi de reg. Cancellariæ, Pariſ. lib. 12. q. 4. num. 7. Ioannes Franciſcus Pauinus, Rotæ olim auditor, in ſuo tractat. de poteſtate, cap. ſede vacante, in fine.

39 Limita 3. quando diſpoſitiones emanauerunt ad obuiandum fraudibus, tunc enim ligant dominos Cardinales, Doctores in cap. ſciant cuncti de electione in 6. notat in cap. vno de ſchiſmaticis, illo lib. quia eos plus decet à fraudibus eſſe alie- D nos, cap. vno de renunciat. in clement. notatur in dict. cap. cùm quidam de iureiurando, facit canon principium de pœnitent. diſt. 10.

40 Ideo includuntur in reg. de publicandis, vt dico in illa regula, Gomes ibi. qu. 12. & quoad hoc eſt conſtitutio 181. Pij V. §. etiam, ibi. ac etiam in fauorem alicuius ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus hactenus factæ extiterunt, ac etiam in futurum faciendæ, Rebuff. in illa reg. gloſa 3. in praxi, Pariſius lib. 11. qu. 4. num. 5.

Ideo includuntur in regula & diſpoſitione, Clement. Auditor de reſcript. Felinus in cap. ad aures, colum. 7. verſ. 8. concluſ. illo tit. de reſcriptis in decretalibus Gregorij, Bonifacius de Vitalis, in dicta clement. colum. 2. Oldrad. conſ. 211. Gomes in procœmio reg. can. col. 8. Pariſius eodem loco, quæ clement. facta fuit ad euitandos circuitus, vt eſt textus ibi. 41

Ideo includuntur in regula de oriundis, Belenzinus in dict. tractatu, quæſt. 46. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum à Rota, & tales ſunt ſententiæ multi Doctores relati à Gomeſio in dicta reg. de iufirmis, quæſt. 3. 42

Limita vltimo, & dic includi dominos Cardinales in diſpoſitionibus generalibus in quib. annulatur actus factus contra tenorem diſpoſitionis, vt volunt Archidiaconus & alij in dict. cap. nemo, & in cap. vno de ſentent. excommun. lib. 6. Gomes in dict. reg. de publicandis, quæſt. 12. in fine. 4

Assertio nona. Eminentiſſimi Cardinales non comprehenduntur in regulis Cancellariæ, præterquam in duabus enumeratis de infirmis & de publicandis, vera opinio quidquid dicant non pauci, ita Felinus in cap. cùm in iure, col. 3. de C officio delegati, vult enim eminens eorum dignitas, vt in quibuſdam prærogatiuis ſpecialiter à cæteris ſecernantur, quod non eſſet, ſi cum aliis in regulis generalib. tum legum, tum conſtitutionum includerentur, Moderni in cap. Eccleſia de conſtitutionib. Andræas Sicul. in cap. in noſtra, colum. 2. de reſcript. Petrus de Ancharo conſ. 291. Felinus in cap. cùm eos in fine de hæreticis. 44

Assertio decima. Cardinalatus liberat à patria poteſtate probatur, Epiſcopatus eſt inferior dignitas Cardinalatu, & minor, Hoſtienſis in cap. dile- D ctus, colu. 2. de præbendis, Mendoſa in reg. de infirmis, quæſt. 2. num. 8. ſed Epiſcopatus liberat à patria poteſtate, can. ſi ſeruus, 54. diſtinct. cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi, gloſa in cap. indecorum, verb. ſeipſos de ætate & qualitate, ergo & à fortiori Cardinalatus quæ maior eſt dignitas authentica, multo magis C. de ſacroſanctis Eccleſiis, cum ſit prima dignitas poſt Papatum, Puteo deciſ. 105. num. 1. Pariſ. lib. 12. quæſt. 4. num. 6. facit quod dicit Innocent. IV. in cap. 1. de officio legati in 6. 45

Assertio vndecima. Poſſunt 46

de iure Eminentiſſimi Cardinales libera-
re reos ad mortem damnatos occurrentes
ſibi in via imponendo ſuos pileos illorum
ceruicibus, Albericus in ſuo dictionario
litera Cardinalis, Barbat. in tract. de præſt.
Cardinalium, quæſt. 9. 1. parte, Corſet.
in ſingulari incipient. Cardinalis. Bene-
dictus in repetit. cap. Raynutius, ſuper
verb. mortuo itaque teſtatore 1. nu. 182.
Rebuffus in dicto loco, Aluaro in tit. E-
piſcopum, vel Abbatem, col. 7.

47 Fallit in crimine hæreſis, Barbat. in tra-
ctat. de præſtantia Cardinalium, cum
etiam pro hæreticis intercedere horren-
dum ſit, & irreprehenſibile, vt toto tit. de
hæreticis.

48 Ideo reprehenſa fuit grauiter vniuerſi-
tas Bononienſis, eo quod intercedere ten-
taſſet pro quodam legum profeſſore illo
horrendo crimine damnato, teſte Baldo
in l. quicumque, C. de Epiſcopis & Cle-
ricis, Benedict. vbi ſuprà, facit cap. ſi ad-
uerſus, illo tit. de hæret.

49 Fallit 2. in crimine falſi, Barbat. in illo
tractat. Rebuff. ibidem, & notat in cap.
ad falſatiorum de crimine falſi.

50 Fallit vltimo in regno, vbi ſolus Rex
gratias concedit, & ita ſeruatur de praxi,
Rebuff. loco citato, & vbi habet ius im-
perij, Benedict. vbi ſuprà, verb. & vxo-
rem nomine Adelaſiam, num. 147. de te-
ſtament. quia neminem habet ſuperio-
rem, cap. per venerabilem qui filij ſui le-
gitimi, & ibi Innocent. in ſua gloſa, verb.
recognoſcat, ideo merito dicitur Rex
51 Regum, Card. in clement. 1. in principio
de immunitate Eccleſiarum in 6. Guido
Papa deciſ. Gratianop. 239. nu. 30. Ioan-
nes Faber ſuper prooemio inſtito. ver-
bo Francorum, Speculat. in tit. de appel-
lationibus. §. nunc tractemus, Oldrad.
conſilio incipiente conſueuit dubitari
ideo contra prima, Vexilla ſapientiſſimi
necnon inuictiſſimi Regis noſtri nemo
præſumat honorem ait Baldus conſilio 1.
ego puto in principio, & quod habeat ius
imperij, vide Ioan. Feraldum in tractatu
de iuribus, & priuilegijs Reg. Franciæ,
Rebuff. in prooemio concordat. ſuper
verb. imperium.

52 Assertio duodecima. Bene-
ficia conſiſtorialia conferri debent de
conſilio Cardinalium in conſiſtorio, ita
ſeruatur de praxi Mendoſa in rubrica de
conſtitut. num. 43. vbi Doctores, Gomes
in reg. de infirmis, quæſt. 14. col. 1. & ſe-
quent. debet namque fieri proceſſus ſuper
qualitatibus requiſitis in promouendis,
A diſcutiendis in conſiſtorio iuxta decreta-
lem cum in cunctis de electione, & de-
cretũ Concilij Tridentini, cap. 2. ſeſſ. 10.
de reformatione, 1. quia in arduis debet
Papa, requirere conſenſum Cardinaliũ (vt
dixi) cap. tum ex literis de in integrum re-
ſtitutione, ſed talia dicuntur ardua, ergo,
2. Ideo vocantur Conſiſtorialia, quia de 53
his à Papa in conſiſtorio prouidetur præ-
ſentibus dominis Cardinalibus, Mendoſa
in regula de annali, quæſt. 16. num. 2. Pe-
trus Gregorius ſyntagmat. iuris, lib. 15.
cap. 4. num. 15. Rebuff. in concordat.
rub. de regia ad prælat. nominatione,
verbo conſiſtorialiter. §. 1. & ita ſerua-
B tur de ſtylo, vt dictũ fuit, ita vt qui diceret
id non eſſe, deberet illud probare Lapus
alleg. 84. col. 2. & ita fuiſſe deciſum à
Rota aſſerit Caputaque deciſ. 17. lib. 1.

Nota tamen non eſſe mentis noſtræ 54
ligare hic dominum Papam, quem Deus
Omnipotentem fecit, ideo poterit pro be-
neplacito illa beneficia conferre domi
(cum clauſula ac ſi cõſiſtorialiter) præſer-
tim in caſu impedimenti, vel neceſſitatis
morbi, & alterius legitimæ excuſationis,
vt vidit fieri, Pariſ. lib. 8. quæſt. 6. num.
vltimo, & hoc poſſe fieri non negat, Re-
buffus loco citato, & idem Pariſ. lib. 2. q.
2. num. vltimo.

C Nota 2. alia eſſe beneficia conſiſtoria- 55
lia ſic dicta, quia ſunt in libris Cameræ
inter conſiſtorialia, quia tamen non ex-
cedunt, nec attingunt ſummam ſexagin-
ta ſex florenorum cum duobus tertiis flo-
reni, de illis non prouidetur in conſiſtorio,
vt notat additio ad dictum Pariſium, dict.
qu. 2. lib. 2. num. 11. verſ. illa autem.

Nota vltimo, omnia beneficia conſi- 56
ſtorialia eſſe reſeruata Summo Pontifici
per regulam 2. Cancellariæ, ideo ſolum
Papam illa conferre vti ſeruatur extra-
uag. ad Romani, tit. de præb. in commu-
nibus. Rota deciſ. 45. part. 1.

Assertio decimatertia. 57
D Cardinales non poſſunt iudicari niſi à ſo-
lo Papa, & Collegis in conſiſtorio conſtat
ex can. nemo, & can. aliorum 9. quæſt. 3.
Ioannes Andræas in cap. dilectus 1. de
præb. notatur in cap. ex geſtis de clericis
non reſidentibus, textus eſt clarus in cap.
vno de ſchiſmaticis in 6. cum enim ſint 58
maiores omnibus aliis prælatis & iudices
illorum (vt obſtenſum fuit) æquum eſt, vt
non iudicentur ab illis, cap. cum inferior
de maioritate dixi in conſiſtorio, & ita
ſeruatur de praxi & ſeruatũ fuit ab Boni-
facio VIII. contra Iacobum & Petrum

de Columna Cardinales, contra quos A idem Papa ſententiam priuationis promulgauit in dicta decretali vna de ſchiſmat. in ſuo lib. 6. quam tamen poſtea conſtitutionem, Benedictus XI. per ſuam extrauagantem vnam, illo tit. in communibus reuocauit.

59 Ideo debent Cardinales renunciare coram Papa in conſiſtorio Francus, in cap. 1. de renunciatio. in 6. Gomes in regul. de publicand. q. 5. Doctores in dict. cap. ex geſtis eius enim eſt regulariter inſtitutio, cuius eſt deſtitutio, & vice verſa Rota deciſ. 5. de renunciatione, & deciſ. 13. numero 2. illo tit. in antiquioribus. Staphi- B læus de literis gratiæ, §. dicendum, num. 67. verſicul. quia, & ita fuiſſe factum tempore Alexandri VI. & Sixti V. aſſerit Parif. lib. 8. qu. 4. & in lib. 7. quæſt. 11. n. 14. vide formam renunciationis in dicta quæſt. 4.

60 Idem dic de Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis, qui debent omnes renunciare coram domino Papa, vt ſeruatur de praxi, Doctor. in clement. vna, & ibi gloſa, verbo manibus de renunciatio. Hoſtienſis in ſumma, illo tit. num. 8. verſ. ſi renunciat. Abbas, & alii, in cap. inter corporalia, num. 7. de tranſ- C latione Epiſcopi, vide textum & Canoniſtas, in cap. niſi, illo tit. de renunciatio. dico infrà vbi de reſignationibus.

61 Assertio 14. Veſtiuntur domini Cardinales purpura, geruntque pileos rubros ex priuilegio, aſſertio non indiget probatione, cum per ſe ſatis pateat ex praxi & experientia, quæ eſt magiſtra rerum, vt dixi ſuprà, can. quamquam 2. q. 8. Aluaro in titul. Epiſcopum, vel Abbatem, colum. 7. & 8. Barbat. in tractatu de præſtantia Cardinalium, Ioannes Dayma in concord. rub. de approb. conuentum in Concilio Lateranenſ. facta, verb. Cardinalib, & hoc priuilegium habuerũt D domini Cardinales ab Innocentio IV. in Concilio generali Lugdunenſi, anno 1243. de quo in cap. vbi periculum de electione in 6. vt habetur in vitis Pontif. & in vita Innocentij IV.

62 Assertio 15. Eminentiſſimi Cardinales excuſantur à reſidentia in ſuis prælaturis, 1. quia ſunt familiares Papæ, Oldrad. conſ. 48. incipiente ius commune, Romanus conſilio 498. incipiente in caſu quo quæritur, ſed familiares Papæ habentur pro præſentibus in ſuis beneficiis, cap. cùm dilectus de clericis non reſidentibus, ergo. 2. quia in ſeruiendo Eccleſiæ Romanæ, priuatarum Eccleſiarum bono inſeruiunt extrau. execrabilis de præb. in communibus, ſed qui abeſt à ſua Eccleſia pro illius, vtilitate excuſatur à reſidentia, ergo.

63 Hinc in conſcientia faciunt fructus ſuos, idem Oldrad. ibidem, idem Barbatus in dict. tractat. quæſt. 12. Gundiſſelus celebris auditor Rotæ, de origine, & dignitate Cardinalium.

64 Assertio 16. Eminentiſſimi Cardinales rite vtuntur inſigniis Apoſtolicis, cap. antiqua de priuilegiis, hæc ſunt palafrenus albus, frænum, & calcaria deaurata, Doct. in dict. cap. antiqua, quæ omnia ſunt inſignia Papalia, ita Antonius de Butrio in dict. cap. num. 10. dignitati enim deferri debuit, & perſonæ argut. cap. paſtoralis de officio delegati.

65 Assertio 17. Poſſunt proceſſionaliter intrare ciuitates ſub pallio, Gamb. in tractat. de Cardinal. lib. 2. §. illud, n. 21. Idem Gundiſal. ibi. cap. 5. nu. 1.

66 Assertio 18. Soli Cardinales fungentes legationibus, dicuntur Legati à latere, textus eſt in can. de cætero. ibi. *Legatos de latere non miſſos.* 2. quæſt. 6. can. ſi Epiſcopus ibidem. Textus in cap. volentes ibi. *Quod ſi Legatum ad partes illis de latere noſtro contigerit deſtinari* de officio legati, idque de ſtylo Curiæ, Gomes in reg. de infirmis, qu. 3. quia illi ſoli ſunt latus Papæ, vt dixi ſuprà, licet omnes legati largo modo dici poſſint Legati à latere Papæ, cuius veſtimenti fimbriam antequam diſcedant tangunt Hoſtienſis in ſumma, tit. de legatis. Speculator in illo tit. §. ratio. multo plura dicam in quæſtione ſequenti, vbi de legatis.

67 Assertio 19. Eminentiſſimi Cardinales renunciantes ſuos præſulatus habent indulta conferendi beneficia à Papa nonobſtante renunciatione, Puteo deciſione 177. lib. 3. Caſſad. deciſione 5. de priuileg. Mendoſa in praxi, ſignat. gratiæ titulo reſignationes, colum. 4. verſicul. in reſignationibus, Gomes in procœmio regularum Cancellariæ, qu. 6. Rebuff. in concord. tub. forma mandati, ſuper verb. mentio ſpecialis, iuſtum enim eſt vt eos Papa priuilegiis vti faciat, quos habet coadiutores officij, cap. fundamenta de elect. in 6. & quos vti fratres ſuos amore proſequitur, cap. vno de rebus Eccleſiæ alienand. illo lib.

68 Amplia etiam quoad beneficia in menſibus Papæ vacantia quod poteſt facere

Papa

Papa ex plenitudine poteſtatis, Guillermus de Monte Laud. in clement. ſi Romanus de præbendis.

70 Assertio 20. Reſeruationes omnium fructuum dantur de ſtylo ſolis Cardinalibus tenuneiantibus eſt conſtitutio Alexandri VI. in tit. de reſeruationibus iuris patronat. Rebuff. in praxi, tit. de ingreſſibus in vltimo verbo, debent quippe propter eminentiam dignitatis cæteris omnibus præferri in gratiis Papalibus, cap. de multa de præbend. cap. 1. de officio legati in 6.

71 Assertio 21. Offendentes Eminentiſſimos Cardinales priuantur hoc ipſo ſuis beneficiis, textus eſt mirabilis, in cap. fœlicis. §. ſi qua vero de pœnis in 6. clement. 1. illo tit. & eſt communis & veriſſima opinio Canoniſtarum, in dict. cap. fœlicis, Rebuff. in tract. de pacificis poſſeſſionibus, num 26. Patiſ. lib. 11. qu. 10. num. 1. Iniuria enim quæ fit Cardinalibus eo maior eſt, quo ipſi ſunt maiores aliis, Rebuff. in interpretatio. authenticæ habita, verb. & à viliſſimis ſæpe hominibus.

Amplia vt etiã non veniat citandus beneficiatus, gloſa in dict. cap. verb. liberè, Archidiaconus, in cap. vbi periculum, §. propterea, & § penultimo de elect. illo libro 6. non enim poſſet ordinatius liberè conferre ſi deberet citare verum benefi-
72 ciatum, vt eſt opinio Doctorum, in cap. licet Epiſcopus de præbendis eodem lib. nec leuis offenſa excuſat à pœna, gloſa in cap. ad Apoſtolicæ, verb. Cardinales de re iudicat. in 6.

73 Assertio 22. Clerici commenſales & domeſtici Eminentiſſimorum Cardinalium non tenentur ad aliud officium quam ad illud, ad quod tenentur dicti domini Cardinales, iuxta decretum Concilij Viennenſis, de quo in cap. vlti. de celebratio. Miſſarum in clement.

74 Assertio 23. Non poſſunt impetrari beneficia commenſalium, & familiarum dominorum Cardinalium vacantia per obitum, ſine conſenſu dictorum dominorum, communis eſt opinio iuxta regul. de impetrat. beneficiorum vacant. per obitum familiarium Cardinalium.

Collige: priuilegia dominorum Cardinalium, 1. eligunt Summum Pontificem, cap. licet de electione, cap. vbi periculum, illo tit. in . quem conſiliis electum iuuare debet, cap. innotuit, ibidem apud
75 Gregorium, eligunt Conclauiſtas, quibus electis ſalaria perſoluuntur de publico ex
A conſtitut. Pij V. quæ eſt in ordine 17. 3. non poſſunt priuari niſi à Papa, & à Collegis in conſiſtorio, Doct. in cap. ex geſtis, per illum textum de clericis non reſidentibus. 4. habent inſignia Papalia, cap. antiqua de priuilegiis. 5. omnes ipſi iudicant eum Papa, can. aliorum 9. quæſt. 3. 6. liberant damnatos ad mortem imponendo pileos, eorum capitibus. Quos pileos habent ex conſtitutione Innocentiana, 7. liberantur à patria poteſtate exigente eminentiſſima dignitate, cap. 1. de officio delegati in 6. Intrant proceſſionaliter ciuitates Gondiſſaluus in tractat. de dignitat. Cardinalium, cap. 5. num. 1.
B 8. dicuntur ſoli legati à latere, cap. cum inſtantia de cenſibus in antiqua, poſſunt conferre minores ordines, Ioannes Andræas in cap. 1. de ſuppl. neglig prælat. 10. lucrantur fructus in abſentia. Oldrad. conſilio 48. incipiente, ius commune, quia habentur pro præſentibus reſidentes in Curia, cum ex hoc ſingulis Eccleſiis deſeruire cenſeantur, cap. bonæ, & cap. cùm dilectus de clericis non reſidentibus, extrauag. execrabilis de præbend. in extrauag. Ioann. 22. Ioannes Andræas in additione ad Speculat. illo titul. de clericis non reſidentibus. Gomes in regul. de
C impetrat. benefic. vacant. per obitum famil. Cardinal. qu. 17. 11. non comprehenduntur in generalib. diſpoſitionibus, cap. quam periculoſum de ſentent. excommunic. in 6. gloſa in cap. 2. de præb. illo lib. Felinus in cap. cùm in iure de offic. deleg. Barbat. in cap. in noſtra. num. 6. & 7. de reſcriptis, Gigas de penſionib. quæſt. 9. num. 8. Ioannes Monachus in cap. 1. num. 1. de ſchiſmat. lib. 6. Ancharus conſil. 298. num. 1. & ſequenti, habent indulta ad conferendum, idem Gomes in proœmio regul. Cancell. q. 6. Non præſtant. Papæ fidelitatis ſacramentum, quia ſunt ei inuiſcerari, Præpoſitus 76
D in can. quamquam, num. 13. 2. quæſt. 7. Hoſtienſis in cap. antiqua, num. 5. verſicul. quæ poteſt eſſe ratio, de priuileg. & eſt quædam identitas inter Summum Pontificem, & Cardinales. Ioannes Andræas in cap. requiſiſti, nu. 12. de teſtam. Rodericus in ſpecul. vitæ humanæ, part. 2. cap. 8. ſed tantum iurant authoritatem ſanctæ Sedis pro poſſe, eiuſque gloriam conſeruaturos, Loterius in dict. lib. 1. qu. 8. num. 390. & penultimo inferunt priuationem violantibus reſpectum, vt in dict. cap. fœlicis de pœnis in 6. & hæc pœna quotannis innouatur in Bulla Cœ-

næ Domini, ne prætenſæ ignorantiæ vlla A
maneat excuſatio, Gamb. de immunit.
Eccleſ. lib 5. cap. 5. num. 5.
77 Hinc dicendum eſt Eminentiſſimam
eſſe dignitatem Cardinalium. Petrus de
Monte in ſua Monarchia Cardinal. Cum
78 ſit (vt dixi) hodie prima poſt Summum
Pontificatum. Hier. Alban. in ſuo tract.
de præſt. Card. & Barb. in eod. tract. ideo
eum credatur aſſertioni dominorũ Card.
vt eſſe communem aſſerit Pariſ. lib. de
confidentia benef. q. 31. num. 37. debent
idem Eminentiſſ. Cardinales eſſe docti,
notæ virtutis, & famæ, iuxta dict. Concil.
Viennenſe: talis eſt Eminentiſſ. noſter
Cardinalis Mazarinus, totius Imperij 79
Gallici Adminiſter digniſſimus, cuius
Eminentiæ me totum deuoueo.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS QVINTÆ.

1. *Triplex eſt ſpecies Legatorum.*
2. *Legati nati qui dicuntur.*
3. *Legati miſſi quinam ſunt.*
4. *Legati à latere quinam vocantur.*
5. *Ratio creandorum legatorum hic apponitur, deſumpta ex iure canonico.*
6. *Legati nati, vel miſſi non poſſunt conferre in vim ſolius legationis.*
7. *Nec poſſunt admittere reſignationes.*
8. *Legati à latere conferunt in vim legationũ.*
9. *Legati à latere valide conferunt etiam extra territorium.*
10. *Legati à latere poſſunt admittere reſignationes.*
11. *Legati à latere non poſſunt admittere reſignationes hypotheticas.*
12. *Ideo in regno Galliæ Legatus à latere non admittit reſignationes conditionales.*
13. *Legati à latere poſſunt vnire Eccleſias inferiorum.*
14. *Præſente Legato à latere, minor non poteſt exercere legationem.*
15. *Poteſt Legatus à latere interdicere eligentibus, ne ſine ſua licentia eligere præſumant.*
16. *Ad Legatos à latere appellatur omiſſo medio.*
17. *Legati à latere in vim ſolius legationis abſoluunt excommunicatos excommunicatione, can. ſi quis. 17. q. 4.*
18. *Legatus à latere in prouincia ſibi commiſſa repræſentat Summum Pontificem.*
19. *Laicus percutiens Clericum incedentem in habitu laicali, & neſciens illum Clericum non incurrit excommunicationem, dict. can.*
20. *Legatus à latere poteſt reſeruare beneficia.*
21. *Reſeruatio Legati non cadit in Cathedralibus, vel Collegialibus Eccleſiis, nec in beneficiis electiuis.*
22. *Legatus à latere poteſt conferre beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici.*
23. *Legatus à latere confirmat de iure electiones exemptorum.*
24. *Legatus à latere poteſt conferre iure concurſus omnia beneficia.*
25. *Ille non cenſetur facere iniuriam, qui iure ſuo vtitur.*
26. *Poſſunt Legati à latere derrogare regulis Cancellariæ, etiam ſine ſpeciali mandato.*
27. *Poſſunt in regno derrogare regul. de infirmis in præiudicium graduatorum, & aliorum expect-ntium.*
28 *De ſtylo C[illegible]a debet facultas ſpecialiter committi.*
29. *Omnis gratia Legati eſt nulla, tamquam ſubreptitia, in qua tacentur beneficia prouiſi.*
30. *Seruare debet Legatus, quæ ſeruat Summus Pontifex, à quo legatio procedit.*
31. *Poteſtas Legatorum eſt extraordinaria.*
32. *Gratia Legati debet facere mentionem poſſeſſionis coloratæ.*
33. *Valor beneficij debet de iure exprimi in gratia legati.*
34. *Diſpenſatio prima debet narrari, ſi ſecunda petatur.*
35. *Legatus à latere non poteſt in regno admittere nominationes faciendas à Rege Chriſtianiſſ. de beneficiis regni maioribus.*
36. *Legatus à latere non poteſt vti iure præuentionis in regno.*
37. *Legatus à latere non diſpenſat de iure ſuper pluralitate beneficiorum.*
38. *Facultas diſpenſandi ſuper pluralitate beneficiorum debet ſpecialiter committi.*
39. *Legati à latere non poſſunt transferre prælatos.*
40. *Non poſſunt dare facultatem transferendi penſiones.*
41. *Nec poſſunt dare facultatem recipiendi reſignationes, ſimul & conferendi.*
42. *Non poſſunt Legati à latere conferre beneficia electiua.*
43. *Legati à latere non poſſunt dare regreſſus ad beneficia.*
44. *Regreſſus vera definitio hic apponitur.*
45. *Succeſſio hæreditaria in beneficiis reprobatur à canonibus.*
46. *Habent Legati priuilegia ſupra enumerata dominorum Cardinalium.*

QVÆSTIO QVINTA.

De Legatis, eorumque priuilegiis.

1 Ntequam ad poteſtatem Legatorum veniamus, prænittendum eſt triplicem eſſe ſpeciem legatorum, vt ait gloſa in cap. 1. de officio legati in 6. Gondiſſaluus in tract. de Cardinal. quæſt. 3. Gamb. in tractat. de authorit. Legati à latero in principio, num. 7. & ſequenti, & eſt veriſſimum gloſa in cap. penultimo, verb. commiſſam de officio legati apud Gregorium.

2 Alij ſunt Legati nati, ſic dicti, quia ex quo aliquam adepti ſunt dignitatem, quæ legationem annexam habet, ſunt legati, tales ſunt in iure noſtro Archidiaconi omnes qui ſunt Vicarij nati Epiſcoporum, cap. 1. de off. Archidiac. Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui eſt Legatus natus Papæ, vt notat in cap. 1. de officio legati, & Archiepiſcopus Eboracenſis, vt eſt in cap. 1. de appellationibus, & horum legatio perpetua eſt, vt ait Abbas, & alij, in cap. quoniam de officio delegati.

3 Secundi ſunt Legati miſſi, ſic dicti, quia mittuntur à Papa in aliquam ciuitatem, vel prouinciam, Cardinales tamen non ſunt, qualis eſt Legatus Auenionenſis, & de his agitur, in cap. volentes, & ſeq. illo tit. de officio legati, cap. mandatum de præſumptionibus, cap. cùm dilecti de accuſationibus.

4 Tertij ſunt Legati à latere, ſic dicti quia cum Cardinales ſint, & inhæreant lateri Papæ, faciunt vnum corpus cum illo, vt dixi vbi de Cardinal. in præcedenti quæſtione, Boerius in cap. dilectus de filiis preſbyterorum, & horum maxima eſt authoritas, vt eſt textus in cap. ſi Abbatem de electione in 6. & in cap. 1. de officio legati, illo lib. Ioannes Andræas in cap. deliberatione, num. 1. ibidem, ſumuntur de latere Papæ illumque deſerunt per certũ tempus vt in aliquam prouinciam ſe conferant, dict. cap. volentes, gloſa in dict. cap. penultimo.

5 Cum enim non poſſit Summus Pontifex iuxta debitum Apoſtolicæ ſeruitutis omnium Eccleſiarum negotiis promouendis perſonaliter imminere, per fratres
A ſuos ea expedire compellitur, quos à latere ſuo deſtinat, illius exemplum inſequendo in hac parte, qui (diſcipulis ſuis in mundum vniuerſum tranſmiſſis) ipſe perſonaliter in medio terræ non dedignatus eſt operari, ita reſcribebat Innocentius III. clero Mediolanenſi, per ſuam epiſtolam decretalem inſertam in dict. cap. de inſtantia de cenſibus, de iſtis tribus ſpecieb. legatorum fusè agit Ioan. Brunellus olim in Academia Aurelianenſi profeſſor meritiſſimus, in ſuo tractat. de legat. tu vide his ponis ſit.

Assertio 1. Legati miſſi, vel na- 6
B ti non poſſunt conferre in vim ſolius
legationis, manet illud eis prohibitum,
ex diſpoſitione dicti cap. 1. ibi. præſenti
decreto ſtatuimus, vt Eccleſiæ Romanæ legati quandocumque plenam legationem obtineant, ſiue à nobis miſſi fuerint, ſiue ſuarum prætextu Eccleſiarum legationis ſibi vindicent libertatem, &c. eſt communis & veriſſima opinio de praxi ſeruata, Abbas in cap. vlti. num. 4. de renunciatione. Ioannes Andræas, in cap. 1. num. 1. de officio legati in 6. Pariſ. lib. 7. qu. 13. num. 10.

Hinc non poſſunt admittere reſigna- 7
C tiones beneficiorum cum non poſſint
deſtituere, Innocent. in cap. quod in dubiis in fine de renunciatione.

Assertio secunda. Legati à 8
latere poſſunt conferre beneficia intra fines legationis vacantia, probatur aſſertio ex dicto cap. 1. vbi poſtquam Innocentius IV. aſſeruit legatos ſimplices conferre non poſſe in vim legationum. hæc addidit, quod in fratribus noſtris legatione fungentibus nolumus obſeruari: quia ſicut honoris prærogatiua fulgent, ſic, eos authoritate volumus fungi ampliori, textus eſt in cap. dilectus filius, illo titulo, in decretal. Gre-
D gor. cap. vltimo, illo titulo in ſexto,
cap. ſi à ſede, & cap. ſi Apoſtolicæ de præbendis, eodem libro, Doctores iuncta gloſa, in dict. cap. vltimo, & in clementin. vltima de officio ordinarij, gloſa in clement. literis de reſcriptis, Gomes in illa rubrica, Rebuffus in concordat. rub. de collationibus. §. ſi quis vero, verbo, ad alium ſuperiorem. Imol. in dicta clementina literis, idem Gomeſ. in regula de valore exprimendo in impetrat. beneficiorum, ideo dicitur ordinarius, in cap. 2. de officio delegati in 6. & de hoc nullum eſt dubium.

9 Etiam extra territorium, Rebuffus in tractat. nominationum, quæſt. 1. nu. 26. quemadmodum & ordinarius, Doctores iuxta gloſa, in cap nouit. de officio legat.

10 Assertio 3. Legati à latere admittunt reſignationes, communis eſt opinio Canoniſtarum, in dict. cap. ſi Abbatem. Abbas in cap. vltimo, n. 4. de renunciatio. Ancharus in cap. dilecto. nu. 2. de præbend. Ioannes Andræas in cap. deliberatione, num. 1. de officio legati in 6. Gamb. de authorit. legati à latere, lib. 6. de prouiſionib. num. 163. & 164. Rebuffus in praxi, tit de reſignationib. conditionatis, num. 5. Pariſ. lib. 7. quæſt. 13. num. 15.

11 Fallit quoad reſignationes hypotheticas quas legatus non admittit, vt oſtendo infrà vbi de reſignationibus, quia illæ continent ſpeciem ſimoniæ, quam ſolus Papa purgat, can. petiiſti 7. qu. 1. cap. accepimus, & ibi. Abbas de pactis, Nauarius in manuali, cap. 23. num. 107. verſ. ad ſecundum, Diuus Thom. in quarto quod libet, q. 4. Felinus in cap. ad audientiam de reſcriptis, Speculator in tit. de diſpen-
12 ſarionibus. §. nunc, maximè in regno, Boerius in tractatu de dignit. legati, qu. vltima. Rebuff. in tract. de pacific. poſſeſſoribus, num. 198.

13 Assertio qvarta. Legati à latere poſſunt vnire Eccleſias inferiorum, communis eſt opinio Canoniſtarum, in cap. ſicut vnire de exceſſib. prælat. Abbas in cap. finali de confirmat. vtili, Peruſius in ſuo tractat. de vnionibus.

14 Assertio 5. Præſente Legato à latere, minor legatus non poteſt exercere legationem, textus eſt ſingularis in cap. volumus, & ibi. gluſa, verb. de latere noſtro de officio legati, cap. antiqua de priuilegiis, quia lumen maius offundit minus. can. denique, & ibi Ioannes de Turte cremata, num. 7. 21. diſtinct. cap. 2. de officio legat. in 6. cap. ſi à ſede de præb. illo lib.

15 Assertio 6. Poteſt Legatus interdicere eligentibus, ne præſumant eligere ſine ſua licentia, gloſa in cap. vltimo de electione, qua petita, & obtenta non debent impediri, cap. cùm terra ibidem.

16 Asserlio 7. Ad Legatos à latere appellari poteſt de iure de quibuſcumque inferioribus, etiam omiſſo medio. can. 3. 2. q. 6. cap. 1. vbi gloſa, verb. legationis de officio legat. dixi ſuprà, vbi de Papa, quæſtione 1.

17 Assertio 8. Legati à latere in vim

A ſolius legationis abſoluunt de iure excommunicatos excommunicatione. can. ſi quis. 17. q. 4. textus eſt formalis in cap. poſt tranſlationem. ibi. *Videantur ex ipſo legationis officio iam licere legatis* de officio legati, cap. excommunicatis, & ibi gloſa, verb. mittuntur, ibidem, cap. ad Eminentiam de ſentent. excommunicat. etiam ſine mandato, vt eſt ibi textus, & gluſa, verb. tempore, gloſa in cap. ea noſcitur, verb. legato, illo tit. de ſentent. excommunicat. Legatus enim in prouincia ſibi 18
commiſſa repræſentat Summum Pontificem, cuius legatione fungitur, cap. ſi Apoſtolicæ, & cap. hi qui de præb. in 6.
B cap. ſi Abbatem de electione, illo libro. Bonifacius in clement. 1. num. 12. de off. legati, Gondiſſaluus in dicto tractat. qu. 9. parte 1. Gomes in regula de valore exprimand. quæſt. 2. colum. 3. & hanc excomunicationem non incurrit ille, qui percutit clericum incedentem in habitu laicali, & ignotum, cap. in audientia de 19
ſentent. excommunicat. cap. ſi iudex laicus, illo tit. in 6. Philippus Decius in notatis ſupra edictum Diui Adriani tollendum, Baldus in l. ſi qua per calumniam. 5. de Epiſcop. & clericis, talis quippe quis præſumitur, qualis ex habitu iudica-
C tur, vt eſt textus in l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniuriis. alias ſecus, poteſt tamen excommunicatus abſolui, etiam poſt mortem, ſi dederit aliqua ſigna contritionis, & voti abſolutionis in agone. Doctores in cap. à nobis 2. illo tit. de ſentent. excommunicat. Benedictus in reperit. cap. Raynutius, verb. in extremis poſitus, num. 11. de teſtament.

Assertio 9. Legatus à latere po- 20
teſt dare reſeruationes ad beneficia, textus, & ibi gloſa, verb. quempiam præſentare, cap. cùm dilectus de iure patronat. Philippus Peruſius in tractat. de reſerua-
D rionib. folio 19. dixi ſuprà, vbi de poteſtate Summi Pontificis in 2. quæſtione, quod tamen fallit quoad Eccleſias Cathe- 21
drales, vel Collegiales, & quoad beneficia electiua, dict. cap. deliberatione de officio legati, lib. 6.

Assertio 10. Poteſt legatus à la- 22
tere conferre beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici, etiam inconſulto patrono, dict. cap. cùm dilectus, cap. vltimo de officio legati in 6. cap. ne aliqui de priuileg. illo libro, & dictum fuit ſuprà.

Assertio 11. Legatus à latere con- 23
firmat electiones exemptorum, per tex-

tum ſingularem, dict. cap. Abbatem, & A
ibi Doctores de electione, eodem lib 6.
Ioannes Andræas, & alij in cap. cùm venerabilis
de conſuetudine, Doctores in
cap. nihil eſt de electione.

24 ASSERTIO 12. Legatus à latere poteſt
conferre iure concurſus omnia beneficia
vacantia intra ſuam prouinciam, textus
eſt in cap. ſi à ſede, & cap. is qui de
præbend. in 6. Panormitan. in cap. vltimo,
col. 2. de confirmatione vtili, Rebuffus
in tractat. nominario. quæſt. 17. n.
16. verſiculo 2. legatus, & ita fuiſſe iudicatum
à Senatu Pariſienſi, aſſerit idem
Rebuff. in concord. tub. de collationib. B
§. ſi quis vero, verbo, ad alium ſuperiorem.

Obiicies, confunditur ordo Eccleſiaſticus,
quando iuriſdictio vniuſcuiuſque
non ſeruatur, ait textus, in can. peruenit
11. qu. 1. cap. inter dilectos de donationibus,
& in cap. 2. de religioſis domibus,
ſed ſi legatus concurreret cum quolibet
inferiore, iuriſdictio vnicuiuſque non
ſeruaretur, priuarentur enim Epiſcopi, &
alij inferiores ſua iuriſdictione ordinaria,
quæ conſiſtit in collationibus beneficiorum,
cap. conquerente, & cap. duo ſimul
de officio ordinarij, cap. Romanæ, illo tit. C
25 in 6. ergo, R. negando minorem, & ad
probationem dico ordinariorum culpam
eſſe, ſi à tali concurſu non ſeſe impediant
per præuiam collationem argut. cap. ſi
pauper de præbend. in 6.

Obiicies 2. de iure communi collatores
habent ſemeſtre ad conferendum, cap. 2.
& cap. 3. de conceſſ. præb. cap. vno de
iure patronat. in 6. ergo dummodo conferant
intra illud validè conferent, ergo
non poterunt priuari à legato tali iure.
Reſp. Concedo antecedens. diſting. conſequētiam
ſi nulla ſit alia collatio, vel prior,
vel ſaltem concurrēs, quæ impediat talem
collationem ordinariorum, concedo, ſi D
ſit, nego. ad quod adde argumentum nimis
probare, nam, ſi hoc eſſet, non poſſet
Papa vti iure ſuo præuentionis contra ordinarios,
quod eſt falſum, concordatum
in rub. de mandatis Apoſtolicis. §. declarantes,
& ibi. Rebuff. ſuper verb. præuentionis.

26 ASSERTIO 13. Poſſunt Legati à latere
derogare regulis Cancellariæ, etiam
ſinè ſpeciali mandato, Mendoſa in reg. de
infirmis, quæſt. 19. num. 7. Boerius in
tractatu de dignit. Legati à latere, & notant
Doctores in cap. quod tranſlationem
de officio legati.

Hinc poteſt derrogare regulæ de infirmis 27
etiam in præiudicium mandatariorum,
& graduatorum expectantium, Boerius
in dict. tractatu à num. 57. vſque ad
nu. 107. Rebuff. in concord. tub. de collatio.
§. præfatiq. ordinarij, verb. vacare.

Obiicies ſi hoc poſſent legati, poſſent
& conferre in regno beneficia vacantia in
menſibus graduatorum, aliis quam graduatis,
ſed hoc non poſſunt obſtante dict.
concord. in dicta rub. de collationibus. §.
ſi quis vero, & in rub. de firma, & irreuocab.
concordar. ſtabilit. ergo nec poſſunt
derrogare reg. Cancell. Reſp. diſting. ſequelam
maioris, poſſent & conferre beneficia
vacantia per reſignationem aliis,
quam graduatis, C. vacantia per mortem.
N. quod non eſſet ſuppoſita, nempe
reſignatione, & derrogatione legati, quæ
impediret vacationem per mortem. & ſic
quominus acquireretur graduatis quod
poteſt facere, Rebuffus vbi ſuprà.

Obiicies 2. illa quæ debent ſpecificè
committi, non veniunt in generalibus
conceſſionibus, cap. vltimo de officio Vicarij
in 6. ſed hæc facultas derrogandi
debet ſpecialiter committi, vt eſt communis
opinio Doctorum, Mendoſa in regula
de infirmis, quæſt. 19. num. 1. Gomes
in eadem reg. quæſt. 19. & in procœmio
regul. Cancellariæ, quæſt. 6. ergo,
Reſpondeo. Maiorem eſſe veram quoad
inferiores, ſed non quoad legatos à latere
quos ob reuerentiam Pontificalis officij
decet plurimum honorari, cap. 2. de officio
delegati in 6. Abbas in cap. etſi clerici.
§. de adulteriis de iudiciis.

Obiicies 3. non poteſt inferior tollere
leges ſuperiores, cap. cùm inferior de
maioritat. vbi eſt gloſa communiter recepta,
cap. 2. de elect. in clementin. textus,
& ibi. Doctores in cap. 2. de confirmatione
vtili, ſed Legatus eſt inferior Papæ,
vt nemo dubitat, cap. ſi à ſede de præbendis
in 6. ergo non poteſt tollere regulas
Cancellariæ, quæ ſunt leges à Papa
factæ. Reſpondeo, diſtingo maiorem ſi
ſuperiores nolint, concedo, ſi velint &
permittant, N. ſed id vult Papa, vt Legati
à latere habeant poteſtatem derrogandi
ſuis regulis propter repræſentationem
quam faciunt ſui ipſius, dict. cap. ſi Apoſtolicæ,
ergo, nota tamen ex ſententia
Gomes in procœmio regularum. dicta qu.
6. ſeruari de ſtylo quod debeat ſpecialiter
committi, cui ſtylo parēdum eſt cum vim
legis habeat, cap. quam graui de crimine
falſi, Decius in cap. 1. num. 15. de con-

ſuetud. Rota deciſ. 2. de appellationibus
in nouis.
Obiicies vltimo, omnis gratia fieri de-
bet ſine præiudicio tertij, nemini enim
fieri debet iniuria, cap. nuper de dona-
tionibus, & probatur argumento dedu-
cto, ex cap. ex parte de foro competent.
& hæc clauſula cenſetur apposita, licet
fuerit omiſſa, cap cauſam de reſcript. cap.
ſuper eo de off. delegati, extat regula 16.
Cancellariæ: ſed ſi aſſertio eſſet vera, poſ-
ſet fieri iniuria tertio, nempe graduato,
ergo, Reſp. nullam, vt dixi, fieri iniuriam
ab eo quem iure ſuo vti conſtat, cap. di-
lectus de officio legati, cap. cùm Eccleſia
Vulterana de electione, Ancharus conſil.
101. Decius conſil. 260. Rebuffus vbi ſu-
prà, adde multos eſſe caſus in quibus præ-
iudicium fit tertio quoad acquirenda,
quod fieri non poſſet quoad acquiſita,
cap. vt ſuper de rebus Eccleſiæ alienand.
quia turpius eiicitur quam non admittitur
hoſpes, cap. quemadmodum de iureiu-
rando, Rebuff. in tractat. priuileg. ſcho-
larium, priuileg. 8.
28 Sed (vt dixi) de ſtylo Curiæ Romanæ
ſeruatur, vt cõmittatur talis facultas der-
rogandi regul. Cancellariæ, alias non cen-
ſetur data vt vult, idem Gomes in proœ-
mio regul. Cancellariæ, quæſt. 6. nota 2.
in regno debet talis facultas commit-
ri, vt ait Rebuff. in dict. concordat. rub.
de collationibus, verb. vacate. §. præfa-
tique ordinarij, & eu quæ de iure poſſunt
legati, videamus quæ non poſſunt facere.
Assertio 12. Omnis gratia legati
29 eſt nulla, in qua mentio facta non fuit be-
neficiorum prouiſi, patet veritas aſſertio-
nis ex cap. vltimo de officio legati in 6.
clement. vlti. de officio ordinarij, quem-
admodum nulla eſt Papalis gratia tacens
beneficia eius cui facta fuit, cap. ad aures,
cap. cùm adeo de reſcriptis, cap. non po-
teſt de præb. in 6. niſi fuerit facta motu
proprio Papæ, textus, & ibi gloſa in cle-
ment. ſi Romanus, illo tit. de præbendis
30 in 6. nam ſeruare debet legatus quæ ſer-
uari ſolent à delegante, Gomes in dict. re-
gul. de valore exprimend. dict. q. 2. col.
6. & quod mouet delegantem, mouere
debet & delegatum, gloſa in dicta clem.
literis de reſcriptis, Ioannes Andræas, &
alij, in cap. ſtatutum de præb. eodem lib.
6. imo gratiæ Legati vitiantur eodem
modo quo vitiantur gratiæ Papales Do-
minicus in dict. cap. vltimo, notab. final.
de off. legati in 6. Nicolaus Millius in
repertorio, verb. gratiam, imo & à for-

A tiori cum talis poteſtas legatorum ſit ex-
traõrdinaria, gloſa in dicta clement. vlti- 31
ma, vt facta in diminutionem poteſtatis
ordinariorũ, ergo reſtringenda, cap. odia
de reg. iur. in 6.
Hinc debet facere mentionem poſſeſ- 32
ſionis coloratæ beneficij impetrantis,
Abbas, & ibi Doctores, in cap. cùm no-
ſtris de conceſſ. præbendæ, Felinus in
cap. in noſtra correlat. 29. de reſcriptis,
& poſſeſſionis de facto, Ioannes Andræas
in cap. literas de conceſſ. præbend. & in
cap. penultimo de præbendis. Gomes in
reg. de annáli, quæſt. 9. valoris beneficij, 33
Felinus in cap. ad aures de reſcriptis, Go-
B mes in regula de exprimendo valore qu.
2 per totum, quod eſt de ſtylo Curiæ,
Rota deciſ. 19. licet impetrans de reſcri-
ptis in nouis, vt ſtatuit Vrbanus VI. Pe-
trus de Ancharo conſil. 296. pro clariori
euidentia, & idem ſtatutum fuit per Ioan-
nem 22. teſte eodem Ancharo conſilio
128. & ab Innocentio VIII. in regula 6.
item voluit quod in gratiis, Decius in di-
cto cap. ad aures, num. 28. ſecus de ſuis,
gloſa in clement. 1. de præb. in gloſa 5.
quam communiter ſequuntur Doctores
in cap. in noſtra de reſcriptis dicam infrà
vbi de vnionibus, & debet fieri mentio 34
dispenſationis primæ, ſi ſecunda diſpen-
C ſatio impetretur, cap. 2. de filiis preſbyte-
rorum in 6. Rebuff. in concordat. rub.
forma mandati Apoſtolici, verb. diſpen-
ſationem.
Assertio 13. Legati à latere non 35
poſſunt in regno admittere nominationes
regias factas ad maiora regni beneficia,
colligitur ex concordar. rub. de reg. ad
prælaturas nominatione, ibi nobis, & ſuc-
ceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus,
ceu ſedi Apoſtolicæ nominare, Rebuff. in
dict. concord, verb. nobis, vbi dicit, quod
ſi legati idem poſſent quod Papa, multi
eſſent Papæ iuxta Baldum, in cap. 1. de
officio legati.
D Obiicies Legati à latere poſſunt de iure
confirmare electiones Archiepiſcopo-
rum, & aliorum, Doctores in dict. cap. Ab-
batem, §. vno, per illum textum de ele-
ctione in 6. ergo, & poterunt confirmare
nominationes regias, probatur conſe-
quentia, nam nominationes hodiernæ
regiæ ſucceſſerunt priſtinis electionibus,
vt patet ex dict. concord. rub. de electio-
nis derrogat. R. ante concordatum ca-
ſum fuiſſe dubitabilẽ, ſed hodie minime,
cum per illud Papam ſibi talem poteſta-
tem reſeruaſſe certiſſimum ſit, vt dico

infrà vbi de nominatione regia.

36 ASSERTIO 14. Non poſſunt Legati præuenire ordinarios in regno, patet ex dict. concord. quo ſolus Papa vtitur iure præuentionis, ibi noſque, & ſucceſſores noſtri iure præuentionis, in rub. de mandat. Apoſtolicis, vbi & Rebuffus ſuper illo verbo nos, quod verbum excludit alios omnes, clem. auditor de reſcriptis, imo non poteſt Papa committere talem facultatem præueniendi, vt ait ibi idem Rebuffus.

37 ASSERTIO 15. Legati à latere non poſſunt diſpenſare ſupra pluralitatem beneficiorum. Boerius in ſuo tractat. de dignit. legati, ratio quia talis multiplicitas eſt prohibita decreto Concilij, can. clericum 21. q. 1. cap. de multa de præb. ſed ſuper decreta conciliaria Legatus non diſpenſat, vt oſtendi ſuperius, gloſa in cap. cùm dilectus 1. de præb. & in cap. 2. de conceſſ. præbend. Boerius vbi ſuprà, Ioannes Brunellus in tractat. de dignitat. legati, ergo.

38 Hinc debent habere talem facultatem commiſſam in ſuis Bullis, quarum copiam habeant diſpenſati exhibendam in iudicio, ſi ſibi præcauere velint tales diſpenſati, ita Panormit. in cap. fraternitatem de ſchiſmat. Doct. & ibi gloſa in cap. cùm in iure de officio delegati, Rebuffus in dict. concordat. rub. de mandat. Apoſtolicis, verb. diſpenſationem.

39 ASSERTIO 16. Legati non poſſunt transferre prælatos, cap. 1. de tranſlatione Epiſcopi, cap. quod tranſlationem, vbi eſt textus ſingularis de officio legati, dico infrà, vbi de tranſlatione Epiſcopi in modis canonicis habendi beneficia.

40 Hinc non poſſunt dare poteſtatem trãſferendi penſiones, vt ſeruatur de ſtilo, Pariſius lib. 6. q. 4. nu. 15. & dicitur tranſlatio, renunciatio penſionis in fauorem alterius de conſenſu Papæ facta, Mendoſa in regula de infirmis, qu. 11. num. 3.

A & in tractat. de ſignat. gratiæ, tit. tranſlationes penſionum, in principio.

Nec dare facultatem recipiendi reſignationes, & conferendi ſimul propter votum captandæ mortis, textus in dict. cap. deliberatione. §. prohibemus de officio legati in 6. Zatabella in clement. 1. & ibi gloſa, verbo, commiſiſſe de probationibus, Ioannes Andræas in rubrica de renunciatione, num. 7. 41

Nec poſſunt conferre beneficia electiua, illud enim vetatur per Bonifacinam conſtitutionem quæ habetur in dict. cap. deliberatione. 42

ASSERTIO vltima, Legati à latere non poſſunt dare regreſſus ad beneficia, 43
B Gambarus de authoritate Legati à latere, lib. de penſionibus, num. 195. Rebuffus in praxi de regreſſibus, colum. 2. verſicul. verum, vt ad rem, vbi dicit quod ſolius Papæ priuilegium eſt, datio regreſſus, qui eſt reditus ad dimiſſum benefi- 44
cium authoritate Papæ factus. Oldrad. conſilio 275. colum. 2. verſ. circa quintum, Mendoſa in dicto tractatu de ſignat. gratiæ totius regreſſus in principio, Rebuff. illo loco, hodie tales regreſſus non ſunt in vſu ne ſucceſſiones hæreditariæ introducantur in Eccleſia iuxta decre-
C tum Concilij Tridentini, cap. 7. ſeſſione
25. de reformatione, ibi, cùm in beneficijs 45
Eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt ſacris Conſtitutionibus odioſa ſint, & Sanctorum Patrum decretis contraria. nemini in poſterum acceſſus, aut regreſſus & concedantur, &c.

Reliqua quæ ſuperſunt dicenda de
Legatis, vide in præcedenti quæſtione, 46
vbi de Eminentiſſimis Cardinalibus, apud Gondiſſaluum in dicto tractatu de Cardinalib. cap. 5. num. 1. & apud eundem Ioannem Brunellum qui fuſius de illis egit, vt dictum eſt ſuprà, ego vero venio ad Patriarchas.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SEXTÆ.

1. *Patriarchatus eſt maxima dignitas Eccleſiaſtica.*
2. *Quatuor tantum erant olim Patriarchæ.*
3. *Repræſentabant quatuor Euangeliſtas.*
4. *Hodie ſunt plures alij Patriarchæ, ceu Primates, ex ſententia Archid. in can. cleros. 21. diſtinct.*
5. *Tenentur omnes Patriarchæ reſidere in ſuis ſedibus Patriarchalibus.*
6. *Patriarchæ, ceu Primates, nihil iuris, vel priuilegij habent ſupra Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quam quod eis ius commune vel conſuetudo contulit.*
7. *Sunt iudices appellationum Archiepiſcoporum, idque de iure communi.*
8. *Extra caſum appellationis non debent Patriarchæ, ceu Primates perturbare iuriſdictiones Archiepiſcoporum.*
9. *De iure communi poſſunt Patriarchæ declarare inferiores incurriſſe ſuſpenſionem latam, in cap. cum in cunctis de elect. eoſque à cenſura abſoluere.*
10. *Patriarchæ de iure communi confirmant electiones Archiepiſcoporum.*
11. *Hodie ſolus Papa confirmat tales electiones Prælatorum.*
12. *Quod fit mediante conſuetudine, bene fieri dicitur.*
13. *Conſuetudo excuſat à reſidentia.*
14. *Conſuetudo excuſat à pluralitate beneficiorum.*
15. *Conſuetudo eſt legitimus titulus.*
16. *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
17. *Dignitatis capitulares, quæ debentur de conſuetudine ſolis Canonicis capitularibus, non debentur graduatis.*
18. *Conſuetudo Tholozana eſt ſeruanda, quæ (ſtantibus agnatis) mater non ſuccedit filio ſuo mortuo ab inteſtato.*
19. *Conſuetudo Eccleſiæ Lugdunenſis eſt ſeruanda. quæ ſoli nobiles ex vtroque parente admittuntur ad Canonicatus.*
20. *Patriarchæ, ceu Primates conferunt beneficia, intra ſedes vacantia.*
21. *Patriarchæ poſſunt renunciare ſuos Patriarchatus.*
22. *Renunciatio Patriarchatus debet fieri coram Summo Pontifice duntaxat.*
23. *Patriarchæ poſſunt deferre crucem ante ſe.*
24. *Fallit præſente Summo Pontifice, vel Legato de latere.*
25. *Ratio cur Antiochia, Conſtantinopoli, Alexandria, Hieroſolymis conſtituti fuerint Patriarchæ.*
26. *Patriarchæ, ceu Primates, iure deuolutionis conferunt beneficia inferiorum.*
27. *De iure veteri renunciationes Archiepiſcoporum fiebant in manibus Patriarcharum.*
28. *De nouo iure Archiepiſcopi debent reſignare in manibus Papæ tantum.*
29. *Nullus Patriarcharum poteſt dici vniuerſalis.*
30. *Non poſſunt impedire conſecrationes prælatorum inferiorum.*
31. *Peti debet facultas prius à* Patriarchis *conſecrationis.*
32. *Ad conſecrationem faciendam debent eſſe tres ad minus prælati.*
33. *Non poſſunt impedire electiones inferiorum.*
34. *Nec poſſunt* Patriarchæ *transferre prælatos ſubditos.*
35. *Poſſunt* Patriarchæ *vti pallio.*
36. *Pallium eſt inſigne ornamentum Pontificalis officij.*
37. *Ante traditionem pallij debet iurari obedientia, & fides Summo* Pontifici *à palliando.*
38. *Pallium debet ſumi intra tres menſes.*
39. *Patriarchæ non debent intereſſe electionibus inferiorum.*
40. *Solus eſt* Papa, *creare nouos* Patriarchas.
41. *Eminentiſſimus Cardinalis Mazarinus deſideratur ab vniuerſa Eccleſia Gallicana in* Patriarcham.
42. *Electio habuit locum in* Patriarchalibus *ſedibus, vſque ad tempora Benedicti XI.*
43. *Patriarchales ſedes detinentur hodie ab infidelibus, in dedecus Chriſtianorum.*

QVÆSTIO SEXTA.

De Patriarchis, ceu Primatibus, eorumque priuilegiis.

SIcut in Eccleſia triumphanti ſunt Angeli, & Archangeli, qui non ſunt æquales, ſed in poteſtate, & ordine differt alter ab altero, vt eſt communis opinio Theologorum. Sic in militari diſcrimen eſt graduum, & dignitatum, vt dum reuerentiam minores potioribus exhibent, & potiores minoribus dilectionem impendunt, vera concordia fiat, & ex diuerſitate contexio, & recte officiorum

officiorum geratur adminiſtratio ſingulorum, illud habetur in can. adhoc, diſtinct. 98. ideo ſunt Patriarchæ Metropolitani, Epiſcopi. Iſidorus in can. 1. §. ordo. 22. diſtinct.

1 Assertio 1 Patriarchatus eſt maxima dignitas in Eccleſia, probatur ex can. vrbes, diſtinct. 8. can. c. 21. diſtinct. can. prouinciæ, & ſequenti, diſtinct. 99. cap. ſolitæ de maioritat. cap. antiqua de priuilegiis. gloſa in dict. can. vrbes, Præpoſitus, in can. diffinimus. 22. diſtinct. gloſa in can. ſi quis, vbi dicit nullam eſſe differentiam Patriarchæ & Primatis niſi nomine tenus 2. qu. 6. & dicuntur poſſeſſores talis maximæ dignitatis, Patriarchæ, quaſi principes Patrum, can. cleros, 21. diſtinct. Rebuff. in concord. rub. de collationibus. §. ſi quis vero, verbo, Patriarchalis, alio modo Primates, quia primas ſedes obtinent, dict. can. cleros, can. primas ciuitates, & can. nulli, 99. diſtinct.

2 Assertio 2. Quatuor tantũ olim erant Patriarchæ Conſtantinopolitanus, Alexandrinus Antiochenus, & Hieroſolimitanus, dict. can. renouantes, & can. diffinimus, cap. graue de præbendis, & dict. cap. antiqua, 1. erat Conſtantinopolitanus, can. Conſtantinopolitanæ, 20. diſtinct. vbi dicitur quod ob id erat. 1. quia Conſtantinopolis erat noua Roma, vt ex ethymologia nominis ſuadetur, dict. cap. ſolitæ. ibi. *Conſtantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem, & honorabile membrum Eccleſiæ.* Dixi tantum, quia illi

3 quatuor Patriarchæ repræſentabant quatuor Euangeliſtas, cap. ſcriptum eſt de electione, Archiepiſcopus Florentinus in Summa, tit. 20. cap. 4. parte 3. qui quatuor Euangeliſtæ per illa quatuor animalia deſignantur, quæ vidit Ioannes in Apocalypſi ſtantes in circuitu ſedis Agni, plena oculis ante, & retro, vt dicitur in dict. cap. ſcriptum eſt, & in cap. inter quatuor, illo tit. de maioritat. in antiqua, licet ſint alij Patriarchæ Aquilejenſis, Bi-

4 turicenſis, & Grandenſis, teſte Archidiac. in dict. can. cleros.

5 Assertio 3. Patriarchæ tenentur reſidere in ſuis ſedibus Patriarchalibus, probatur beneficiati tenentur reſidere in ſuis beneficiis, tota tub. de clericis non reſidentibus, ſed Patriarchæ ſunt beneficiati, Patriarchatus enim eſt beneficium, Hotedus de incompatibilitat. benef. part. 1. num. 7. Ioannes de Selua in ſuo tractatu benef. part. 1. q. 2. num. 4. Pariſius libro 2. quæſt. 1. n. 39. ergo, & eſt commu-

A nis opinio Doctorum. Sotus lib. 2. de iuſtitia, & iure, qu. 3. Gigas in tractat. de reſidentia Epiſcopali, cap. 18. Concilium Tridentinum, ſeſſione 27. cap. 1. de reformatione.

Assertio 4. Nihil iuris, vel priuilegij habent Patriarchæ, & Primates ſuper Archiepiſcopos, & Epiſcopos, niſi quod eis ius commune, vel conſuetudo contulit, textus eſt ſingularis, in can. conqueſtus, vbi hæc Nicolaus Papa ſcribens Patriarchæ Bituricenſi. *Primates, vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Epiſcopis, niſi in quantum ſacri Canones con-* 6

B *cedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus contulit diffinimus.* 9. qu. 3. Aluaro, in tit. Epiſcopum, vel Abbatem, col. penultima, Boetius in tractat. de præeminentia magni Concilij, prouinciale Eccleſiæ Romanæ in principio: vide textum, etiam notabilem quoad hoc, in cap. duo ſimul de officio ordinarij.

Hinc de iure ſunt legitimi iudices appellationum Archiepiſcoporum, can. prouinciæ, 99. diſtinct. dict. cap. duo. & cap. paſtoralis, illo tit. de officio ordinarij, cap. inter cætera de appellationib. cap. 1. de foro competent. in 6. quemadmodum 7 8

C Archiepiſcopi ſunt iudices appellationũ ſuffraganeorum, cap. Romana. §. debet autem. & § vltimo de appellationibus in ſexto. & extra caſum hunc appellationis debent Patriarchæ relinquere inferiores prælatos liberos, & ſpõtaneos in ordinaria poteſtate, vt regant, gerantque prouidentiam eorum quæ ſub ipſis ſunt, deque ſingulis cauſis cum moderamine diſceptent, & pondere, ita Concilium Antiochenum, relatum in can. per ſingulas 10. q. 3. cap. irrefragabili de officio ordinarij, debet enim vnicuique ius ſuum ſeruari illæſum, can. mos antiquus, 65. diſtinct. cap. vltimo, de confirmat. vtili, cap. com-

D miſſum de decimis, & nemini fieri iniuria argut. cap. ex parte de decimis, alias confunderetur ordo Eccleſiaſticus ſi iuriſdictio vniuſcuiuſque læderetur, can. omnes. 22. diſtinct. can. peruenit 11. qu. 1. cap. quia de religioſis domibus.

Secundò, poſſunt Patriarchæ de iure declarare inferiores ſubditos incurriſſe ſuſpenſionem latam à canone contra eos qui poſt ſecundam monitionem conferunt indignis, & eos à cenſura abſoluere, cap. graue de præbendis, in fine, ibi. *vt in hoc*, inquit Innocentius III. *quoque quatuor Patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.* 9

Tertiò, Patriarchæ confirmant Archi-
10 epiſcoporum electiones, can. quia igitur,
& ibi. gloſa. 63. diſtinct. Archidiaconus,
in can. de perſona, diſtinct. 65. diſt. & ibi.
Archidiaconus notat in cap. 1. de tranſl.
Epiſcopi, hodie id facit ſolus Papa, cap.
11 qua fronte de appellationibus, & hæc ha-
bent Patriarchæ de iure communi.

12 Vel à conſuetudine ita fertur in dict. cap.
conqueſtus, & in cap. duo ſimul, nã quid-
quid fit approbante conſuetudine bene
fieri dicitur, Doctor. iuncta gloſa, in cap.
cum venerabilis de conſuetud. Nauarrus
conſilio 13. n. 2. de vſuris, & hæc æquipa-
ratur priuilegio, dummodo fuerit priſca,
& eius cõtrarij memoria non exiſtat, cap.
ſuper quibuſdam, verſ. præterea, de ver-
borũ ſignificat, Doct. in cap. 1. de præſcri-
13 ptionibus in 6. Abbas in cap. cùm M. Fer-
rarienſis, col. 1. de conſtitutionibus, & in
multis à pœna excuſat, vt à reſidendo
Zarabella in conſilio 122 incipiens Pres-
byter, col. 2. & à multiplicitate benefi-
14 ciorũ, Doct. & ibi. gloſa in dict. cap. 1. de
conſuetud. in 6. & legitima præſcriptio
15 eſt legitimus titulus, cap. cùm olim de
præſcriptionibus, cap. dilectus, & cap.
conſtiturus de religioſis domibus, notat
in cap. de Eccleſia de cauſa poſſeſſionis,
& optima legum interpres, cap. cum di-
16 lectus de conſuetud. cap. cùm ſint de de-
cimis.

17 Hinc non debentur graduatis dignita-
tes capitulares quæ de conſuetudine de-
bentur & afficiũtur ſolis canonicis exiſtẽ-
tibus de gremio, vt ſeruatur in noſtra Ec-
cleſia, gloſa pragmat. rub. de collationib.
verb. requireret. §. item cenſuit, Ioann.
de Selua in ſuo tractat. beneficiali, parte
3. q. 49. Benedictus in repetit. cap. Ray-
nutius, verb. ſi abſque 2. num. 10. in ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria de teſtament.
Rebuffus in tractat. nominationum, nu.
38. in fine. nam talis conſuetudo venit
ſeruanda, vt dico infrà vbi de capitulis, in
penultima quæſt. huiuſce diſputationis,
Barbat. in cap. cùm conſuetudinis, in
principio de conſuetud.

18 Hinc ſeruanda venit conſuetudo Tho-
lozana (qua ſtantibus agnatis) mater non
ſuccedit filio ſuo mortuo ab inteſtato.
Ioannes Andræas in additione ad Specu-
latorem, ſuper verbo, hæreditas, titul. de
curatoribus, § vltimo, idem Benedictus,
in repetit. dict. cap. verbo, & vxorem no-
mine Adelaſiam, de teſtamentis.

19 Hinc ſeruanda venit conſuetudo Ec-
cleſiæ Lugdunenſis, qua ſoli nobiles ad-

A mittuntur ad Canonicatus dict. Eccleſiæ,
vt dico infrà vbi de beneficiis in abſtra-
cto, in ſequenti diſputat.

Assertio 5. Patriarchæ conferũt 20
beneficia intra ſuos fines vacantia, ratio
eſt clara, quia ſunt ordinarij in ſuis ſedibus
Patriarchalibus, Gig. in tractatu de reſi-
dentis Epiſcp. cap. 18. num. 92. Pariſ.
lib. 2. q. 1. nu. 42. & ſequenti, ſed ordi-
narij conferunt, cap. conquerente de off.
ordinarij, & cap. ex frequentibus de in-
ſtitutionib. ergo.

Assertio 6. Patriarchæ poſſunt 21
renunciare ſuos Patriarchatus, probatur
omnia beneficia poſſunt renunciari, per
B totam rub. de renunciar. tam in decreta-
libus, 6. quàm clement. ſed Patriarchatus
eſt beneficium, vt probatur infrà, ergo.

Et hæc renunciatio fieri debet tantum 22
coram Papa. gloſa communiter recepta
in clement. 1. verb. manib. de renunciat.
vbi Doct. Diuus Thomas 2. 2. q. 185. art.
4. verſ. Reſp. Quia Papa ſolus Patriar-
chas facit hodie. Pariſius lib. 7. q. 11. nu.
22. & priuat ex cauſa, cap. 1. de tranſla-
tione Epiſcopi, cap. ex geſtis de clericis
non reſidentibus.

Assertio 7. Poſſunt Patriarchæ 23
deffetre crucem ante ſe, dict. cap. an-
tiqua de priuilegiis. Limita præſente 24
C Papa, vel Legato de latere, cap. volentes
de officio legati, & dict. cap. antiqua,
Ioannes de Turrecremata in can. deniq.
num. 7. 21. diſt.

Cur autem in illis quatuor vrbib. Con- 25
ſtantinopoli, Alexandriæ, Antiochiæ, &
Hieroſolymis conſtituti fuerint Patriar-
chæ. dic quod fuit, quia ibi olim erãt apud
Ethnicos primi flamines, & legis Docto-
res, & ideo ibi beatus Petrus haberi vo-
luit Primates, & Patriarchas, vt vbi error
incrementum ſumpſerat, & exordium,
ibi, & interitum inueniret, & finem. can.
illis vero, diſtinct. 80. & can. prouinciæ,
diſt. 99.

D Ex his collige, 1. Patriarchas & Prima- 26
tes conferre iure deuolutionis beneficia
inferiorum Archiepiſcoporum, Epiſco-
porum, tamquam immediatos ſuperiores,
cap. 2. de conceſſ. præbendæ, can. ſi quis
Epiſcopus. 1. 6. q. 3. cap. eam te, & cap.
cum propter de iure patronatus. 2. renun- 27
ciationes Archiepiſcoporum fieri de iure
coram ipſis, cap. admonet de renunciatio.
notat in can. denique, 6. q. 3. can. Prima-
tes, 2. q. 5. Decius in cap. 1. num. 30. le-
ctio 2. de iudiciis, & hoc de iure veteri,
ſed hodie de iure nouo fiunt tantum co-

28 ram Papa, gloſa in can. Epiſcopis, verbo,
hodie, 11. quæſt. 3. Doctor. in cap. 2. de
tranſlatione Epiſcopi, Concil. Trident.
ſeſſ. 13. cap. 6. de reformatione. Collige
3. Neutrum illorum poſſe dicere ſe Pa-
triarcham vniuerſalem, quia ſi vnus vni-
uerſalis diceretur, Patriarcharum nomen
29 cæteris derrogaret, & ita fratrum honus
imminueretur, quod fieri non debet, ait
textus in can. nullum eodem, 99. diſtin-
ctione.

Collige 3. Non poſſe de iure Patriar-
30 chas, ceu Primates impedire conſecratio-
nem faciendam ab Archiepiſcopis de ſuis
ſuffraganeis, can. de perſona, 65. diſtinct.
1. quia non debent per ambitiones illicitas
iura turbare & priuilegia inferiorum, can.
quia, diſtinct. 64. 2. quia impediendo,
illam, multum detrimenti afferent ſaluti
animarum, cap. ne pro defectu de elect.
cap. vbi periculum, & cap. quam ſit, illo
31 tit. in 6. dummodo petita prius fuerit fa-
cultas à Primatibus, can. placet eadem,
65. diſtinct.

32 Et ad conſectarionem faciendam de-
bent eſſe tres ad minus conſecrantes,
quia quando Diuus Iacobus, qui iuſtus
vocabatur, & qui fuit primus Patriar-
cha Hieroſolymitanus, conſecratus fuit,
à tribus fuit ordinatus Apoſtolis Petro,
Ioanne, & Iacubo, quam formam ſe-
quendam vult Canon porro, 66. diſtin-
ctione.

4. Non poſſunt Patriarchæ impedire
33 electiones, nec illis intereſſe faciendis
in Eccleſiis viduatis, cap. cum terra de
electione. 5. nec poſſunt impedire iuriſ-
dictionem ordinariorum, can. quoniam,
65. diſtinct. cap. ad reprimendam, & cap.
irrefragabili de officio ordinarij, & dict.
cap. antiq. niſi per viam appellationis,
vt dixi.

6. Non poſſunt transferre prælatos
34 ſubditos, Papale priuilegium enim eſt,
cap. mutationes 7. quæſt. 1. & ſi hoc
attentarent manerent ipſo facto ſuſpen-
ſi, vt eſt textus, & ibi caſus in cap. 1. de
tranſlatione Epiſcopi, dico infrà vbi de
tranſlatione, in diſputatione 3. de mo-
dis canonicis habendi beneficia, quæſtio-
ne tertia.

Poſſunt tamen vti pallio, cap. ad ſup-
35 plicationem de renunciatione, gloſa in
cap. 1. verb. confirmaſſe de tranſlatio-
ne Epiſcopi, cum enim pallium ſit in
ſigne ornamentum officij Pontificalis,
36 vt dico infrà vbi de Archiepiſcopis, cap.
A ſignificaſti, & cap. bonæ 1. de electio-
ne in antiq. cap. niſi, & cap. penultimo
de authorit. & vſu pallij, debent illo de- 38
corari præſtito, tamen prius Papæ fidei
ſacramento quod ſemper præcedere de-
bet pallij ſuſceptionem, cap. quoniam, &
can. obratum, diſtinct. 100. dict. cap. ſi-
gnificaſti, & cap. antiqua.

Et hoc pallium debet ſumi intra tres 39
menſes, dict. can. quoniam, quemad-
modum, & conſecratio à die obtentæ
confirmationis, can. quoniam, 25. di-
ſtinctione, Rebuff. in concordat. rub. de
reg. ad prælat. nominatio. verb. intra ſex
menſes.

B Collige vltimo electiones habuiſſe 40
locum in Patriarchalibus ſedibus vſque
ad tempora Benedicti XI. qui illas
caſſauit, & reſeruauit ſibi prouiſionis
illarum per ſuam extrauag. ſanctam, ſub
titulo de electionibus in communibus,
ſed, proh dolor! hodie omnes prædi-
ctæ ſedes, aut ſunt deſtructæ, aut oc- 41
cupatæ ab infidelibus, vel à ſchiſmati-
cis, in dedecus omnium Chriſtiano-
rum, vt ait, dolore motus, & lachry-
mis perfuſus prædict. Papa, in dict. ex-
trauag.

Nec poſſunt intromittere ſeſe electio- 42
C nibus faciendis de Eccleſiis quod redun-
daret in grauamen Eccleſiaſticæ liberta-
tis, cap. cum terra de electione, cap. qua
fronte de appellationibus.

Et poteſt Papa creare nouos Patriar-
chas, & potiſſimum in his regionibus vbi 43
prouincia aliqua paganorum vel hæreti-
corum conuerteretur ad fidem cui ne-
ceſſe eſſet propter multitudinem popu-
li inſtituere Primates, can. nulli, 99.
diſtinct. can. rebus, & can. ſequenti,
80. diſtinct. & fortaſſe non ita male fa-
ceret dominus Papa creare Patriarcham
in regno, ſed de his videat ſua ſancti-
tas, quæ poteſt illos ſola inſtituere, dict.
D can. vrbes, contra quoſdam profeſſo-
res aliter ſentientes, ſed eos Deus il-
luminet excæcatos, & hoc caſu deſido-
raret vniuerſa Eccleſia Gallicana Emi- 44
nentiſſimum noſtrum Cardinalem Ma-
zarinum, quo nullus ſanctior, nullus
doctior, nullus ſagacior, de cuius acti-
bus nulla foret cauſa dubitandi domi-
no Papæ, cui tertius imperij commiſit gu-
bernaculum defunctus Rex Chriſtianiſſi-
mus quædam ſumpſi, ex can. adhæc, 91.
diſtinct.

Habuit autem locum electio in Pa- 45

Digitized by Google

triarchalibus ſedibus, vſque ad tempora domini Benedicti XI. qui eam caſſauit. & reſeruauit ſibi prouiſiones talium ſediũ, per ſuam extra: ſanctam, ſub tit. de elect. in communib. ſed finis ſit, cum hodie
43 prædictarum ſedium Patriarchalium ciuitates, aut ſint deſtructæ, aut occupatæ A ab infidelibus, vel à ſchiſmaticis detineantur, in dedecus omnium Chriſtianorum. Ita dolore motus, & lachrymis aſperſus prædictus Papa clamabat in dicta extrau. quam videre poteris, dum immoror in priuilegiis Archiepiſcoporum in ſequenti quæſtione.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SEPTIMÆ.

1. *Archiepiſcopatus eſt maximo dignitas Eccleſiaſtica.*
2. *Archiepiſcopi ſunt principes Epiſcoporum.*
3. *Epiſcopi inferiores vocantur Suffraganei.*
4. *Archiepiſcopi de iure veteri eligebantur ab Epiſcopis ſuffraganeis, vna cum Canonicis ſedis Archiepiſcopalis.*
5. *Vox Archiepiſcopus, & Metropolitanus, eſt ſynonima.*
6. *Duo vincula ſunt vno fortiora.*
7. *Archiepiſcopi nihil habent ſupra Epiſcopos, niſi in caſibus expreſſis à iure.*
8. *Conſtitutiones loquentes de Epiſcopis, comprehendunt Archiepiſcopos.*
9. *Epiſcopus ſuffraganeus non poteſt conſecrari niſi à ſuo Archiepiſcopo, vel ſaltem de eius licentia.*
10. *Epiſcopus non poteſt adire Curiam Principis ſecularis, niſi de licentia ſui Archiepiſcopi.*
11. *Epiſcopus ſuffraganeus tenetur intereſſe ſynodis prouincialibus à ſuo Archiepiſcopo celebrandis.*
12. *In caſu legitimi impedimenti excuſatur Epiſcopus ab intereſſendo dictis Conciliis prouincialibus.*
13. *Archiepiſcopus excuſatur à conſecratione facienda de ſuis Epiſcopis, dummodo illam alteri committat.*
14. *Debent ſuffraganei eundem tenere modum pſallendi in ſuis Eccleſiis, quem ſeruat Archiepiſcopus.*
15. *Ratio hic inſeritur, deprompta ex iure Canonico.*
16. *Archiepiſcopi ſunt immediati iudices appellationum interiectarum de ſuis ſuffraganeis.*
17. *Ius perditur per negligentiam inferiorum.*
18. *Ius creandi Vicarios in ſedibus vacantibus deuoluitur de Canonicis Cathedralib. ad Archiepiſcopos poſt octo dies.*
19. *Archiepiſcopi mediante appellatione abſoluunt excommunicatos à ſuffraganeis.*
20. *Ante ſuſceptionem pallij Archiepiſcopalis, non poteſt Archiepiſcopus conſecrare ſuffraganeos.*
21. *Per ſuſceptionem pallij confertur plenitudo pontificalis officij.*
22. *Per ſolam conſecrationem matrimonium ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopum, & ſuam Eccleſiam dicitur conſummatum.*
23. *Archiepiſcopus dicitur talis per ſolam ſuſceptionem pallij.*
24. *Suſceptio pallij debet ſemper fieri poſt emiſſam poſſeſſionem fidei, qua ſemper debet pracedere.*
25. *In traditione pallij priuilegia Papalia, vt plurimum conferuntur Archiepiſcopis.*
26. *Archiepiſcopi habent pallium ſupra Epiſcopos.*
27. *Epiſcopus non poteſt vti pallio, niſi ex priuilegio.*
28. *Palleum quid ſit.*
29 *Petitio pallij fit intra tres menſes.*
30. *Receptio pallij non differtur per criminis obiectionem, niſi prius praſtito iuramento de quo hic ab obiicientibus.*
31. *Sine pallio conſecrationes fieri nequeunt ab Archiepiſcopis.*
32. *Archiepiſcopus non palliatus committere debet conſecrationes.*
33. *Epiſcopus ſuffraganeus conſecrandus debet viſitare ſuum Archiepiſcopum intra duos menſes.*
34. *Epiſcopus conſecrandus debet facere expenſas conſecrationis.*
35. *Paupertas Epiſcopi conſecrandi excuſat à rigore.*
36. *Pallium Archiepiſcopale debet ſepeliri cum palliato.*
37. *Quatuor cruces pallij denotant quatuor virtutes Cardinales.*
38. *Archiepiſcopi faciunt deferre crucem ante ſe in totis ſuis diœceſibus.*
39. *Archiepiſcopi de iure veteri confirmabant electiones ſuffraganeorum.*
40. *Archiepiſcopi ſunt immediati ſuperiores ſuffraganeorum.*
41. *Archiepiſcopus delinquens in territorio ſui ſuffraganei non poteſt excommunicari ab illo.*

42. Archiepiſcopus extraneus poteſt ex-
communicari ab Epiſcopo non ſuffraganeo,
ſi delinquat in ſua diæceſi.
43. Non poſſunt Archiepiſcopi impedire iu-
riſdictionem contentioſam ſuffraganeorum,
niſi per appellationem.
44. Non poſſunt Archiepiſcopi vnire Eccleſias
ſuffraganeorum ipſis inconſultis.

QVÆSTIO SEPTIMA.

De Archiepiſcopis, eorumque priuilegiis.

1 ASSERTIO PRIMA. Ar-
chiepiſcopatus eſt maxima
dignitas in Eccleſia, probatur
in can. cleros, 21. diſtinctio.
can. Metropolitano, 63. diſt.
& in Summa, 100. diſt. per totum cap. ex
literis de conſtitutionibus in antiq. cap.
ſignificaſti de electione, cap. gratum ge-
rimus, & cap. bonæ de poſtulatio. præla-
tor. cap. 2. de tranſlatione Epiſcopi, cap.
2 1. & 2. de authorit. & vſu pallij, cap. pa-
ſtoralis de officio ordinarij, cap. Romana
de foro competent. in 6. & infinitis in
locis, quod confirmatur ex ethymologia
nominis. Archiepiſcopus enim dicitur
quia primus, & princeps Epiſcoporum,
dict. can. cleros, can. ſcitote 6. quæſt. 3.
dict. cap. 2. de tranſlatione Epiſcopi, cap.
dilecti de maioritat. cap. vltimo de pur-
gatione Canonica, Hoſtienſis in Summa,
rub. de officio Archidiaconi, §. & quia,
& in cap. cùm inferior, num. 12. illo tit.
de maioritat. Innocent. in cap. ſtatuimus,
ibidem, Aluaro in rub. Epiſcopum, vel
Abbatem, col. penult. in principio, Ru-
zæus in tractatu de præeminentia Archi-
epiſcoporum, Pariſ. lib. 2. quæſt. 1. num.
50. licet enim Archiepiſcopi vocentur E-
piſcopi vna cum ſuffraganeis, vt volunt
Doct. in cap. quam periculoſum de ſen-
tent. excommunicatio. in 6. præcipuo
tamen nomine Archiepiſcopi appellan-
tur propter prærogatiuam dignitatis
quam acceperunt, dict. can. cleros, infe-
3 riores vero prælati vocantur ſuffraganei,
cap. ſuffraganeis, & cap. innotuit. ibi.
quidam autem ſuffraganeorum tuorum
de electione, cap. de tua de corpore vitia-
tis, & cap. in tantum de ſymonia, quia
4 Archiepiſcopi eligebantur olim ſuffragiis
Epiſcoporum comprouincialium vna cũ
canonicis Metropolitanis, can. Metro-
politano. 66. diſtinct. can. Archiepiſco-
pus, 63. diſtinct. cap. bonæ memoriæ de
poſtulatione prælatorum, cap. ſi Archi-
A epiſcopus de temporibus ordinationum.
Vocantur & Metropolitani paſſim in 5
iure, can. ſi quis Metropolitana, diſt. 60.
can. ſi quis Epiſcopus, & can. ſi Metro-
politanis ibidem, cap. referente ibi. ad
Metropolitanum videlicet Rhemenſem
Archiepiſcopum appellauit de præbend.
cap. vt litigantes de officio ordinarij in 6.
& hoc à menſura ciuitatum quibus præ-
ſunt, vt dicitur in dict. can. cleros, & hæ
ciuitates debent eſſe regulariter decem,
vel vndecim, totidemque Epiſcopi, dict.
can. ſcitote, nam ciuitas dicitur quæ ha-
bet Epiſcopum, Rebuffus in concordat.
B rub. de collationibus. §. ſtatuimus, ſuper
verb. in ciuitatibus, notat. in can. Epiſco-
pi, 80. diſtinct. cap. 1. de priuilegiis.
Hinc non differt Archiepiſcopus à Me-
tropolitano niſi nomine tenus. cap. à no-
bis. ibi. idem Archiepiſcopus aſſerens
monaſterium veſtrum iure metropolico
ſubeſſe ei, de arb. notat. in can. prouinciæ,
ibi. Metropolitanorum, aut Archiepiſco-
porum nomine fruerentur, 99. diſt. cap.
cùm ex officij de præſcriptionib. cap. 1.
de officio legati, cap. licet in corrigendis
de officio ordinarij, cap. vltimo de his
quæ f. à prælat. ſine conſ. cap. extrauag.
C vna de cenſibus in communibus.
Obiicies ſi Metropolitanus eſſet idem
cum Archiepiſcopo, poſſet Archiepiſco-
pus facere tamquam Metropolitanus id
omne quod poteſt facere tamquã Archi-
epiſcopus, ſed id non poteſt, ergo. maior
eſt clara, probatur minor ex dict. cap. 1.
vbi Alexander III. reſcribens ſuffraga-
neis Archiepiſcopi Cantuarienſis, dicit
non poſſe prædictum Archiepiſcopum
cognoſcere de cauſis ſuffraganeorum niſi
per appellationem, iure Coarchiepiſco-
pali, ſed non iure Metropolitano de offi-
cio legati, ergo. Reſp. Concedo maio-
rem. Nego minorem, & ad prædictam
D probationem, D. non bene concipi caſum
dict. cap. 1. per illud enim vult Papa præ-
dictum Archiepiſcopum duobus iuribus
fulciri, iure nempe Metropolitano, & iu-
re legationis, vt diximus ſuprà, vbi de le-
gatis natis, docetque eundem non poſſe
quidem auocare ad ſe cauſas ſuffraga-
neorum, niſi per appellationem iure Ar-
chiepiſcopali, & Metropolitano, ne fal-
ſam immittat, in can. ſegetem, quæ alij
eſt commiſſa, can. ſcriptum eſt, 6. qu. 3.
& ne tranſgrediatur fines, & terminos an-
tiquos quos poſuere patres noſtri, can.
nullus alterius, & can. nullus primas 9.
q. 5. dict. cap. licet de officio ordinarij,

alias punitur Archiepiſcopus, can. ſi autem, cum duobus ſequent. eadem cauſa & quæſtione, ſed bene altero iure legationis ſcilicet, nam quando duo iura concurrunt in vno, poteſt ille altero iure facere quod non poteſt 2. Baldus in cap.
6 cùm olim de re iudicata, duo enim vincula ſunt vno fortiora, cap. 1. de treuga & pace.

7 ASSERTIO 2. Archiepiſcopi nihil habent ſupra Epiſcopos niſi in caſibus expreſſis à iure, probatur in can. conqueſtus 9. q. 3. cap. paſtoralis de officio ordinarij, Pariſ. lib. 8. q. 5. num. 48.

8 Ideo, vt dixi, conſtitutiones loquentes de Epiſcopis comprehendunt Archiepiſcopos, Doctores, iuncta gloſa in dict. cap. quam periculoſum, dixi niſi in caſibus à iure expreſſis quos hic habes.

9 Primus eſt quod non poteſt Epiſcopus ſuffraganeus conſecrari niſi per ſuum Archiepiſcopum, vel de licentia illius, can. quoniam, 60. diſtinct. cap. ſi Archiepiſcopus cum ſequenti de temporibus ordinationum.

10 2. Non poteſt Epiſcopus adire Curias principum ſecularium ſine conſenſu Archiepiſcopi, can. ſi quis Epiſcopus, 23. q. 8. cap. qua fronte, vbi eſt bonus textus, qui tamen malè ſeruatur in regno de ap-
11 pellationibus. 3. Poſſunt compellere ſuffraganeos ad aſſiſtendum conciliis, & ſynodis prouincialibus, can. peruenit, can. Epiſcopus cum tribus ſequentibus, diſt. 18. quæ concilia debent quotannis congregari, cap. quoniam illa diſt. cap. cùm olim de accuſationibus, quod tamen non ſeruatur in Gallia, vbi non ita facile fit congregatio Epiſcoporum, & hæ ſynodi fiunt ad diſſoluendas Eccleſiaſticas contentiones, & reformandos mores, can. propter ibidem, tenenturque ſuffraganei ſtatuta conciliorum prouincialium intra ſex menſes ſubditis obſeruanda proponere ſub pœna excommunicationis, can. de cernimus, ead. diſt. excuſantur tamen ab
12 intereſſendo talibus conciliis, dummodo per literas excuſationes ſuas faciant Archiepiſcopis in caſu legitimi impedimenti, morbi, ſenectutis, can. placuit, & can. illa diſt. 16. quemadmodum excuſantur Archiepiſcopi à conſecratione facienda
13 de ſuis ſuffraganeis, dummodo conſecrationem committant aliis, cap. quod ſedem de officio ordinarij.

14 4. Debent ſuffraganei in ſuis Eccleſiis eundem tenere modum in diuinis peragendis, quem ſeruāt Archiepiſcopi in ſui
A ſedibus Archiepiſcopalibus, can. inſtitutio de conſecrat. diſtinct. 2. æquum eſt 15
enim, vt inde vnuſquiſque ſumat regulas miniſterij, vnde honoris conſecrationem accipit, vt iuxta maiorum decreta, ſedes quæ vnicuique ſacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit Eccleſiaſticæ magiſtra rationis, can. de iis qui, ibidem.

5. Sunt iudices appellationum, can. ſi 16
quis. 2. qu. 6. dict. can. paſtoralis, & cap. licet de officio ordinarij, cap. accedens vt lite non conteſtata, ideo ius deuoluitur ad eoſdem per negligentiam inferiorum ſuffraganeorum, cap. 2. de conceſſ. præbend. cap. quamquam de ele-
B ctione in 6. clement. vna de ſupp. neg. prælatorum, gloſa in cap. 1. verb. diſtulerint de appellationibus, vel in recuſationem eorundem. cum paria ſint recuſare, & non conferre. Guido Papæ in ſuis deciſionibus, quæſt. 569. gloſa pragmat. in §. quod ſi quis, verb. eo ipſo, rub. de collationibus, Rebuff. in concordat. §. ſi quis vero, illa rub. de collationib. ius enim perditur per negligentiam, cap. cùm 17
Vvintonenſis de electione, cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. & cap. quoniam de iure patronatus.

Hinc ius creandi Vicarios generales 18
C ſede vacante deuoluitur ad Archiepiſcopos ſi capitula Cathedralia intra octo dies eos non creauerint, vt dictum Concilium Tridentinun.

Hinc per appellationem abſoluunt Ar- 19
chiepiſcopi excommunicatos à ſuffraganeis, cap. venerabilibus de ſenteut. excommun. in 6. vnum tamen.

Notabis quod licet Archiepiſcopus conſecret ſuffraganeos, can. quia, can. Epiſcopis, & can. illud, 64. diſtinct. can. non debet, & can. Epiſcopus, 65. diſtinctio. cap. 2. de tranſlatione, cum duobus Epiſcopis ad minus, vt ibi dicitur, & dico infrà, non poteſt tamen Archiepiſcopus fa- 20
D cere conſecrationes tales ante ſuſceptionem pallij. can. quoniam, diſtinct. 100. cap. quod ſicut de elect. in antiq. dict. cap. ſignificaſti ibidem, tota rub. de authorit. & vſu pallij, gloſa in cap. 1. verbo confirmaſſe de tranſlatione Epiſcopi, 1.
quia per pallium confertur plenitudo Pontificalis officij, vt dicitur in dict. cap. 21
ſignificaſti, 2. quia quemadmodum per 22
ſolam conſecrationem ſpirituale matrimonium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam ſuam dicitur conſummatum, cap. licet, & ibi Docto. illo tit de tranſlatione Epiſcopi, & Epiſcopus ex illa dici-

23 tur ſponſus Eccleſiæ, & talis, ex illa dicitur, ita & Archiepiſcopus per ſuſceptionem ſolam pallij dicitur Archiepiſcopus, cap. niſi, illo tit. de authorit. Abbas in cap. ſuffraganeis, notab. 3. de electione, & in hoc differt Archiepiſcopus ab Abbate, quia iſte poteſt appellari Abbas ante benedictionem. Idem Abbas, in cap. inter de re iudicat. ſed Archiepiſcopus non poteſt dici talis ante pallij traditionem, vt ait textus in dict. cap. niſi.

24 Et hæc traditio pallij fit ſemper poſt emiſſam profeſſionem fidei, quæ ſemper debet præcedere, dict. can. quoniam, & can. obratum, diſtinct. 100. ferturque pallium intra Miſſarum ſolemnia, cap. bonæ memoriæ de poſtul. prælat. in fine, cap. cùm ſis, & cap. ſequenti, illa rub. de authorit. & vſu pallij, certis diebus & intra diœceſim, cap. 1. & cap. ex tuarum, ibidem, & in traditione pallij dantur, vt plurimum palliato multa priuilegia, can.
25 rationis ordo, diſt. 100. & cap. vltim. illo tit. de authoritate & vſu pallij.

26 Assertio 3. Archiepiſcopi ſupra ſuffraganeos, gerunt pallium, conſtat aſſertionis veritas, ex tota rub. de authorit. & vſu pallij, Abbas in cap. ad honorem.

27 Hinc non poteſt Epiſcopus vti pallio niſi ex priuilegio Papali, vt ait idem Abbas in illa rubrica.

Obiicies contrarium ſuadetur, ex cap. cum in iuuentute. Reſp. dict. cap. intelligendum eſſe de Epiſcopo, qui ius illud habebat ex conceſſione Papali in recognitionem obſequiorum præſtitorum Papæ, vt ait ibi gloſa.

28 Definitur autem pallium inſigne ornamentum quod de corpore beati Petri ſumitur, paſtoralis officij plenitudinem ſignificans, & deſignans, dict. cap. ſignificaſti de elect. in antiq. cap. niſi, & cap. ad honorem de authorit. & vſu pallij. de corpore, id eſt, de Altari vbi eſt ſitum corpus beati Petri, dict. cap. ſignificaſti.

29 Ideo debet pallium peti à Papa Antonius de Butrio poſt Abbatem, in illa rub. humiliter, & deuotè intra tres menſes, quemadmodum & conſecratio intra tres menſes fieri debet à die obtentæ confirmationis computandos, can. ordinationes, 1. diſtinct. 75. dict. can. quoniam, Abbas in dict. cap. ad honorem.

30 Nec poteſt differri receptio pallij per criminis obiectionem niſi prius iuramentum præſtitum fuerit ab obiicientibus, quod callidè & malitioſè eam non impediunt, & obiectorum plena fides fiat intra

A duos menſes, cap. vno, illo tit. de authorit. in extrauagant. communibus, cum nihil poſſit facere Archiepiſcopus ante 31 pallium, non conuocare Concilia prouincialia, nec conſecrare ſuffraganeos, dict. cap. ſignificaſti, cap. quod ſicut, §. ſuper, in fine, ibidem, nec conferre chriſma, ideo vt inutilis non ſit, debet pallium habere, Doct. in illa rub. poteſt tamen Archiepiſcopus non palliatum dare facultatem 32 conſecrandi alteri, Abbas & Hoſtienſis, in cap. quod ſedem, per illum textum de officio ordinarij, notat. in dict. cap. ſignificaſti, & in cap. aqua de conſecratione B Eccleſiæ, gloſa in dict. cap. quod ſicut, verb. ſine pallio.

Tenetur autem Epiſcopus conſecrandus viſitare ſuum Archiepiſcopum intra 33 duos menſes, niſi fuerit legitimè impeditus, quo caſu debet impedimentum per literas, vel nuncios ſignificare, can. ſi quis in metropolitana, 65. diſtinct. & notat. in dict. cap. quod ſedem.

Tenetur & Epiſcopus conſecrandus ex- 34 penſas facere conſecrationis argut cap. venturis, 4. qu. 3. can. cauendum eſt, 10. qu. 3. can. charitatem, 12. q. 2. niſi eſſet pauper, quo caſu deberent conſecrantes 35 C viuere de ſuo argut. cap. cum ab omni de vita & honeſtate clericorum.

Nec poteſt pallium Archiepiſcopale 36 alteri tribui Archiepiſcopo, Ioannes Andreas in cap. adhæc, per illum textum de authorit. pallij, ideo quiſque debet cum eo ſepeliri, Doctores in dict. cap. adhæc, vbi dicunt quod Archiepiſcopus tranſlatus ad alium Archiepiſcopatum debet habere aliud pallium, & cum duobus palliis ſepeliri.

Ponuntur in pallio quatuor cruces, per quas denotantur quatuor virtutes Cardi- 37 nales, quæ debent eſſe in palliato, debet enim cultui veſtium, actionum quoque D ornamenta conuenire, dict. can. rationis ordo, & vice verſa per decentiam habitus extrinſeci morum intrinſecam honeſtatem oſtendi & luceſcere, clement. vltim. illo tit. de vita & honeſtat. & quia inter quatuor virtutes Cardinales eſt Temperantia, quæ non indiget fræno, neque aculeo, ita in ea quæ à dextris eſt, nullus aculeus reperit. in cæteris vero ſic, idem Abbas in dict. cap. ad honorem.

Assertio 4. Archiepiſcopus facit 38 deferre crucem ante ſe, cap. antiq. de priuilegiis, clement. Archiepiſcopo, illo tit. Felinus in cap. paſtoralis, num. 8. de officio ordinarij, Nicolaus Millius, in vet-

bo. Archiepiſcopus, & hoc habet ſupra
Epiſcopos ſuffraganeos, quibus id non li-
cet, tamquam inferioribus & ſubditis
Archiepiſcopo, lege Metropolitana, vt ait
textus in dict. cap. paſtoralis. Quemad-
modum non poſſunt ſuffraganei vti pal-
lio, vt in quæſtione 100. per totum, Ioan-
nes de Turrecremata in can. 1. num. 19.
in fine illa diſtinct. niſi id habeant ex pri-
uilegio, cap. in iuuentute de præſumptio-
nibus, & dictum fuit ſuprà, nam ſicut ho-
nore diſtinguitur Archiepiſcopus à ſuffra-
ganeis, cap. 2. & ibi. gloſa, verbo, maio-
res de tranſlat. Epiſcop. ita & ornamento
ait idem Turrecrem. in iſto can.

39 Assertio 5. Archiepiſcopus de
iure veteri confirmabat electiones ſuffra-
ganæorum. textus eſt in cap. poſtquam
40 de electione, tamquam immediatus ſu-
perior illorum, cap. Romana de appellat.
in 6. ideo ei iurant reuerentiam & obe-
dientiam, cap. dilecti de maiorit. gloſa in
dict. cap. antiqua, verb. fidelitatis.

41 Hinc non poteſt Archiepiſcopus delin-
quens in territorio ſui ſuffraganei ex-
communicari ab illo, cap. cùm inferior
de maioritat. Idem Turrecremata in can.

A deniqne per totum, 21. diſtinct. textus eſt
in can. ſubmittitur, eadem diſtinctione.
Innocent. in cap. ſtatuimus, illo titul. de
maioritat. cum non poſſit inferior ligare
ſuperiorem. can. cùm inferior, 20. diſt.
Turrecremata in dict. can. ſubmittitur,
per illum textum, in fine, can. in tantum
illa diſtinct. 21. ſed bene poteſt extraneus
Archiepiſcopus excommunicari ab Epi-
ſcopo non ſuffraganeo, ait Panormitanus
in dict. cap. cùm inferior, Guido Papæ 42
deciſione Gratianopolit. quæſt. 329.

Quod ſi quæras quid non liceat Archi- 43
epiſcopis, vide quæ diximus ſuprà gloſam
B in can. cognoſcimus, verb. omiſſo 8. qu.
2. gloſam in can. per ſingulas. 2 verbo,
totius prouinciæ. 9. qu. 3. gloſa in verb.
exceptis quibuſdam, dict. cap. paſtoralis,
Hoſtienſ. in cap. 1. num. 10. de ſupplen-
da negligent. prælat. Gambar. de officio
legat. lib. 2. num. 33. Iacobat. de Concil.
lib. 2. art. 5 num. 34. Ioannes Andr. in
cap. nullus, num. 3. verſ. poteſt tamen de
iure patronat. & cap. ſicut vnire de ex- 44
ceſſibus prælat. vbi dicitur, quod non
poſſunt vnire Eccleſias ſuffraganeorum
ipſis inconſultis.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS OCTAVÆ.

1. *Epiſcopatus eſt magna dignitas Eccleſiaſtica.*
2. *Epiſcopus dicitur habere culmen dignitatis.*
3. *Summus Pontifex vocat ſe Epiſcopum.*
4. *Epiſcopus dicitur habere gradum ſummi Sacerdotij.*
5. *Epiſcopus eſt ſuperintendens ab æthymologia nominis.*
6. *Quare Epiſcopus vocetur Antiſtes.*
7. *Epiſcopus debet eſſe doctus.*
8. *Scientia Epiſcopi debet eſſe eminens.*
9. *Scientia eminens quæ dicatur.*
10. *Hodie ſufficiens ſciētia ſufficit in Epiſcopo.*
11. *Hodie raro inueniuntur viri eminentis ſcientiæ.*
12. *Propter defectum ſcientiæ priuari poteſt Epiſcopus.*
13. *Propter defectum ſcientiæ non poteſt quis promoueri.*
14. *Illiteratus non poteſt habere beneficia.*
15. *Collatio facta illiterato eſt ipſo iure nulla.*
16. *Illiteratus non eſt homo, ſed ſola imago hominis.*
17. *Illiteratus eſt indiſpenſabilis.*
18. *Eccleſia eget viris literatis, & doctis.*
19. *Elogium ſcientiæ hic apponitur.*
20. *Literatis iura multum deferri volunt.*
21. *Erga literatos facilius diſpenſatur.*
22. *Viri docti ſunt nobiles.*
23. *Doctoratus eſt dignitas.*
24. *Epiſcopus debet eſſe de iure communi triginta annorum.*
25. *Chriſtus in triceſimo anno ætatis ſuæ cœpit prædicare.*
26. *In Gallia concordatum derrogauit iuri communi.*
27. *Epiſcopus debet eſſe notæ virtutis, & famæ.*
28. *Boni mores ſunt maximè neceſſarij Epiſcopo.*
29. *Quod fit à prælatis facile trahitur à ſubditis in exemplum.*
30. *Qui malis moribus vileſcunt, ſunt infames.*
31. *Infamibus intercludi volunt iura portas ad dignitates.*
32. *Bonus quiſque præſumitur niſi probetur contrarium.*
33. *In materia pœnali, & odioſa nomine dignitatis, non venit Epiſcopatus.*
34. *Diſpenſatus ad dignitates, non cenſetur diſpenſatus ad Epiſcopatus.*
35. *Epiſcopi ſunt fratres Papæ.*

36. *Summi*

36. *Summi Sacerdotes.*
37. *Succeſſores Apoſtolorum.*
38. *Prædicationis officium, eſt officium curæ.*
39. *Soli Clerici concionari debent.*
40. *Diſpoſitiones quantumuis generales non includunt Epiſcopos.*
41. *Epiſcopi ſunt de iure communi ſoli collatores beneficiorum ſuarum diœceſeon.*
42. *Epiſcopi ſunt ſoli ordinarij in ſuis epiſcopatibus.*
43. *Dicens contrarium tenetur illud probare.*
44. *Summus Pontifex eſt dominus abſolutus beneficiorum.*
45. *Poteſt Summus Pontifex clericis, & laicis poteſtatem committere conferendi.*
46. *Laici poſſunt ex priuilegio Apoſtolico conferre.*
47. *Conſuetudo dat ius conferendi inferioribus.*
48 *De conſuetudine poteſt filius eſſe nobilis ex nobilitate materna, licet pater ſit ignobilis.*
49. *Epiſcopi poſſunt dare aliis facultatem conferendi.*
50. *Vicarius Epiſcopi non poteſt conferre ſuo Epiſcopo.*
51. *Debet eſſe diſtinctio perſonalis inter dantem, & accipientem.*
52. *Epiſcopus de iure communi confirmat electiones inferiorum.*
53. *Epiſcopus habet duplicem iuriſdictionem in tota ſua diœceſi.*
54. *Cap. conquerente fundans ius epiſcopale de officio ordinarij apponitur, & explicatur.*
55. *Epiſcopus extra diœceſim non habet iuriſdictionem.*
56. *Subditi debent obedientiam præſtare ſuis Epiſcopis.*
57. *Contra obedientiam debitam prælatis non poſſunt præſcribere ſubditi.*
58. *Obedientia in tribus conſiſtit.*
59. *Canonica obedientia qua dicatur.*
60. *Epiſcopi honorandi ſunt à ſubditis.*
61. *Maledictione Cham peribunt, qui verenda ſuorum prælatorum detegunt, vbi dicitur quod ſolutio tributi inducit ſubiectionē.*
62. *Reuerentia debet nouem habere conditiones.*
63. *Qui contemnit prælatum, Deum contemnere dicitur.*
64. *Inſtitutio pertinet ad ſolos Epiſcopos de iure communi.*
65. *Intruſus eſt qui ſola contentus præſentatione patroni ingerit ſe in beneficio iuris patronatus.*
66. *Ex ſola conſtructione Eccleſiæ non acquiritur ius patronatus, ſi Epiſcopi conſenſus non interueniat.*
67. *Eius eſt regulariter ſoluere, cuius eſt ligare.*
68. *Prælati officium eſt nulli nocere, omnibus autem prodeſſe.*
69. *Periurus eſt qui contra præuium iuramentum negat Epiſcopum ſuum eſſe dominum.*
70. *Periurus eſt infamis.*
71. *Epiſcopus diſſimulans peccata ſubditorum, onerat ſuam conſcientiam.*
72. *Correctio non impeditur per appellationem ſubditorum.*
73. *Epiſcopus poteſt vti cenſuris erga contumaces, & malefactores.*
74. *Epiſcopus non poteſt ferre ſententiam ſanguinis erga facinoroſos.*
75. *De conſuetudine poteſt inferior Epiſcopi vti cenſuris.*
76. *Cenſura ſpiritualis quid ſit.*
77. *Cenſuratus adminiſtrans eſt irregularis.*
78. *Cenſura quot ſint.*
79. *Excommunicatio quid ſit.*
80. *Sententia excommunicationis ferri non debet, niſi trina monitione præuia, & ibi dicitur eſſe ſententia.*
81. *Excommunicatus non poteſt eligi, nec præſentari, nec nominari.*
82. *Excommunicatus celebrans ſit irregularis.*
83. *Suſpenſio quid ſit.*
84. *Suſpenſus non poteſt habere beneficia.*
85. *Suſpenſus non poteſt conferre.*
86. *Epiſcopo ſuſpenſo, vel excommunicato, eius Vicarius non poteſt conferre.*
87. *Interdictum quid ſit.*
88. *Ciuitas, Collegium, & Vniuerſitas non poteſt excommunicari.*
89. *Excommunicatio alia maior, alia minor, & ibi vtraque definitur.*
90. *Irregularitas quid ſit.*
91. *Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus expreſſis à iure.*
92. *Epiſcopi ſunt ſoli iudices ſuorum clericorum.*
93. *Priuilegio fori non poteſt renunciari.*
94. *Epiſcopi debent ſcire Canones.*
95. *Iudex qui non facit iuſtitiam, facit litem ſuam.*
96. *Epiſcopi, vel eorum officiales, non debent agnoſcere de cauſis ſecularibus laicorum.*
97. *In quolibet loco ſuæ diœceſis poteſt Epiſcopus ius dicere.*
98. *Imperator non poteſt tollere clericis priui-*

legium fori.

99. *Clerici ſunt de iure diuino extra iuriſdictionem Imperatoris.*

100. *Summus Pontifex non poteſt tollere omnibus Clericis priuilegium fori.*

101. *Summus Pontifex non poteſt eximere omnes laicos à ſolutione decimarum.*

102. *Poteſt Summus Pontifex committere iudici laico cauſam alicuius Clerici.*

103. *Poteſt Summus Pontifex abſoluere aliquos à ſolutione decimarum.*

104. *Duo hic caſus apponuntur, in quibus Epiſcopus exercet iuriſdictionem de iure contra laicos.*

105. *Laici quauis dignitate fulgeant non ſunt ſuperiores Clericorum.*

106. *Pœnitentia quid ſit.*

107. *Moniales non poſſunt audire confeſſiones.*

108. *Sacramentum quid ſit*

109. *In quo differant ſacramenta nouæ legis, à ſacramentis veteris legis.*

110. *Sacramenta omnia fuerunt à Domino inſtituta.*

111. *Sacramenta, alia neceſſaria, alia voluntaria.*

112. *Baptiſmus eſt abſolutè neceſſarius ad ſalutem.*

113. *Baptiſmus eſt fundamentum omnium aliorum ſacramentorum.*

114. *Non baptizatus non recipit characterem.*

115. *Debent eſſe fontes baptiſmales in qualibet Eccleſia parochiali.*

116. *In Eccleſia, non domi, debet conferri baptiſmus.*

117. *Baptiſmus quid ſit.*

118. *Quiſque debet recipere ſacramenta à proprio Epiſcopo, vel parocho.*

119. *Epiſcopi tenentur quotannis celebrare ſynodos.*

120. *Abbates tenentur intereſſe ſynodis Epiſcopalibus.*

121. *Ius ſynodaticum cur ita vocetur.*

122. *Ius cathedraticum cur ita nominetur.*

123. *Lex iuriſdictionis, & lex diœceſana ſunt duo diſtincta.*

124. *Duo ſolidi tantum debent recipi ab Epiſcopis nomine iuris ſynodatici, vel cathedratici.*

125. *Epiſcopi recipientes vltra cathedraticum puniuntur in quadruplum.*

126. *Parentes debent theſaurizare filiis, non filij parentibus.*

127. *Ius cathedraticum ſolui debet ſubditis iuxta monetam currentem.*

128. *Quarta decimarum debetur de iure, & de conſuetudine Epiſcopis.*

129. *Ratio ſolutionis talis quartæ hic apponitur deprompta ex iure canonico.*

130. *Quarta Epiſcopalis ſolui debet ſine vlla deductione impenſarum.*

131. *Ratio hic inſeritur deducta ex viſceribus iuris Pontificij.*

132. *Quarta mortuariorum debetur Epiſcopis de lege diœceſana.*

133. *Contra ſolutionem quartæ poteſt præſcribi à ſubditis.*

134. *Mortuarium quid ſit.*

135. *Quarta non deducitur de legatis factis ad pias cauſas.*

136. *Epiſcopi tenentur de iure veteri viſitare diœceſes ſingulis annis.*

137. *Epiſcopi non viſitantes perſonaliter non procurantur à ſubditis.*

138. *Epiſcopi viſitantes perſonaliter debent procurari.*

139. *Contra procurationes Epiſcoporum viſitantium non poteſt præſcribi.*

140. *Abbates tenentur procurare ſuos Epiſcopos viſitantes.*

141. *Abbates exempti non tenentur procurare Epiſcopos.*

142. *Exempti habentes Eccleſias parochiales tenentur intereſſe ſynodis Epiſcopalibus.*

143. *Epiſcopi in exigendo iure procuratorio non debent grauare ſuos ſubditos.*

144. *Ius procuratorium vocatur charitatiuum ſubſidium.*

145. *Ius procuratorium regulatur à conſuetudine quoad ſolutionem.*

146. *Epiſcopi viſitantes debent nutriri à viſitandis.*

147. *Dignus eſt operarius mercede ſua.*

148. *Doctor regens nutriri debet à ſcholaribus.*

149. *Paupertas redimit ab onere procuratorio viſitandos.*

150. *Multi caſus in quibus exempti ſubiacent iuriſdictioni Epiſcoporum.*

151. *Exempti habentes parochiales Eccleſias tenentur ad ius procuratorium.*

152. Epiſcopi *omnia poſſunt, quæ Summus Pontifex ſibi non retinuit.*

153. Epiſcopi *poſſunt diſpenſare, in omnibus, in quibus diſpenſatio non eſt prohibita, vel reſeruata.*

154. Epiſcopi *diſpenſant à ſymonia ignorata.*

155. Epiſcopi *poſſunt promouere ad ordines familiares, qui ſecum permanſere per triennium.*

156. Epiſcopi *poſſunt vnire* Eccleſias *ſibi ſubditas.*

157. *Cenſura quantumcumque generales non comprehendunt Epiſcopos.*
158 *Epiſcopatus liberat à patria poteſtate.*
159. *Pater tenetur exhibere reuerentiam filio ſuo Epiſcopo in Eccleſia.*
160 *Epiſcopi quales eſſe debeant hic oſtenditur.*

QVÆSTIO OCTAVA.

De Epiſcopis, & Epiſcopali munere, officio, & priuilegio.

1 ASSERTIO 1. Epiſcoparus
eſt dignitas magna in Eccle-
ſia Domini, probatur aſſer-
tio ex can. illud, 8. quæſt. 1.
can. nullus primas, 9. qu. 2.
cap. innotuit. ibi. & *quod ad tantæ dignita-
tis apicem* de elect. in antiq. cap. 2. & fi-
nali de tranſlat. Epiſcop. cap. conqueren-
te de officio ord. cap. ordinarij, illo tit. in
6. notatur in can. ſi Epiſcopus, & ibi Ioã-
nes de Turrecremata, num. 2. diſt. 18.
can. ſi officia, diſtinct. 58. Burſar. conſil.
351. num. 14. vol. 4. habet enim Epiſco-
pus poteſtatem in ſua diœceſi, vbi regere
poteſt, & gubernare ſecundum Deum, &
C inſtar tationis regularum, can per ſingu-
2 las 9 q. 3. cap. cùm Epiſcopus de officio
ordinarij in 6. notat. in cap. 1. de religio-
ſis domibus, ideo dicitur habere culmen
dignitatis, cap. cùm venerabilis de præb.
gloſa in cap. 2. illo tit. lib. 6 Archid. in
cap. licet, num. 1. de præbend. in 6. & hac
3 de cauſa Summus Pontifex vocat ſe Epi-
ſcopum in proœmio dict. lib 6 Quia nul-
lus eſt maior ordo in Eccleſia Domini,
can. de his, & ibi gloſa, verb. à ſummis
de conſecratione, dictinct. 5. Abbas in
dict. cap. 2. num. 12. de tranſlat. Epiſcop.
Rebuff. in proœmio concord. verbo, Epi-
ſcopus, Loterius in ſua re benefic. lib. 1.
D quæſt. 9. num. 64 licet ſit maior admi-
niſtratio in Eccleſia, vt probatum manet
ex ſuperioribus, vbi de Cardinalibus, Pa-
4 triarchis, & Archiepiſcopis, & ex hoc di-
citur Epiſcopus habere gradum ſummi
Sacerdotij, can. in nouo. 21. diſtinct. idem
Ioannes de Turrecremata, in dict. can. ſi
Epiſcopus, & nomine Epiſcopi, omnes
ſuperiores prælati comprehenduntur, vt
Archiepiſcopi, & Primates, vt eſt in tex-
tu dicti canonis.
5 Eſt autem vox *Epiſcopus*, vox Græca ab
ἐπὶ ſuper, & σκοπῶ intendere, quia debet
Epiſcopus inuigilare ſaluti animarum ſuæ
ditioni commiſſarum, can. cleros, 21. diſt.
A cap. qui Epiſcopatum 8. quæſt. 1. ne ſan-
guis ſubditorum de eius manibus requi-
ratur, ait cap. irrefragabili de officio or-
dinarij, & , vt dico infrà, vocatur etiam
Antiſtes, quia ante ſtat. can. viſitandi 18. 6
q. 2. can. eſto. 95. diſtinct.
Hinc multa requiruntur in Epiſcopis, 7
quæ in aliis inferioribus non ita atten-
duntur, Doctores in cap. cum in cunctis
de elect, vbi eſt bonus textus, debent
enim eſſe docti, cap. cam te, & cap. vlti-
mo de ætate, & qualitat. cap. graue nimis
de præbend. clement. 1. in principio, illo
tit. de ætate, ne cæci cæcos ducant, cap.
B poſt tranſlationem de renunciat. Doct. in
cap. niſi de renunciat. & hæc ſcientia E- 8
piſcoporum debebat olim eſſe eminens,
Innocent. in dict. cap. cum in cunctis,
num. 1. Imol in illa clement. 1. quæ dici-
tur illa, qua quis explicat nodos quæſtio- 9
num ſine vlla reuolutione librorum, vt ait
Abbas, in dict. cap. cum in cunctis. n. 4.
Hodie ſufficit, vt ſit competens, textus 10
eſt in cap. ne pro defectu. ibi. *Quamquam
etſi deſideranda ſit eminens ſcientia in pa-
ſtore, in eo tamen competens ſit tolleranda*,
illo titul. de elect. apud Gregor. gloſa in
cap. cum nobis, verb. literaturæ, ibidem,
C cum raro inueniantur homines eminentis 11
ſcientiæ, ait textus in dict. cap. venerabi-
lis.
Hinc debet Epiſcopus ſcire ius canoni-
cum, cap. canonum, & ibi Doct. de con-
ſtitut. cum ſecundum illos debeat iudica-
re, cap. 1. de noui operis nunciat. cap. 1.
de conſanguinitate, & alia, de quib. Doct.
in dict. cap. cum in cunctis.
Hinc propter defectum ſcientiæ priua- 12
ri poſſunt Epiſcopi, communis eſt, & vera
opinio Canoniſtarum, in dict. cap. vltim.
vbi ponitur exemplum Epiſcopi priuari
ob imperitiam ſuam tantam, quantam
nullus audierat à multis annis de ætate &
D qualitate, & in cap. niſi de renunciatione,
gloſa in dict. cap. vltimo, verb. defectum,
Felinus in cap. ſi quando, num. 15. de re-
ſcript. dicit enim Deus per Prophetam, *tu
ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne
ſacerdotio fungaris mihi*, can. omnes pſal-
lentes, 38. diſtinct. quomodo enim doce-
bunt alios, qui nunquam didicerunt, ait
textus, in can. ſic viue, 16. q. 1. Abbas in
cap. 1. num. 4. de feriis, Ioannes Andræ.
in regula cum quid de regul. iuris in 6.
in mercurialibus.
Ideo illiteratus non poteſt promoueri, 13
càn. præcipimus, 34. diſtinct. dict. cap.
vltimo, cap. finali de temporib. ordinati.

I ij

in 6. cùm enim in execurione conſiſtat A
officium, cap. vltimo de reſcript. illu lib.
& illiteratus non ſit idoneus officiis pera-
gendis, can. illiteratos, diſt. 36. non de-
bet illiteratus promoueri, cum non poſſit
habere ordi[illegible] executiunem, Archid. in
cap. omnes, num. 1. 38. diſtinct. Maiol.
de irregularit. lib. 1. cap. 32. num. 11. &
ſequenti, ex his.

14 Collige non poſſe illiteratum habere
beneficia, Doct. in dict. cap. niſi, Rebuf-
fus in tract. de pacificis poſſeſſorib. lim.
4. num. 10. & in tractat. priuileg. ſchola-
rium, priuileg. 34. & collationem ei factã
15 eſſe ipſo iure nullam, Innucent. in cap.
cùm noſtris, num. 1. de conceſſione præb. B
Idem Archidiac. in cap. nullus de tem-
poribus ordinat. in 6. Felinus in cap. in-
quiſitioni, num. 4. de ſentent. excom-
municat.

16 Collige 2. Illiteratum non dici homi-
nem, ſed imaginem quandam hominis, &
ideo debere potius dici homunculum
quendam. idem Ioannes Andræas in cap.
prudentiam, in principio, de officio dele-
gat. gloſa in rub. de collationib. §. item,
vt de cætero, verb. nomen in pragmatica,
vel infantem, cui etiam æquiparatur à
Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi,
relat. in illo cap. vltimo, de temporibus C
ordinationum, lib. 6.

Et eſt indiſpenſabilis omnis illiteratus,
17 can. non confidar, diſtinct. 50. Innucent.
in cap. dilectus, num. 5. verſ. item cum
prouiſis illiteratis de temporibus ordi-
nat. ab Epiſcopo, Turrecremata in dict.
can. non confidat. num. 1. cap. nullus,
illo tit. de temporib. ordinat. in 6. imo
& à Papa rario, quia Papa non diſpenſat
in his quæ ſunt de iure diuino, probatur
in diſtinct. 12. per totum, idem Turre-
cremata in can. clericum, num. 5. diſt. 50.
ſed literatura in clericis, & Epiſcopis, eſt
de iure diuino, dict. can. pſallentes, 38.
diſt. idem Felin. in dict. cap. inquiſitioni, D
nu. 4. de ſentent. excommun. idem Tur-
recremat. in can. ignorantia, per totum,
illa diſtinct. 38. can. ſi in laicis ibidem,
vbi etiam Turrecremata, & hos repro-
18 bat Eccleſia, quæ amplectitur doctos, &
literatos, quibus egere dignoſcitur, can.
omnes, diſtinct. 38. cap. cùm in cunctis de
elect. cap. cùm ex eo, illo tit. in 6. quibus
19 illuminatur cæci, Hoſtienſis in ſumma. §.
final. verſ. quid ſit magiſter, de iudiciis,
Felinus, in cap. nonnulli, col. 11. num. 16.
de reſcript. & quibus vtitur Eccleſ.,
tamquam muro inexpugnabili contra hę-
reſes, & crimina, cap. nihil eſt de elect.
cap. inter cætera de officio ordin. cap. ſu-
per ſpecula de magiſt. & ideo eis multum 20
iura fauent, cap. de multa de præb. gloſa
in can. requiritis. §. niſi rigor, 1. quæſt. 7.
Speculat. in tit. de diſpenſat. §. 1. & ſe-
quenti. & facilius erga eos diſpenſatur, 21
quam erga alios. dict. cap. de multa, dict.
cap. cùm ex eo, gloſa in extra. execrabi-
lis de præb. in extra. Ioannes 22. Abbas
in dict. cap. ſuper ſpecula. facit regula 51.
Cancell. qua Doctores diſpenſantur à
promotione per quinquennium, & con- 22
firmatur hoc argumento, erga nobiles fa-
cilius indulgetur, quam erga ignobiles,
dict. cap. de multa, concordat. in rub. de
reg. ad prælat. nominat. §. conſangui-
neis, ſed omnes docti ſunt nobiles. Feli-
nus in cap. cum adeo de reſcript. Benedi-
ctus in repetit. cap. Raynutius in princi-
pio, verb. de clera de reſtament. ſcientia
enim nobilitat. Rebuff. in dict. concord. 23
rub. de excommunicat. vitand. cum do-
ctoratus ſit dignitas, idem Benedict. in
loco citato, verbo, in extremis poſitus, nu.
11. de teſtament. ergo. ſed hodie multi
ſunt ſacerdotes, multi nomine, pauci re,
& opere, ait textus in can. multi, 40 diſt.
Decius in cap. ſciſcitatus, col. penult. de
reſcript. Rebuff. in tract. priuileg. ſcho-
lar. priuileg. 39. diſcant igitur ſacerdotes
omnes, & ament ſcientiam, nam qui amat
ſcientiam, vitia abhorret, dicit textus in
can. numquam de conſecrat. diſt. 6.

Secundo deſideratur in paſtore ætatis 24
maturitas, Doct. in dict. cap. cum in cun-
ctis, cap. indecorum de ætate cap. ſuper
inordinata de præb. cap. dudum. §. licet,
autem, verſ. ſed cum in iure conſ.ſſus
fuerit, illo tit. de electione, ideo ætas le-
gitima præſcripta fuit à canone cuilibet
clerico pro aliquo munere, ceu officio
Eccleſiaſtico, ritè ſubeundo, Mendoſa
in tractat. de ætat. minor. cap. 1. num. 1[illegible].
quemadmodum & præſcripta fuit ætas
legitima pro actibus faciendis, vt pro pro-
feſſione facienda, & hæc eſt quatuorde-
cim annorum in maſculis, & duodecim
annorum in fœminis, cap. ſignificatum de
regularibus, cap. 1. illo titul. in 6. quia ea
ætate matrimonia contrahi poſſunt, can.
firma 1. 20. qu. 1. & doceo infrà, vbi de
Abbatibus, in ſequenti quæſtione, cap.
atteſtationes de deſpenſar. impuberum.

Ideo debet Epiſcopus eſſe triginta an-
norum de iure communi, ex decreto Con-
cilij Lateranenſis, quod habetur in dict.
cap. cùm in cunctis, quod fuit renouatum

à Concilio Tridentino, ſeſſ. 7. cap. 1. de
reformat. quia in ea ætate triceſima
25 Chriſtus Dominus cœpit prædicare, &
docere, ait textus in can. presbyter, 78.
diſtinct. Barboſ. collat. ad dictum cap.
cùm in cunctis, num. 16. 2. quia de iu-
re veteri presbyter debet eſſe triginta an-
norum, can. ſi triginta, & ibi. Turrecre-
mata, num. 1. illa diſt. 78. can. qua vero
ætate ibidem, ſed Epiſcopus debet eſſe
presbyter de iure, dict. can. ſi triginta, cap.
cum contingat de ætate, ergo. hoc tamen
26 non ſeruatur in regno, vbi ſufficit Epi-
ſcopo eſſe in vigeſimo ſeptimo ætatis ſuæ,
anno ex concordato. ibi. *in vigeſimo ſe-*
ptimo ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum
de reg. ad prælat. nominat. & dico in
tertia diſputat. quæſt. 2. vbi de nomina-
tione.

27 Tertiò, morum grauitas, quæ conſiſtit
in bona fama, & exemplo notæ virtutis
& vitæ, gloſa in can. de pudicitia, 33 q. 5.
gloſa in dict. cap. cùm in cunctis, hoc
verbo, morum grauitas, gloſa in cap. li-
cet de teſtibus. Et hi boni mores ſunt
28 maximè neceſſarij Epiſcopis, vt aiunt
Doctores in dict. cap. cùm in cunctis, Fe-
linus in cap. in noſtra de teſtibus, cum
29 quod fit à prælatis facilè trahatur à ſub-
ditis in exemplum, ait Innocent. in cap.
magnæ de voto & paſtoris vita, ſit diſci-
pulis in exemplo, can. paſtoris 2. qu. 7.
cap. niſi de renunciat. & toto tit. de ac-
30 cuſationibus, ad quod adde, eos, qui ma-
lis moribus vileſcunt, eſſe infames, gloſa
in can. qui contra Eccleſiæ, 24. q. 1. Do-
ctor. in cap. ſedes de reſcript. ſed infami-
31 bus intercludi debent ianuæ ad digni-
tates, regul. infamibus de regul. iuris
in 6. ergo, & à fortiori ad culmina digni-
tatum, cap. cùm venerabilis de præb.

32 Bonus tamen quiſque præſumitur, niſi
de contrario conſtet per probationem,
ait gloſa in cap. ſi forte de elect. in 6. Re-
buff. in tractat. nominat. quæſt. 21. num.
52. licet nemo præſumatur doctus, & lite-
ratus, niſi talis appareat per examen, gloſa
in cap. vno, verb. reputamus de conceſſ.
præbend. in clement. eſt enim literatura
qualitas extrinſeca, quæ cum labore com-
paratur, & ideo de foris veniens, gloſa in
cap. ſi fortè, verb. ſcientiæ de elect. in 6.

Vltimo debet eſſe Epiſcopus de legiti-
mo matrimonio procreatus, dict. cap. niſi
§. perſonæ. ibi. *vtpote ſi de legitimo matri-*
monio non ſit natus. gloſa in dict. cap. cum
in cunctis, verb. matrimon. nam ſpurij,
& illegitimi ad dignitates Eccleſiaſticas

A non admittuntur, cap. quod à te de cle-
ricis coniugat. & toto tit. de filiis presby-
terorum, niſi fuerint diſpenſati à Papa,
cap. innotuit de electione. cap. 1. illo tit.
de filiis presbyterorum in 6. Abbas in cap.
per venerabilem qui filij ſint legitimi,
Felinus in cap. quæ in Eccleſiarum, num.
25. de conſtitut. gloſa in dict. cap. ma-
gnæ, verb. licet de voto, Hoſtienſ. in
ſumma, illa rub. de filiis presbyterorum,
num. 9. in fine.

Assertio 2. In materia pœnali, 33
& odioſa nomine dignitatis non venit E-
piſcopatus, communis eſt, & veriſſima
opinio Canoniſtarum, in cap. 2. vbi gloſa
B de præbend. in 6. textus in clement. vna
de renunciat. Innocent. in dict. cap. cùm
dilectus de conceſſ. præbendæ. Nicolaus
Millius in repertorio, verb. gratia, quæſt.
57. Barbat. in clement. auditor. col. 2. de
reſcript. Rebuff. in concordat. rub. de
mandat. Apoſtol. §. declarantes, ſuper
verbo dignitates, debent enim nominari
cum ſint ſpecialiter notatu digni, dict.
cap. cùm venerabilis, cap. quam pericu-
loſum de ſentent. excommunicat. in 6.
ideo diſpenſatus ad dignitatem non cen- 34
ſetur diſpenſatus ad Epiſcopatum, ait ibi
idem Doctor, ſunt enim Epiſcopi fratres 35
Papæ, can. ſi quis. 18. diſtinct. can. ſi of-
C ficia, diſtin. 58. can. accuſatio. 2. quæſt.
7. can. de his de conſecratione, diſtinct.
5. Turrecremata in can. ſi Epiſcopus, nu.
2. diſtinct. 18. can. miratus ſum, 93. diſt.
cap. tua fraternitas de adulter. cap. cùm
in diœceſi tua de vſur. cap. ex literis de
homicid. & infinitis aliis in locis, vt in
cap. penultim. de apoſtat. Summi Sacer-
dotes, can. manus de conſecrat. diſt. 5.
immobiles columnæ Eccleſiæ, cap. ſi 36
quando de reſcript. in antiq. ſanctiſſimi
Chriſti legati, & ſpirituales patres. cle- 37
ment. ſi quis de pœnis, ſucceſſores Apo-
ſtolorum, can. in nouo, 21. diſt. can. quo-
rum, 80. diſtinct. can. videntur, 12. qu.
D 1. cap. vno, §. vna vero de Summa Tri-
nitate, quorum ſunt vicarij, cap. cum ve-
niſſent. §. per frontis de ſacra vnct. ideo
debent eos imitari, can. dilectiſſimi, 12.
quæſt. 1. & concionari ſicut ipſi concio-
nabantur, cum inter cætera, quæ ad ſa-
lutem ſpectant populi Chriſtiani, pabu-
lum Verbi Dei maximè ſibi noſcatur eſſe
neceſſarium, cap. inter cætera de officio
ordinarij.

Hinc officium prædicationis, eſt officium 38
Curæ, textus in clement. dudum de ſe-
pulturis, clement. 1. de regularib. Abbas

in dict. cap. inter cætera. Doctor. in cap.
adhæc de officio Archidiaconi, vbi dicũt
quod Epiſcopis ſolis eſt cura animarum
totius diœceſis, cap. irrefragabili de off.
ordinarij. Innucentius in cap. cum ſatis,
illo tit. de ufficio Archidiaconi, idem Ab-
bas in cap. cùm ab Eccleſiarum, num. 5.
verſ. ſecunda regula eſt de officio ordina-
rij, ideo in vniuerſis Eccleſiis ſibi ſubditis
poſſunt Epiſcopi prædicare, & in cura
animarum exercenda laborare pro libito,
ait Præpoſitus in can. quæcumque, num.
2. quæſt. 1. nec debent denegare ſubditis
prælati pabulũ mentis ne dici queant oc-
ciſores animarum, vt vocari rectè poſſent,
cum, quemadmodum dicitur ille occiſor
corporum, qui neceſſaria corpori dene-
gat, ita & qui animæ neceſſaria non ſub-
miniſtrat, cum anima præcioſior ſit cor-
pore. can. præcipimus. 12. quæſt. 1. can. ſi
habes 24. quæſt. 3. cap. illud de maiorit.
cap. cùm infirmitas de pœnitent. non er-
go mirandum eſt ſi tale officium ſit tam
priuilegiatum à iure, cap. quod Dei ti-
morem in fine, de ſtat. Monachorum.
Rebuff. in concord. rub. de collat. §. 1.
verb. prædicationis, & oſtendam vbi de
tranſlatione, in illa diſputat. 3. quæſt. 3.

39 Quæres, quinam poſſint, & debeant
concionari. Reſpond. parochos, toto ti-
tulo de parochis, & parochianis, Theolo-
gales canonicos in ſuis Eccleſiis, concor-
dat. rub. de collationibus. §. 1. cap. ſuper
ſpecula de magiſtris, & alios Clericos om-
nes bonis moribus, & ſcientia præditos,
cap. ſicut de hæreticis, Doct. in can. ſe-
cundum, 19. diſtinct. non eſt tamen ne-
ceſſe vt ſint ſubdiaconi, Abbas in cap.
dudum 1. de elect. licet multo melius ſit,
ait gloſa in can. adiicimus 16. quæſt. 1.
quare prædicent Epiſcopi, vel per ſe, vel
per alios, legantque ſæpius dictum cap.
inter cætera, ne aduentus tempora, &
quadrageſimæ prætermittantur ſine con-
cionibus, vt faciunt plerique, ſed illorum
miſereatur Deus, & excæcatos oculos ſa-
liua ſuæ gratiæ adaperiat.

40 Assertio 3. Leges quantum-
cumque generales non comprehendunt
Epiſcopos, probatur aſſertio ex cap. quam
periculoſum, vbi ratio inſeritur, de ſen-
tent. excommunicat. in 6.

41 Assertio 4. Epiſcopi ſunt ſoli de
iure communi legitimi collatores bene-
ficiorum exiſtentium in ſuis diœceſibus,
can. decretum eſt 10. qu. 1. can. omnes
baſilicæ, & can. nullus 16. quæſt. 7. cap.
cõquerente de officio ordinarij, cap. cùm

A olim, vbi eſt bonus textus, ibi. *ad fundan-
dam intentionem tuam ius commune alle-
gabas, cuius authoritate dicebas, &c.* de
præſcriptionib. cap. ex frequentibus de
inſtitut. cap. cùm venerabilis, & cap. pe-
nultimo de religioſis domibus, cap. 1. de
capell. monach. cap. quamquam de elect.
in 6. cap. ordinarij de officio ordin. illo
lib. notatur in cap. ad aures de exceſſibus
prælatorum, Doctor. iuncta gloſa in cap.
cùm Eccleſia de elect. Decius in cap. poſt
ceſſionem notab. 1. de probat. Zarabella
in clement. 1. quæſt. 14. vt lite pendente,
Ioannes Andræas in regul. quę l alicui
B de regul. iuris in 6. in mercutialibus. ideo 42
dicuntur ordinarij paſſim in iure, quia iu-
re proprio conferunt, gloſa in extrauag.
execrabilis, verb. ordinario de præb. in
extrauag. Ioann. 22. Rebuff. in concor-
dat. rub. de collationibus. §. 1. verb. or-
dinarius, etiam extra territorium, Calde-
rinus de elect. conſil. 2.

Hinc poſſunt inſtituere, & deſtituere,
can. multis, 16. diſtinct. dict. cap. con-
querente, cap. cùm ex iniuncto de hære-
ticis, reſignationes admittere, cap. admo-
net de renunciat. Roffinacius de benef.
cap. 14. num. 43. & ita ſeruatur de praxi,
C amplia etiamſi fundator noller ius con-
ferendi, vel inſtituendi eſſe penes Epi-
ſcopum, Innocent. in cap. in Lateranenſi
de præbend. Felinus in cap. cùm venera-
bilis, num. 33. de exceptionibus, & eſt
vera opinio Canoniſtarum, in cap. requi-
ſiſti de teſtamentis.

Ideo qui contrarium dicit, debet illud 43
probare, cum pro Epiſcopis ius commune
pugnet, dict. cap. cùm olim ibi. *Ius com-
mune allegabas, cuius authoritate dicebas
vniuerſa ſpiritualia in prædictis locis, quæ
ſunt in diœceſi tua conſtituta, ad te tam-
quam diœceſanum Epiſcopum pertinere*, cap.
dudum de decimis.

D Quæres quid debeat probare. Reſp.
quod habet tale ius à Papa, vel à conſue-
tudine, can. à iudicibus. 2. qu. 6. cap.
conſultationib. de iure patronat. *à Papa*,
qui eſt dominus abſolutus beneficiorum, 44
vt fuſius oſtenſum fuit ſuprà, cap. propo-
ſuit de conceſſ. præbend. clement. 1. vt
lite pendente, & qui ideo poteſt faculta- 45
tem conferendi aliis demandare. cap. cùm
aliquibus de reſcript. cap. conſtitutus, illo
tit. de conceſſ. præb. cap. dudum de præ-
bend. in 6. gloſa magna in cap. quandam
de iure patronat. illo lib. Innocent. in
cap. poſtulaſti, illo titulo, apud Grego-
rium. ſiue clericis, ſiue laicis, qui poſſunt 46

ex priuilegio Papali conferre. vt dixi ſuprà. gloſa in can. imperium, 10. diſtinct. can. Adrianus, 63. diſtinct. Abbas in cap. ad ſupplicationem, num. 4. de renunciat. Rebuffus in tractat. de pacificis poſſeſſoribus, non tamen conferunt abſque priuilegio etiam quauis conſuetudine non obſtante, cap. quamuis, vbi idem Abbas, notab. 2. de decimis, Præpoſitus in dict. can. imperium, verſicul. ſed an præſcriptione, Ioan. Monach. in cap. 2. num. 4. verſ. laici tamen. de præb. in 6. idē Zarab. conſilio 56. num. 2. verſic. & ſi dicatur, licet talis conſuetudo ſit immemorabilis, can. ſi quis Epiſcopus 16. q. 7.

47 Conſuetudine quæ das ius conferendi inferioribus habilibus, cap. cùm Eccleſia Vulterana de electione, cap. cùm veniſſent de inſtitutionibus, dict. cap. conſultationibus, notatur in dict. cap. cùm olim, cap. 2. de capellis Monach. gloſa in can. Epiſcopus de loco 7. q. 8. cap. cùm inter de conſuetud. ideo in noſtra Eccleſia rectè conferunt de conſuetudine canonici confratres præbendas Canonicales per turnos, ceu hebdomadas, iuxta cap. mandatum de præbend. in 6. Rota deciſ. 383. nora in diœceſi in antiq. & hebdomadarius confert vice capituli, Felinus in cap. eam te, colum. 9. verſicul. mandatum factum de reſcript. Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 8. num. 3.

48 Hinc poteſt de conſuetudine filius eſſe nobilis per nobilitatem ſolius matris, licet pater plebeius ſit, vt notat Benedictus in repetit. cap. Raynutius de teſtament. in principio, alias certiſſimum eſt Epiſcopos eſſe ſolos collatores beneficiorum intra limites vacantium, & ideo cenſentur collationes eorundem valde fauorabiles, gloſa in element. 2. verb. nolumus de officio ordin. Caſſad. deciſ. 8. num. 5. de præbend.

49 Hinc poſſunt Epiſcopi dare alia facultatem conferendi, dict. cap. ex frequentibus, & cap. conſtitutus, cap. vltim. de officio Vicar. in 6. cap. aqua de conſecrat. Eccleſiæ. ideo creant Vicarios cum poteſtate conferendi, vt de praxi ſeruatur.

50 Et hi Vicarij non poſſunt conferre beneficia ſuis Epiſcopis, ratio hæc eſt, quia inter dantem & accipientem debet eſſe diſcretio perſonarum, can. didicimus 24.
51 quæſt. 1. cap. debitum de baptiſmo, gloſa in cap. per noſtras, verb. præſentare de iure patronatus, ſed Epiſcopus, & eius Vicarius cenſentur in iure vna, & eadem perſona, cap. 2. de conſuetud. in 6. cap.

A Romana de appellat. illo lib. ergo, &c. licet poſſint Vicarij ſubſtituere alios Vicarios, qui eis conferant, gloſa in cap. indiſcretè de procurat. Doctores in cap. 1. de officio Vicar. lib. 6. Auriolus in additione ad Guillermum de Monte laud. in cap. ſuper eo de præbend. eodem lib. Rebuff. in praxi, tit. de vicariat. in principio, & in tractat. nominat. quæſt. 8. num. 28.

Assertio 5. Epiſcopi de iure communi confirmant electiones inferiorum, 52
can. 1. 18. quæſt. 2. vt Abbatum, & aliorum, cap. cùm olim de maioritat. Abbates enim ſunt inferiores Epiſcoporum, B quibus ſubduntur, can. Abbates, & can. ſi quis Abbas. 18. quæſt. 2. ideo debent eis obedientiam, & reuerentiam, cap. quod ſuper his, illo titulo de maioritat. notatur in can. ſicut 2. quæſt. 8. Abbas in cap. vltim. de confirmat. vtili, & doceo paulo inferius.

Assertio 6. Epiſcopi habent duplicem iuriſdictionem in ſuis diœceſibus voluntariam, & non voluntariam, ceu contentioſam per textum ſingularem dict. cap. conquerente de officio ordinarij, qui (quia ius epiſcopale fundat) hic apponitur. 53

Decernimus, inquit Honorius III. (Epiſcopo Aſſaſſinato) vt in Eccleſiis, ſiue capellis tuæ diœceſis habeas canonicam obedientiam, ſubiectionem, & reuerentiam, inſtitutionem, & deſtitutionem, correctionem, & reformationem, ac cenſuras Eccleſiaſticas, iuriſdictionem quoque cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum de iure pertinentium, pœnitentias, ac ſacramentorum omnium, quæ ab Epiſcopo ſunt recipienda, collationem, ſynodum, ac ſynodatici, ceu cathedratici nomine duos ſolidos, quartam decimarum, & mortuariorum, viſitationem quoque annuam, &c. C 54

D *In capellis tuæ diœceſis*, non in aliis, in quibus non debet Epiſcopus ſeſe ingerere, cap. 1. de capellis monach. ne ei dicatur cur in ſegetem non tuam, & alienam immittis falcem tuam, ait textus in cap. ex parte de ſepultur. in antiq. 55

Obedientiam, quam debent præſtare ſubditi ſuis Epiſcopis, cap. omnes, & cap. 56
per tuas de maioritat. cap. cùm inter de re iudicat. & contra quam nulla admittitur de iure præſcriptio. cap. cùm non liceat de præſcriptionib. 57
conſiſtitque in tribus, ſcilicet in reuerentia exhibenda, 58
mandatis faciendis, & iudiciis ſubeundis,

gloſa in ſumma, 93. diſtinct. Archidiac. A
in can. ſcriprum 8. quæſt. 1. Hoſtienſ.
in ſumma, illo ritulo de maioritat. etiam
ab Abbatibus, dict. cap. quod ſuper his,
& cap. nullus de iureiurand.

59 *Canonicam*, id eſt iurari debet obedien-
tia Prælatis à ſuis ſubditis iuxta formam
à canonibus præſcriptam, quæ ita ſe ha-
bet. ego N. Abbas ordinis Sancti Bene-
dicti ſubiectionem, reuerentiam, & obe-
dientiam à ſanctis Parribus conſtitutam
tibi domine Epiſcope, tuiſque ſucceſſori-
bus caoonice ſubſtituendis, & ſanctæ ſe-
dis Apoſtolicæ ſaluo ordine meo ſecun-
dum regulam dicti Sancti Benedicti per-
petuo me exhibiturum promitto, legi- B
tur in cap. ne Dei Eccleſiam de ſymónia,
forma autem obedientiæ præſtandæ à
prælatis domino Papæ habetur, in cap.
ego de iureiurando.

60 Hinc Epiſcopi ſunt honorandi à ſubdi-
tis, can. eſto ſubiectus, 95. diſtinct. can.
habes 2. quæſt. 5. can. t. & 2. 93. diſt. can.
ſacerdotes 2. quæſt. 7. qui debent eorum
defectus tegere non reuelare, can. in ſcri-
pturas, 96. diſtinct. Decius in cap. vltim.
de confirmat. vtili, alias maledictione
Cham peribunt, qui verenda patrum au-
ſu temerario detegere præſument, ait
textus in dict. can. ſcripturas. C

61 *Subiectionem* quam indicat tributi ſolu-
tio, cap. omnis anima de cenſibus quam
faciunt omnes inferiores ſuis Epiſcopis,
cap. ex Eccleſiis ibidem, vt oſtendo vbi
de iure cathedratico, & definitur cenſus,
penſio prouenieus de prouentibus, Ange-
lus de Clauaſio in ſua ſumma, verbo, cen-
ſus.

62 *Reuerentiam* quæ nouem debet habere
conditiones, vt vult Archidiaconus, in
can. ſciendum 8. quæſt. 1. quemadmo-
dum & obedientia, reſte Panorm. in cap.
venerabilem, in fine de electione, idem
Angelus in ſua ſumma, verb. obedientia,
quas nouem conditiones ſeruare debent
inferiores erga ſuos prælatos. Hoſtienſis D
in ſua ſumma, rub. de maioritat. audiant
ſubditi verba Anacleti relata in can. in
63 nouo Teſtamento, quæ ita ſe habent,
*qui recipit prælatum, & verba eius, Deum
recipit. qui autem ſpernit eum, & Deum à
quo miſſus eſt, & cuius legatione fungitur
ſpernit, & ipſe indubitanter à Domino ſperne-
tur*, 21 diſtinct. vtinam audiant, & præ
animo illa ſemper habeant, reuerentiam
enim debitam ſuperioribus ſine dubio ex-
hibebunt ſi ſint ſalutis propriæ cupidi,
can. nolite, illa diſt.

Inſtitutionem quæ de iure communi ſpe- 64
ctat ad ſolos Epiſcopus, vt dixi & dicam
pluries, cap. cùm olim de præſcriptioni-
bus, cap. ex frequentibus de inſtitutioni-
bus, & toto tit. de iure patronatus, licet
enim præſentatio pertineat ad patronum,
tamen antequam approbetur ab ordina-
rio inſtituente, ratum non eſt quod ab eo
fuit inchoatum, ait textus in cap. quod
autem, illo titulo, etiam ſi patronus con-
trarium decreuerit, vt ait Innocent. in
cap. quod in dubiis, nu. 3. de renunciat.
Pariſ. lib. 7. quæſt. t. num. 3. Zabarella
in clement. 1. quæſt. t4. in fine, vt lite
pendente. Abbas in cap. ad aures de ex-
ceſſ. prælatorum. Amplia hoc tam ve- 65
rum, vt veniret deponendus à beneficio
tamquam intruſus, qui ſola contentus
præſentarione patroni, non haberet in-
ſtitutionem Epiſcopi, cap. quia diuerſita-
tem de conceſſ. præbend. vti ingreſſus
per feneſtram, & non per oſtium, can.
relatum eſt de iure patronatus, quia
plus iuris habet in conceſſiooe præla-
tus, quam in præſentatione patronus,
ait textus in cap. dilectus de officio le-
gati, ideo ex ſola conſtructione non ac- 66
quiritur ius patronatus, ſi conſenſus E-
piſcopi non interuenerit, vt notatur in
cap. nobis fuit, eodem tit. de iure patro-
natus.

Deſtitutionem cum eius ſit ſoluere, cuius 67
eſt ligare, cap. cum ſit de maioritate, &
cum per quaſcumque cauſas res naſcitur,
per eas & diſſoluatur regula per quaſ-
cumque de reg. iuris in 6. & hæc deſti-
tutio vt plurimum ex maleficio infertur,
cap. 1. de officio ordinarij. Cum enim
prælati ſit officium nulli nocere, omni- 68
bus autem velle prodeſſe, can. ſi Epiſco-
pus 11. quæſt. 3. cap. cùm ſacerdotis de
poſtulando, ſolos debet deſtituere crimi-
noſos, vt ebrioſos qui debent deponi, cap.
ſi conſtiterit de accuſationibus, ſymo-
niacos toto titulo de ſymonia. Gomes
in regul. de trienn. hæreticos tota rubri-
ca de hæreticis, & alios criminoſos qui
fama ſua prodigi vitam degunt enormi-
ter diſſolutam, cap. per inquiſitionem
de electione, cap. vltimo de accuſatio-
nibus, vt periuros, qui contra iuramen- 69
tum præſtitum negant Epiſcopos ſuos eſſe
dominos, illos enim tamquam membra
putrida perpetuo abſcindi dec. t, cap.
quidam de exceſſibus prælatorum, cap.
querelam de iureiurando. contra quos
omnes facinoroſos clericos fieri debent
ab Epiſcopis inquiſitiones, dict. cap. per 70
inquiſitio-

inquiſitionem, cap. qualiter, & quando A
de accuſationibus, cap. ſuper his ibidem,
communis opinio. Felinus in cap. ex par-
te, num. 1. & 2. de reſcriptis, Decius in
cap. cum non ab homine, num. 5. de iu-
dicijs, ne ſanguis eorum de manibus præ-
latorum requiratur, cap. irrefragabilis de
officio ordinarij, cap. grauis de cenſibus,
cum non careant ſcrupulo conſenſionis
occultæ, qui facinori manifeſto deſinunt
obuiare, can. facientis, 86. diſtinct. can.
inferiorum, vbi dicitur quod inferiorum
culpæ referuntur ad deſidiam rectorũ, ea-
dem diſtinctione, hæc tamen poteſtas de-
ſtituendi debet ſpecialiter committi, cap.
licet de officio Vicarij apud Gregorium.

71 Infames enim ſunt periuri, can. infa-
mes 6. quæſt. 1. cap. 2. de reſcriptis, cap.
venerabilem de elect. gloſa in dict. cap.
querelam, Rebuff. in priuilegiis ſcholar.
priuilegio 75.

72 *Correctionem* quæ nulla via poteſt præ-
pediri, nec etiam per appellationem, quia
in corrigendis exceſſibus iuxta canonicas
ſanctiones appellationis eſt diffugium in-
terclusum, cap. licet de officio ordinarij,
debet tamen procedere de charitatis af-
fectu correctio, non ex odij fomite, vt fa-
ciunt plerique prælati, dict. cap. qualiter
& quando, & in corrigendis exceſſibus
debent prælati oſtendere ſe non ſua quæ-
rere; ſed quæ IeſuChriſti, adhoc vt in cor-
rectione facienda videantur modeſtiam,
& maturitatem ſeruare cap. licet de pœnis
in antiq.

73 *Cenſuras Eccleſiaſticas* quibus vti poteſt
prælatus erga, vel contumaces, vel male-
factores, cap. cum ab Eccleſiarum, & dict.
cap. quod ſuper his de officio ordinatij,
cap. cum in Eccleſiis de maioritate, cap.
conqueſtus de foro competenti, cap. 1. in
fine, ibi. poterit tamen præfatus, R. pro-
pter ſuam contumaciam excommuni-
cationis ſententià innodari, vt lite non
conteſtat. cap. à nobis de ſentent. ex-
communicationis; cum enim (vt dixeri-
mus) debeat prælatus exceſſus corrigere
ſubditorum, & publicæ vtilitatis interſit,
ne crimina remaneant impunita, & per
impunitatis audaciam fiant, qui nequam
ſunt nequiores, debent illos gladiis ſpiri-
tualibus à malis retrahere, cap. vt fama,
illo tit. de ſentent. excommun. ne iuriſ-
dictio Eccleſiaſtica nimia diſſimulatione
peruertatur, cap. 2. ne prælati vices, cum
74 non poſſit illos affligere pœna ſanguinis;
cap. in Archiepiſcopatu de raptoribus,
cap. ſicut de hæreticis.

A Nota tamen poſſe de conſuetudine in- 75
feriores cenſuris vti, vt excommunica-
tionibus, can. perlectis, 28. diſtinct. can.
nemo, 2. q. 1. dict. cap. cum ab Eccleſia-
rum, Doctores in cap. ad hæc de officio
Archidiaconi, cenſuræ enim nomine ex-
communicatio continetur, cap. 2. de ex-
ceptionibus in 6. & conſuetudo dat iu-
riſdictionem, cap. dilectus de conſuetu-
dine, cap. ſcriptum eſt de elect. Abbas, &
alij, in cap. cum contingat de foro com-
petenti, & habet vim legis, cap. dilecti de
arbitris.

Definitur autem cenſura ſpiritualis pœ- 76
B na inflicta ab Eccleſia propter contuma-
ciam locis, vniuerſitatibus, ac ſingulari-
bus perſonis interdicendo ſacramentalia,
communiones, & alios actus ſpirituales,
Ioannes de Lignano de cenſur. Eccle-
ſiaſt. in principio, hinc cenſuratus admi 77
niſtrãs ſit irregularis. Geminianus in cap.
is cui de ſentent. excommunicat. in 6.
Sylueſter in ſua ſumma. verb. ſuſpenſio,
ſpecialiter in titulo de diſpenſatio. §. iux-
ta, Doctor. in cap. ſi celebrat. de clerico
excommunicat. miniſtrant.

Et cenſuræ ſunt tres tantum propriè, 78
excommunicatio, ſuſpenſio, & interdi-
C ctum, textus eſt in cap. quærenti de ver-
borum ſignificatione, Cardinal. Zaba-
rella in clement. 1. de ſentent. excom-
municat. Nauarrus in manuali cap. 27.
Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 23. artic. 5.

Excommunicatio eſt cenſura Eccleſia- 79
ſtica, ab homine, vel canone lata, priuans
ſubditum à communione hominum, &
ſacramentorum, Abbas in rub. de ſen-
tent. excommunicat. Pariſ. lib. de reſi-
gnatione beneficiorum, v. q. 6. num. 70.
vbi dicit hanc ſe definitionem ad vnguem
ſuſtinuiſſe dum interpretaretur cap. 1. de
iudiciis. & non ferri debet vnquam niſi 80
trina monitione præuia iuxta decretum
D Concilij Lateranenſis, de quo in cap. re-
prehenſibilis de appellationibus, & cap.
cùm ſpeciali ibidem, & dicitur ſententia,
can. ſententia, 11. quæſt. 3. tota rub. de
ſentent. excommunicat. quemadmodum
& abſolutio, can. 2. 11. quæſt. 4. Ioannes
de Turrecremata in can. vltim. 18. diſt.
eſtque facultas excommunicandi pars
iuriſdictionis, Abbas in cap. cum contin-
gat, num. 40. verſicul. Dominus meus
de foro compet. quæ debet executioni
demandari cum cauſæ cognitione, dict.
cap. quærenti de verbor. ſignificat. cum
multis bonis priuet, vt volunt Doctores
in illa rub. de ſentent. excommunicat.

81 nam excommunicatus non poteſt eligi ad A
beneficia, gloſa in cap. finali, vbi eſt bo-
nus texrus de electione in 6. Cardinalis
in clement. 1. §. 1. quæſt. 4. de religioſis
domibus, nec eligere alias electio eſt nul-
la, Innocentius in cap. illa quotidiana,
num. 1. illo titul. de electione, Mandag.
de electione, part. 1. cap. 20. nec præſen-
tari, Rochus Curtius in tractat. de iure
patronatus, verb. honorificum, num. 19.
nec nominari à Rege Chriſtianiſſimo
concordatum in rub. de excommunicat.
vitandis, alias nominatio eſt nulla, cap.
nulla, & cap. cùm inter, illo titulo de ele-
ctione, cap. conſtitutis de appellationib. B
82 4. celebrans ſit irregularis, tota rub. de
clerico excommunicat celebrant. Imol.
in tractat. de irregularitat. lib. 3. cap 21.
83 Suſpenſio eſt cenſura, qua alicui perſo-
næ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium
ſui officij in certum tempus, vel in perpe-
tuum. Doct. & ibi gloſa in cap. cupien-
tes de pœnis in clement. Nauarrus in
84 manuali, cap. 27. num. 51. ideo ſuſpen-
ſo conferri nequit, gloſa in cap. cum bo-
næ de ætat. gloſa in cap. tanta de exceſ-
ſibus prælatorum, & miniſtrans ſit irregu-
laris, vel celebrans. Angelus de Clauaſio
in ſua ſumma, verb. ſuſpenſio.
85 Nec poteſt ſuſpenſus conferre, gloſa
vltim. in clement. finali de procurat. imo
86 nec eius Vicarius, cuius poteſtas eſt ſuſ-
penſa per ſuſpenſionem ſui Epiſcopi, Ab-
bas in cap. quoniam, num. 10. de officio
delegat. quemadmodum nec excommu-
nicatus, cuius collatio non tenet, Archi-
diaconus in can. nullus, 63. diſt. Doct.
in cap. cum inter de electione, Benedict.
in repetitione, cap. Raynutius, verb. mor-
tuo 1. num. 285. & ſequent. de teſtamen-
tis, quia illi omnes ſunt priuati omni au-
thoritate ſpirituali. idem Rebuff. loco ci-
tato. Doctores in cap. 1. ne ſede vacant.
in 6. Rota deciſ. 191. num. 20. Grego- D
rius de cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 1. cap.
16. num. 2. ideo quoad poteſtatem in ſpi-
ritualibus æquiparantur mortuis, Imol.
in cap. veritatis, num. 12. de dolo, etiam
ſi ignorauerint cenſuras, vt ait idem Ab-
bas, in cap. paſtoralis. §. verum de appel-
lationibus, celebrantes tamen ignoranter
nullam incurrerent irregularitatem, nec
ideo venirẽt priuandi, Doctores in cap. 1.
de conceſſ. præbendæ, eligere tamen
non poſſent, cap. Apoſtolicæ de exce-
ptionibus, Doctores in cap. in illa de ele-
ctione, nec percipere fructus, dicto cap.
paſtoralis, qui accreſcerent præſentibus,
iidem Doctores in cap. vno de clericis
non reſidentibus in 6. & dico infrà in vl-
tima diſputatione, vbi de diſtributioni-
bus quotidianis.
Interdictum eſt ſuſpenſio à diuinis, tam 87
actiuè, quàm paſſiuè, Calderinus in tract.
de interdict. num. 2. quod interdictum, 88
decernitur tantum contra vniuerſitates,
quæ non poſſunt excommunicari, Ange-
lus de Clauaſio in ſua ſumma, verb. in-
terdictum. §. 1. Rebuffus in tractat. pri-
uileg. ſcholat. priuileg. 43.
Subdiuiditur autem excommunicatio 89
in maiorem, & minorem, maior eſt illa de
qua diximus, minor vero, quæ ſeparat
tantum à perceptione ſacramentorum,
vt Euchariſtiæ, cap. vltimo de electione,
cap. ſi celebrat de clerico excommunic.
miniſtrant. idem Cardinalis in dicta cle-
ment. 1. cuius abſolutio dari debet ſem-
per ei qui obedire paratur, cap. ex literis
de reſcriptis, vel qui dedit aliqua ſigna
contritionis in agone, tunc enim etiam
poſt mortem abſolui poteſt excommuni-
catus, communis eſt opinio Canoniſta-
rum in cap. à nobis. 2. de ſentent. ex-
communicat. Benedictus in repetit. cap.
Raynutius, verb. in extremis poſitus,
C num. 11. de teſtament.
Irregularitas vero eſt nota, ceu impe- 90
dimentum, ex facto, vel defectu proue-
niens, quo quis prohibetur ad ordines
promoueri, & in ſuſceptis miniſtrare, cap.
vltimo de temporibus ordin. Archidiaco-
nus in cap. 1. de re iudicata in 6. Lapus
in clement. ſi furioſus de homicid. Na-
uarrus in manuali, cap. 27. num. 191.
Sylueſter in ſua ſumma, verb. irregulari- 91
tas. Speculat. in tit. de diſpenſat. §. iux-
ta, & non incurritur niſi in caſibus ex-
preſſis à iure. cap. is qui de ſentent. ex-
communicat. lib. 6. idem Nauarrus, conſ.
35. num. 37. de homicid.
Iuriſdictionem quoque cauſarum, hacte- 92
nus de iuriſdictione ordinaria, & volun-
taria, nunc de inuoluntaria, & conten-
tioſa, ſic dicta, quia fertur in inuitos, cap.
forum, §. iudex. vbi Panormit. de ver-
borum ſignificat. Sanchez de matrimo-
nio, diſputat. 19. nu. 7. quæ tota verſatur
circa Epiſcopos, cap. decernimus de iud.
Qui ſoli ſunt de iure iudices ſuorum 93
clericorum, & rerum Eccleſiaſticarum,
cap. cum contingat de foro competent.
ideo prohibitum fuit iudicibus laicis de
illis agnoſcere à Concilio Pariſienſi, de
quo in cap. 2. illo tit. gloſa in can. 1. ver-
bo, concedimus, 95. diſtinct. Cardinal, in

cap. 1. num. 1. paulo ante initium, verſic.
& facit etiam de officio ordin. cui priui-
93 legio fori renunciari nequit priuatorum
pactis, cum totiCollegio clericorum con-
ceſſum fuerit, cap. ſi diligenti ibidem,
qua de cauſa priuilegium illud dicitur de
iura diuino quoad omnes, gloſa in can. ſi
Imperator, 96. diſtinct. vt oſtendo infrà.

94 Hinc, vt dixi ſuprà, debet Epiſcopus
ſcire canones, quos ſequi debet in iudi-
cando, cap. 1. & cap. ne innitaris, & ibi
Doct. de conſtitut. gloſa in cap. vltimo,
illo titul. in 6. cap. 1. de noui operis nun-
ciat. Rebuff. in interpretat. authenticæ
habita, verb. reſtitutionem, ſicuti omnes
iudices Eccleſiaſtici, & alij habentes iu-
riſdictionem ordinariam à lege, Inno-
cent. in cap. cum Eccleſiarum, num. 4.
de officio ordinar. & clarius patebit ex
dicendis in diſput. 7. vbi de iudice Ec-
cleſiaſtico. 2. debet eſſe ſollicitus, vt ſe
talem exhibeat in negotiis peragendis, vt
necad dexteram, nec ad ſiniſtram decli-
nare videatur, cap. quanto de conſuetu-
95 dine, ſi enim non faciat iuſtitiam faciet
litem ſuam, ait gloſa in can. hoc etiam, 2.
quæſt. 6. dixi ſuprà.

Et ad denotandam talem iuriſdictio-
nem contentioſam habet Epiſcopus ba-
culum paſtoralem, ait gloſa vltima, in can.
diſciplina, 43. diſtinct. quo vti poteſt in
ſubſidium cenſurarum ſpretarum, Decius
in cap. cum non ab homine, num. 30. ne
iudiciis. non verò citra cenſuras, quibus
ſemper prius vti debet contra criminoſos
contumaces, iuxta ſtatutum ordinem in
hoc cap. conquerente, vbi prius inſertæ
fuerunt cenſuræ, quæ ſunt pœnæ ſpiri-
tuales, quam temporales, quibus omni-
bus cum moderamine vti debet ad vltio-
nem gregis commiſſi, & tuitionem con-
tra lupos rapaces, gloſa in can. ſcire vos
oportet, 23. q. 8.

96 *Ad forum Eccleſiaſticum pertinentium*,
quæ cauſæ multæ olim erant, vt cauſæ
omnium clericorum, cap. decernimus,
& can. clerici de foro compet. cauſæ ſpi-
rituales, & ad ſpiritualitatem tendentes,
gloſa in cap. 1. verb. ſecundum quod ca-
nones de officio ordinarij, omnes cauſæ
in quibus agebatur de timore peccati.
gloſa in can. attendendum, verbo clerici,
17. quæſt. 3. cap. nouit de iudiciis, cap.
per venerabilem qui filij ſint legitimi.
Turrecremat. in dict. can. ſi Imperator,
per totum, non vero cognoſcere pote-
rant de cauſis ſecularibus laicorum, quas
remittere debebant ad iudices laicos cap.

A licet de furo competent. dict. cap. nouit,
vbi eſt bonus textus. idem dic de laicis,
qui tractare negotia Eccleſiaſtica prohi-
bebantur, vt eſt in dicto cap. decernimus,
quod non admittitur in Gallia, vbi foras
iuit forum Eccleſiaſticum.

Differt autem iuriſdictio hæc conten- 97
tioſa & voluntaria, gloſa in cap. dilectus,
verb. de lege iuriſdictionis officio ordina-
rij, hæc enim non exigit territorium, In-
nocent. in cap. nouit. num. 2. verſic. cre-
dimus de officio legati, ideo poteſt illa
exerceri etiam extra illud, vbi poſſunt
beneficia conferri, cap. poſt electionem
B de conceſſ. præb. gloſa in dict. cap. no-
uit, verb. terminos, Calderinus de elect.
conſ. 2. Oldrad. conſ. 73. num. 1. verſi-
cul. ſicut diximus, ſed non idem dicen-
dum de illa, quæ requirit territorium, Ro-
terius in re beneficiali, lib. 1. quæſt. 21.
num. 3. & exercetur in ſola diœceſi, vbi
poteſt Epiſcopus pro tribunali ſedere, &
partibus ius dicere cum in ea ſola habeat
iuriſdictionem, cap. ſi Epiſcopus, illo tit.
de officio ordinarij in 6. gloſa in can.
Abbates, verbo, Epiſcoporum, 18. q. 2.

An autem poſſit Imperator præiudicium 98
inferre clericis, quoad priuilegium fori
dic negatiue, can. inolita, & can. placuit
C 11. quæſt. 1. dict. cap. ſi diligenti, 1. quia
non poteſt Imperator tollere leges diui-
nas, Doctores in can. etſi clerici de iudi-
ciis, Felinus in cap. 2. de maioritat. ſed
clerici ſunt de iure diuino extra iuriſdi-
ctionem Imperatoris. Aufrerius in repet. 99
clement. 1. de officio ordinar. & dictum
fuit idem Turrecremat. in dict. can. ſi
Imperator, num. 1. nec poteſt etiam Im-
perator tollere canones Papales, can. be-
ne quidem, 96. diſtinct. Doctores in cap.
Eccleſia de conſtitutionibus cum filius
ſit Papæ, vt dixi ſuprà, can. quis dubitet,
diſt. 96. & horrendum ſit & contra natu-
ram filios inſurgere parentibus, can. Va-
D lentinianus, 63. diſt. & inferiorem velle
ligare ſuperiorem, can. inferior, 21. diſt.
idem Turrecremat. in can. ſatis euidens
eſt, illa diſt. 96.

Imo nec poteſt Papa tollere priuile- 100
gium fori quoad omnes clericos, cum (vt
dictum fuit) ſit de iure diuino, quod Pa-
pa tollere nequit, Doct. in cap. literas de
reſtitut. ſpoliat. Diuus Thomas 4. ſen-
tent. diſtin. 27. quæſt. 14. Abbas in cap.
non eſt de voto, Præpoſitus in can. ſicut.
14. diſt. 2. quia perturbaretur ſtatus vni-
uerſalis Eccleſiæ, quod non poteſt etiam,
ait idem Abbas in cap. propoſuit de con-

ceſſione præbendæ.
101 Quemadmodum non poreſt eximere
omnes laicos à ſolutione decimarum,
gloſa in cap. à nobis de decimis. Bene-
dictus in repetit. dict. cap. Raynutius,
verbo, vxorem nomine Adelaſiam de te-
ſtament.
102 Sed poreſt Papa committere cauſam
alicuius clerici iudici laico, vt volunt Do-
ctores in dict. cap. decernimus, & dixi
103 ſuprà, vbi de Papa, vti poteſt eximere ali-
quos à ſolutione decimarum, cap. dilecti,
cap. licet, & cap. ad audientiam de deci-
mis, facit quod dicit Felinus in cap. vlti-
mo, nempe poſſe Papam ſubiicere cle-
rum vnius diœceſis legibus, & iudicibus B
ſecularibus de maioritat. 3. & vltimo, quia
diuiſum imperium à Ioue Cæſar habet, &
quiſque debet ſuæ iuriſdictionis conten-
tus eſſe, ait idem Turrecremata in dict.
can. denique illa eadem, diſt. 96.
104 Nota tamen duos caſus, in quibus de
iure Epiſcopus exercet iuriſdictionem in
laicos, primus eſt, in eo quod poteſt com-
pellere hæredes laicorum ad ſatisfacien-
dum legatis factis Eccleſiæ pro animabus
defunctorum, Abbas in cap. vltimo de
ſentent. excommunicat. 2. eſt, quia po-
teſt compellere laicos ad ſeruandas lau-
dabiles conſuetudines, cap. abolendæ de C
ſepultur. gloſa in cap ad Apoſtolicam de
ſymonia, quæ duo tamen non ſeruantur
in Gallia, in quo Iudices Eccleſiaſtici non
105 ſunt ita liberi, ſicuti laici, qui licet non
ſint ſuperiores clericorum, quauis digni-
tate fulgeant, ait Baldus in cap. quod in
dubiis de renunciat. idem Turrecremat.
in dict. can. quis dubitet. Fuſcus de viſi-
tat. lib. 2. cap. 28. num. 12. agnoſcunt
nihilominus de poſſeſſoriis beneficio-
rum, decimarum, & aliorum ſpiritua-
lium, vt iuris patronatus, cap. de iure vero
de iure patronatus.
106 *Pœnitentiam* quæ eſt quædam dolentis D
vindicta, puniens in ſe id, quod deliquit,
can. ecce, §. finali de pœnitent. diſtinct.
1. can. pœnitentia ibidem, diſtinct. 3. vn-
de pœnitens, id eſt pœnam tenens, eo
quod ipſe ſua premat crimina per contri-
tionem. Hoſtienſ. in ſumma, rub. de pœ-
nitent. Magiſter ſententiar. lib. 4. diſti.
13. & benè dicit textus *pœnitentiam*, cum
Epiſcoporum ſit omnis cura animarum,
cap. cum ſatis de officio Archidiac. ideo
ad eos pertinet ſacramentorum, & pœ-
nitentiæ adminiſtratio, cap. omnis, illa
107 rub. de pœnitent. non vero ad moniales,
quæ id non poſſunt propter impedimen-
A tum ſexus, & contra quas inclamat textus
in cap. noua quædam, ibidem, quia (vt
ibi dicitur) licet beata Virgo, Mater Do-
mini dignior fuerit, & excellentior omni-
bus Apoſtolis. his tamen, non ei commi-
ſit filius claues, quem textum vtinam le-
gere ſibi faciant moniales quædam, quæ
plus faciunt quam ſibi liceat de iure.
Sacramentorum omnium, quæ ſic dicun- 108
tur, vel quia ſacrant mentes, vt eſt vera
opinio omnium Theologorum, vel quia
ſunt rei ſacræ ſigna, can. ſacrificium de
conſecratione, diſtinct. 2. & definitur Sa-
cramentum à Theologis, & Canoniſtis.
Inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita quod
eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat.
ita Doctores in illo can. ſacrificium. Ho-
ſtienſ. in ſumma, rub. de ſacrament. ite-
rand. vel non. Nicolaus Plotinus in tra-
ctat. de ſacrament. in præludio, Beatus
Antoninus in ſua ſumma, part. 3. tit. 14.
cap. 11. *dixi cauſa exiſtat*. in quo differunt 109
ſacramenta nouæ legis à ſacramentis legis
veteris, & Moſaicæ, quæ quidem ſignifi-
cabant gratiam, noſtra vero & ſignificant
& conferunt, vt fuit deciſum à Concilio
Tridentino, ſeſſ. 7. tit. de ſacramentis in
genere, cap. 1. & horum omnium ſacra- 110
mentorum cauſa efficiens eſt Chriſtus, vt
ait ibi dictum Concilium.
Diuiduntur vero Sacramenta in neceſ- 111
ſaria, & voluntaria, Doctores in cap. ve-
niens de tranſactionib. iuncta gloſa, Ho-
ſtienſ. in illa rub. de ſacrament. non ite-
rand. & ſolus baptiſmus eſt abſolutè ne- 112
ceſſarius ad ſalutem, vt eſt communis, &
vera opinio Doctorum iuxta illud Domi-
ni Ioann. 1. niſi quis renatus fuerit ex
aqua, &c. per quem etiam deletur reatus
mortis æternæ, vna cum peccato origina-
li, cap. 1. vbi Abbas. §. vna vero de Sum-
ma Trinit. Dictum Concilium cap. 6. 8.
11. ſeſſ. 7. illo titul. de ſacrament.
Et eſt baptiſmus fundamentum omniũ 113
aliorum ſacramentorum, quo deficiente
ſuperædificari nequit, can. cùm Paulus,
1. quæſt. 1. cap. veniens de preſbyter. non 114
baptiz. ideo non baptizatus ordina-
tus non recipit characterem, per cap.
penult. illo tit. licet alias contra, Inno-
cent. in cap. vltim. verſicul. ne mireris de
ſacrament. iterand. vel non.
Hinc debent eſſe fontes baptiſmales in 115
omnib. quibuſlibet Eccleſiis parochialib.
quibus infantes abluantur, cap. his quæ
de maioritat. cap. 2. de capellis monach.
clement. vna de baptiſmo, quæ parochia-
les Eccleſiæ dicuntur matrices, quia per

baptiſmum renaſcimur, cap. ex tranſmiſ-
ſa de præſcriptionibus, clement. 1. de ſen-
116 tent. excommunicat. quare in Eccleſiis
non domi conferantur ſacramenta, niſi in
caſu neceſſitatis, ait textus in dicta clem.
vna de baptiſmo.

117 Quæres quid ſit baptiſmus. Reſpond.
quod eſt ablutio corporis exterior, quæ
cum certa verborum forma interiorem
animi ablutionem, & deſignat, & opera-
tur, idem Plotinus vbi ſuprà, part. 1. cap.
1. Doct. in rub. de baptiſmo, apud quos
vide quæ ſint de ſubſtantia baptiſmi.

118 *Recipienda*, ex quo textu confirmantur
ea, quæ diximus ſuprà, nempe totam cu-
ram diœcèſis eſſe Epiſcopi, cap. omnis de
pœnitentiis, & remiſſionibus, vel eius,
cui illam eandem commiſit, toto tit. de
parochis, & parochianis. & eſt textus ſin-
gularis in dict. cap. omnis. ibi. *Si quis au-
tem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa
ſua confiteri peccata, prius licentiam poſtulet
à proprio ſacerdote, cum aliter ipſe illum non
poſsit ſoluere; vel ligare*, facit quod dicit,
gloſa in cap. cum ab Eccleſiarum de offi-
cio ordinarij, ideo de commiſſo grege de-
bet reddere rationem, ait textus in cap.
irrefragabili, ibid. & licet Epiſcopus de-
mandet alteri talem facultatem, retinet
tamen ſemper habitualem, ait gloſa in
cap. ſuper eo, verb. annexæ de præbend.
qua poteſt pro beneplacito incumbere
curæ animarum in tota diœceſi, vt dixi
ſuprà, Præpoſitus in can. quæcumque,
num. 2. 10. quæſt. 1. nec ex hac attribu-
tione redimitur à cura vniuerſali, quam
etiam tunc gerere debet, can. regenda il-
la cauſa, 10. quæſt. 1. Innocent. in cap.
requiſiiſti, num. 3. de teſtament. & ad
quam ſe obligauit per votum in conſecra-
tione, ait Ioannes Andræas in cap. cùm
venerabilis, num. 7. verſic. item in con-
ſecratione de cenſibus, ex his poſſunt duo
valde vtilia colligi.

Primum, quod ſubduntur Reges, &
Principes ſuis Epiſcopis quoad perce-
ptionem ſacramentorum, vt eſt vera
Theologia ab omnibus approbata, quos
recenſet Menochus conſil. 398. Loterius
in dicta re benef. lib. 1. quæſt. 20. & gloſa
in cap. omnes principes de maioritat. &
eſt in textu dicti cap. omnis. & ibi Do-
ctores.

2. De extraneis non eſſe nobis tantam
curam, in quos non habemus imperium,
can. illud quoque, can. de aliena, diſt. 71.
can. Epiſcopus, & can. Clericum, 72.
diſt. cap. accedentibus de exceſſib. præ-
A lator. cap. à nobis de ſentent. excommu-
nicat. toto titulo de clericis peregrinis,
cum extra diœceſim nullam habeamus iu-
riſdictionem, ait Abbas in cap. nouit, nu.
2. & ſequent. de legatis, ideo non poſſu-
mus ea facere contra illos quæ ſunt de le-
ge iuriſdictionis, vt citare, iudicare, ex-
communicare, ait textus in cap. dilectos
de officio ordinarij.

Synodum, quam tenentur celebrare E- 119
piſcopi ſingulis annis ex decreto Concilij
generalis. ibi. *Publicaturi ea in epiſcopali-
bus ſynodis annuatim per ſingulas diœceſes
celebrandis*, legitur decretum in cap. ſicut
de accuſationib. quod multo ante con-
B ſtitutum fuerat à Concilio Bilonenſi. ibi.
annis ſingulis Epiſcopus in ſua diœceſi
ſynodum faciat de ſuis Clericis, necnon
Abbatibus, can. annis ſingulis, 18. diſt.
& ad hanc ſynodum tenentur Abbates 120
accedere, vt eſt in textu dicti can. can. Ab-
bates, 18. q. 2. & recuſantes poſſunt ex-
communicari, cap. ſuper his de maioritat.
cum ſubiiciantur legi iuriſdictionis ordi-
nariæ Epiſcoporum diœceſanorum. Hen-
ricus de Boch. in cap. finali, verſicul.
nam Abbates de officio Archid.

Synodatici, ſic vocatur tale ius Epiſcopa- 121
le, quia vt plurimum ſolui debet in ſyno-
dis, teſte Panormitano in cap. cum olim
C de cenſibus, gloſa in hoc cap. conque-
rente, verb. ſequenti duos ſolidos, gloſa
in ſumma, quæſt. 3. verſicul. quid verò,
de hoc iure agitur in cap. olim cauſam,
illo tit. de cenſibus.

Ceu cathedratici, declaratiuè hic poni- 122
tur iſta dictio *ceu*, Baldus in cap. 1. colum.
vltim. lectura. 2. de iudic. nam in quibuſ-
dam locis ius illud vocatur ſynodaticum,
in aliis vero cathedraticum, quia percipi-
tur intuitu principalis Eccleſiæ & cathe-
dralis, in qua ſola eſt cathedra Epiſcopi,
can. placuit, 10. quæſt. 3. cap. paſtoralis
de donationib. Archidiaconus in cap. 1.
de præb. in 6. Rebuff. in concord. rub.
D de collat. §. 1. verb. Cathedrali.

Duos ſolidos. Hactenus de lege iuriſdi- 123
ctionis, nunc de lege diœceſana, de qua
loquitur textus in cap. ad abolendam. §.
ſi quis vero. ibi. *qui à lege iuriſdictionis
diœceſanæ exempti fuerint* de hæreticis, &
hæ duæ iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, cap.
dilectus de officio ordinarij, vbi gloſa,
verbo de lege iuriſdictionis. Calderinus
conſ. vltim. illo tit. gloſa in ſumma, verb.
laicus 10. Abbas in dict. cap. dilectus,
num. 4. verſic. tene, ideo appellatione
vnius non venit altera quidquid dicant,

Innocent. in cap. 1. num. 1. verſ. tamen A
nobis de ſtatu monach. & Hoſtieuſis in
illo cap. dilectus, num. 6. verſic. qu^m-
uis autem.

124 Et hos duos ſolidos petere poteſt Epi-
ſcopus de iure à qualibet Eccleſia totius
diœceſis nomine iuris ſynodatici, vel ca-
thedratici, dict. can. placuit. ibi. *præter
honorem cathedræ ſuæ, id eſt duos ſolidos*,
ſed non amplius, can. inter cætera illa
cauſa, 10. quæſt. 3. illud enim manet ei
prohibitum à Concilio Toletano 1. habi-
to ſub Gregorio Papa. ibi. *non amplius
quam duos ſolidos, vnuſquiſque Epiſcopus
præfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſis ſuæ* B
*baſilicas iuxta ſynodum Braccarenſem an-
nua illatione ſibi expectet inferri* facit, cap.
de monachis de præbend. in fine.

125 Hinc ſi recipiat vltra cathedraticum,
punitur de iure in quadruplum, can. quo-
niam, 18. diſtin. can. conſtitutus, & can.
nulli, 16. quæſt. 1. Turrecremat. in dicto
can. quoniam, num. 12. Rebuffus in con-
cordat. rub. de publicis concub. §. ſi quis
vero, & in tractatu priuileg. ſcholar. pri-
uileg. 130. in fine. turpe enim eſt, vt qui
alios debet fouere vinculo charitatis, eos
diſpergat per rabiem cupiditatis, ait idem
Turrecremata in illo can. num. 7. quæ C
radix eſt omnium malorum, dicit textus
in cap. auaritiæ de præbend. nec debent
126 filij thezaurizare parentibus, ſed parentes
filiis, multum quippe à paterna pietate
videtur extraneum, ſi præpoſiti ſubditis
ſuis graues extiterint, quos in cunctis ne-
ceſſitatibus paſtoris debent modo foue-
re, clamat Innocent. III. in dicto Con-
cilio generali, relato in cap. cùm Apoſto-
lus de cenſibus. quare ſe confirment Epi-
ſcopi exemplo Pauli, qui neminem gra-
uabat, & nequam grauaret ſua manu, &
arte victum quærebat dict. can. inter cæ-
tera, & can. quia, 10. q. 3.

127 Qui duo ſolidi ſolui debent iuxta vſum D
monetæ currentis, iuxta gloſam in ſum-
ma illius cauſæ, & quæſt. verb. quid vero,
niſi erga ſolutionem alterius monetæ
præſcriptum fuerit à ſubditis. vide tex-
tum ſingularem in dict. cap. olim, gloſa
in cap. cum canonicis, hoc verb. duos
ſolidos, de cenſibus, Hoſtienſis in ſum-
ma, num. 8. verſicul. quid ſi moneta mu-
tetur, illo tit.

128 *Quartam decimationum*, licet enim de-
cimæ debeantur hodie ſolis parochialibus
Eccleſiis, can. de decimis, can. Conſtan-
tinus, 16. q. 1. cap. cum contingat, & ſe-
quenti de decimis, quia ius decimandi ſe-
quitur parochiam. Abbas in cap. extir-
pandæ. §. qui vero de præbend. Creſcen-
tius de decimis, deciſ. 2. tamen de iure
veteri erant penes Epiſcopos ante diui-
ſionem parochiarum à Dionyſio Papa fa-
ctam, vt in can. 1. 13. quæſt. 1. can. 1. §.
has vero decimas, 16. quæ. 7. & illas de-
mum conceſſerũt parochis iuxta aſſigna-
tiones quarumlibet parochiarum, por- 129
tionem tamen illarum ſibi retinendo in
ſignum vniuerſalis dominij quod habent
in cunctis Eccleſiis parochialibus, Archi-
diaconus in dict. cap. cum contingat, nu.
4. Innocent. in cap. requiſiiſti, num. 3.
verſicul. imo plus videtur de teſtament.
& illa portio eſt quarta, de qua in hoc cap.
conquerente, quæ debetur tum de iure,
tum de conſuetudine ipſis Epiſcopis, tam-
quam primitiuis parochis, & rectoribus
animarum, cap. 1. de religioſis domibus,
can. omnes baſilicæ, 16. quæſt. 7. & po-
teſt exigi tamquam debitum ab Epiſco-
pis ipſis parochis, vt optime idem Lote-
rius in dicto lib. 1. quæſt. 20. num. 91. qui
dicit ita etiam fuiſſe deciſum à Rota, de-
ciſ. 519. num. 2. & ſequenti, apud Gre-
gorium, quemadmodum poſſunt exigi
decimæ ipſis laicis tamquam debitum,
cap. decimæ, & cap. parochianos ibidem,
in Eccleſia vero noſtra non percipitur
quarta, ſed tertia ab Epiſcopis Lodouen-
ſibus, qui tale ius remiſerunt capitulo di-
ctæ Eccleſiæ, vt patet ex Chronologia
præſulum Lodouenſium ab Epiſcopo no-
ſtro pro nunc exiſtente, nuper in lucem
edita, cui conſuetudini ſtandum eſt.

Et hæc quarta ſolui debet ſine vlla de- 130
ductione impenſarum ex textu ſingulari
dicti cap. cum olim. ibi. *Abbatem ipſum
ad integram ſolutionem quartæ omnium de-
cimarum nullis factis deductionibus, &c.* de
cenſibus, ſicuti ſolui debet decimæ etiam
ſine vlla deductione, cap. cùm homines,
& cap. non eſt, illo tit. de decimis. *Non* 131
*enim debet eſſe dominus Deus deterioris con-
ditionis, quam dominus temporalis, cuius
ſtatutum de terris, quas exhibet aliis exco-
lendas, non quidem deductis ſumptibus, aut
ſemine ſeparato neceſſario cum integritate
perſoluitur*, dicit textus in cap. tua nobis.
ibidem.

Mortuariorum, quæ quarta debetur etiã 132
de lege diœceſana, cap. officij, & dict. cap.
requiſiiſti de teſtament. cap. certificari
de ſepulturis, & hæc quota mortuariorum
erat olim diuerſa, nam ex conſtitutione
Leonina debebatur tertia, cap. 1. illo tit.
aliquando medietas, cap. 2. ibidem, ali-

Digitized by Google

quando quarta, vt hic, & cap. cum ſuper, A
illo tit. de ſepultur. hodie deberur quar-
ta ex hac conſtitutione, & ex elementina
dudum illo, eodem titulo, cuius diſpoſi-
tioni vt recentiori ſtandum eſt, vt ſerua-
133 rur de praxi. quæ debet ſolui, niſi præſcri-
pta fuerit quoad ſolutionem per qua-
draginta annos, cap. de quarta de præ-
ſcriprionibus.

134 Morruarium vero dicitur id omne,
quod defunctus legauit Eccleſiæ pro ani-
ma ſua in vltima diſpoſitione, cap. in no-
ſtra præſentia de ſepulturis, dict. cap. re-
quiſiſti, vbi eſt bonus textus. ibi. *Requi-
ſiſti de his, quæ teſtator pro anima ſua legat* B
*in vltima volũtate, qualiter ſint, inter Epiſco-
pum, & Eccleſiam diuidenda: & quidem regu-
lariter verum eſt, quod Epiſcopus debet ſecun-
dum diuerſas conſuetudines tertiam, vel quar-
tam habere.* gloſa in hoc cap. ſuper hoc
verb. mortuariorum.

135 Non tamen deducitur hæc quarta Epi-
ſcopalis de legato facto ad pias cauſas,
Doctores in dicta element. dudum, vbi
gloſa, verb. indirectè, Rebuffus in tract.
priuileg. ſcholar. priuileg. 13.

136 *Viſitationem quoque annuam*, iuxta de-
cretum Concilij Tarraconenſis quod ita
ſe habet. *Decernimus vt antiquæ conſuetu-
dinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab E-
piſcopo diœceſes viſitentur.* can. decernimus, C
10. quæſt. 1. quid agere debeant Epiſco-
pi in ſuis viſitationibus habes ad longum,
in can. placuit, eadem cauſa, & quæſtione.
tu volue canonem paſtor piger, qui ſic
negligis viſitare oues. alibi dicitur quod
debent viſitare bis in anno, vt in cap. cum
venerabilis de cenſibus, & in cap. excom-
municamus. §. adiicimus de hæreticis, hic
tamen dicitur, vt ſemel in anno viſitet, &
huic conſtitutioni ſtandum eſt niſi neceſ-
ſitas, vel alia iuſta cauſa contrarium ſua-
deat, can. ſicut de conſecrat. diſt. 1. ne ni-
mium prægrauentur viſitandi, cap. pro-
curationis. §. porro, illo tit. de cenſibus, D
& hanc viſitationem facere debet Epi-
ſcopus, vel per ſe, vel per alios idoneos ad
id deputatos, can. Epiſcopum, 10. quæſt.
1. cap. 1. de officio Archidiaconi. ſed

137 Non debet Epiſcopus procurari non vi-
ſitans perſonaliter, cap. ſi Epiſcopus de
officio ordinarij in 6. & notatur in dict.
cap. procurationes, prout ita iudicatum
fuiſſe Pariſiis, & Rothomagi, aſſerit Bau-
ny. tit. de viſitat. Epiſcopal. lib. 1. quæſt.
15. ſuæ praxeos iuris canonici.

138 Sed bene debet procurari perſonaliter
viſitans, dict. cap. cum Apoſtolus, cap.
cum ſit de ſymonia, cum ſecundum Apo-
ſtolum non ſit magnum ſi metat tempo- 139
ralia, qui ſeminat ſpiritualia, cap. cum ex
officij de præſcrip. cap. cum ſecundum de
præb. cap. accedentes, illo titul. de præ-
ſcript. & dict. cap. ſi Epiſcopus, vbi dici-
tur quod dignus eſt operarius mercede
ſua, ſiue in paſtu, ſiue in pecunia, dicit
extrauag. vna, illo tit. de cenſibus. ibi.
*ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pe-
cunia*, in communib. ad libitum viſitan-
dorum, vt fuit dictum per duo arreſta di-
cti Senatus Pariſienſis, alterum de die 8.
menſis Aprilis, anni 1556. & alterum de
die 4. Maij, anni 1566.

Nec vlla admittitur præſcriptio contra
ius procuratorium, dict. cap. cum vene-
rabilis, & cap. venerabili, ibidem, dict.
cap. accedentes, & notatur in eodem cap.
cum olim, ideo debent omnes ſubditi
procurare ſuos Epiſcopos, vt ibi dicitur, 140
Abbates, & alij quicumque, can. Abba-
tes, 18. quæſt. 2. cap. vt iuxta de officio
ordinarij, cap. ſopitæ, de cenſib. *Placet*,
inquit Concilium Verm. can. 3. *vt vnuſ-
quiſque Epiſcoporum habeat poteſtatem tam
de clero, quàm de regularibus in ſua paro-* 141
chia, niſi fuerint exempti, gloſa in dict.
cap. ſopitæ, verb. de iure communi, Bar-
boſ. de iure Epiſcop. allegat. 73. Falodius
de viſitat. part. 2. art. 1. gloſa in cap. inter
cætera, verb. ſolutionis, 10. quæſt. 3. no-
tat. in can. quam ſit, & can. luminoſo, 18.
quæſt. 2. nam per exemptionem liberi
facti fuerunt ab omnibus grauaminibus,
can. Abbatibus, eadem cauſa, 18. quæſt.
2. cap. ſi Papa, de priuileg. in 6.

Debent tamen exempti intereſſe ſyno- 142
dis Epiſcopalibus ſi habeant Eccleſias pa-
rochiales, dict. can. Abbates, 18. quæſt.
2. ſi non habeant exemptionem aliam
ſpecialem pro dictis Eccleſiis præter ge-
neralem, vt volunt Doctores in dict. cap.
inter cætera, vbi Archid. num. 2. verſic.
ſed hoc non eſt verum, quemadmodum
tenentur & procurare ſuos Epiſcopos ra-
tione dictarum Eccleſiarum, gloſa in cap.
de monachis, verb. de prouentibus de
præb. & dico infrà.

Et debent Epiſcopi hoc ius procurato- 143
rium percipere à ſubditis clericis iuxta fa-
cultates illorum, ne nimium ſint in eos
graues, & ne in eorum damnis lucra ſe-
ctari videantur, quærentes potius præ-
dam, quam ſubſidium, dicit textus in can.
cauendum eſt, & ſequent. 10. quæſt. 3.
cap. hoc conquerente. ibi. *Non amplius
procurationis nomine requiras ab eis, cũ ad eas*

viſitandas acceſſeris, niſi quantum (penſatis
facultatibus earundem) moderatè potuerint
exhibere. vide can. illud. ibi. *Nec ipſa quo-*
que prandia enormia fieri, ſed ſecundum me-
diocritatem vniuſcuiuſque loci. dict. cap.
cum Apoſtolus, & notatur in cap. quia
plerique de immunitat. Eccleſiar. ideo
144 vocatur tale ius Epiſcopale, charitatiuum
ſubſidium, quia cum charitate debet exi-
gi, non vero de fomite auaritiæ, dict. can.
cauendum eſt, cap. auaritiæ de præbend.
Turrecremata in can. quoniam, diſtinct.
13. num. 7. vide Epiſtolam 1. Diui Pauli
ad Timotheum, cap. 6. vbi omnia recen-
ſet, à quibus abſtinere debent prælati.
ibi. *non turpis lucri cupidum.*

145 Hinc attendi debet conſuetudo, ſecun-
dum quam regulatur exactio, & ſolutio
talis iuris per textum ſanè diuinũ in dict.
cap. cùm venerabilis. ibi. *Sed nihil aliud,*
præter penſionem, & procurationes præſcriptas
ab eadem Eccleſia exigere, vel extorquere
præſumat. & dicto cap. cùm Apoſtolus,
ſed quis eſt hic, & laudabimus eum, fecit
enim mirabilia in vita ſua, qui cum potue-
rit tranſgredi, non eſt tranſgreſſus, facere
mala, & non fecit. Multi quidem ſunt
prælati, ſed pauci ea charitate præditi.

Non enim multum, antiquus hoſtis inuidia
infirma membra Eccleſiæ præcipitare curat,
ſed manum mittit ad deſiderabilia eius, &
electos quoſque nititur ſupplantare dicente
ſcriptura: eſca eius electi, multorum ſiquidem
(audiant omnes prælati) *caſum reputat,*
vbi pretioſum aliquod membrum Eccleſiæ ſua
calliditate fuerit detractum, dicit Alexan-
der III. in Concilio Turonenſi, de quo
in cap. 3 ne clerici vel monachi, ex his.

146 Collige 1. poſſe Epiſcopos in conſcien-
tia exigere tale ſubſidium charitatiuum
147 cum dignus ſit operarius mercede ſua,
cap. cùm ſecundum de præbend. & di-
ctum fuit paulo ſuperius, qua de cauſa po-
148 reſt Doctor regens nutriri à ſuis ſchola-
ribus, ait gloſa in can. reuertimini. verbo
à quibus doctus eſt, 16. quæſt. 1. Hoſtien-
ſis in ſumma, rub. de magiſtris ſine metu
ſymoniæ, gloſa in can. de quibuſdam,
37. diſtinct. & eſt communis opinio &
vera Canoniſtarum, in cap. quia, illo tit.
de magiſtr. quod tamen male ſeruant
multi ſcholares, qui ſuos magiſtros, &
negligunt, & contemnunt quos habere
debent vti Patres.

149 Limita, ſi viſitandus ſit pauper, quo ca-
ſu non tenetur procurare ſuum Epiſcu-
pum viſitantem, per textum ſingularem
dicti cap. cùm Apoſtolus, & qui excuſa-
tur etiam ab omnibus iuribus Epiſcopali-
bus, cap. de monach. de præbend. & à
reparatione Eccleſiæ ſuæ, cap. de his de
Eccleſiis ædificand. Aufrerius deciſ. 499.
Benedictus in repetit. dict. cap. Raynu-
tius, verb. ſi abſque, 2. in ſubſtitutio. fi-
deicommiſſar. num. 3. de teſtament. &
hoc tam verum eſt, vt teneatur Epiſcopus
ei ſubuenire de ſuo, vt eſt textus, & ibi
gloſa in can. ſicut, 11. verb. commune,
47. diſt. gloſa in cap. finali, verb. quid-
quid, 16. quæſt. 1. cum beneficia Eccle-
ſiaſtica debeãt eſſe panes pauperum, Ho-
ſtienſ. in cap. poſtulaſti, num. 8. verſicul.
quod ſi ſeruitium de reſcriptis. Gonzal.
in regul. de menſibus, gloſa 2. num. 14.
Gomeſ. in tractat. de expectati. verſic.
& pro iſta opinione, num. 75.

Collige 2. Caſus in quibus regulares 150
exempti ſubiacent ſuis diœceſanis, 1. ſub-
duntur eis ratione parochialium Eccleſia- 151
rum ſi quas habeant. can. vltimo, 16. q. 2.
tunc enim ratione illarum poſſunt viſita-
ri, & tenentur iura omnia Epiſcopalia
ſoluere, dict. cap. de monachis de præb.
cap. inter cætera, verb. ſolutionis de offi-
cio ordinarij, textus eſt in cap. 1. de ca-
pell. monach. & habes ſimilem, ſed magis
ſingularem, in cap. cum capella. ibi. *Sed*
in quantum ratione parochialium Eccleſia-
rum, vel alias iuriſdictionem tuam reſpicere
dignoſcuntur, officij tui debitum in eoſdem
liberè proſequaris de priuileg. idem in cap.
ex ore ibidem, Ioannes de Turrecremat.
in can. Epiſcopus, 2. num. 2. diſtinct. 18.
Barboſa de iure Epiſcopal. allegat. 7.
Concilium Tridentinum, ſeſſione 5. cap.
2. de reformat. & dictum fuit ſuprà. 2.
quoad fidem ſubduntur Epiſcopis, cap.
ad abolendam, §. ſi qui vero. ibi. *Si qui*
vero fuerint, qui à lege iuriſdictionis diœce-
ſanæ exempti ſoli ſubiaceant ſedis Apoſtolicæ
poteſtati, in his, quæ ſunt contra hæreticos
conſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, &
eis in hac parte tamquam à ſede Apoſtolica
delegatis (nonobſtantibus libertatis ſuæ pri-
uilegiis) obſequantur de hæreticis, 3. ratio-
ne delicti extra clauſtrum commiſſi ex
decreto Concilij Lugdunenſis habito ſub
Innocentio IV. anno 1274. quod refer-
tur in cap. 1. de priuilegiis in 6. 4. ſub-
duntur, ſi prælati exemptorum debite re-
quiſiti nolint eos punire in ſuis exceſſibus,
per decretum dicti Concilij, ſeſſione 21.
cap. 8. illo tit. de reformat. 5. ratione ſu-
ſceptarum executionum teſtamentorum,
quarum rationem tenentur reddere Epi-
ſcopis, clement. vna de teſtamentis. 6. ra-
tione

tione indictarum feriarum ab Epiſcopis quas tenentur ſeruare exempti ex decreto eiuſdem Concilij, ſeſſ. 12. cap. 5. ibid. & ſeſſione 25. cap. 12. de regularibus, tenentur etiam exempti intereſſe proceſſionibus decernendis ab Epiſcopis, dictũ Concilium, illa ſeſſione 25. cap. 13. eod. tit. de regularibus. vide alios caſus in dict. Concilio multis in locis, & in conſtitut. Gregoriana, quæ incipit inſcrutabili Dei prouidentia, edita anno 1622. nonis Februarij Pontificatus Gregorij XV. anno 2. vbi apponuntur ad longum, mihi ſufficit dicere tales exemptiones multum detrahere dignitati Epiſcopali, Eraſmus à Coch. lib. de iuriſdict. ordinar. in exemptos, & dare anſam peccãdi, Bellam. conſil. 20. num. 9. verſicul. tertio conſiderate oportet, ideo eſſe reſtringendas, vt odioſas, regul. odia de regul. iuris in 6. Calder. conſ. 6. num. 2. de donationib. dictum Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 11. de reformat.

152 Assertio 5. Omnia poſſunt de iure Epiſcopi, quæ ſibi Papa non retinuit. veritas aſſertionis patet ex can. preſbyter, diſtinct. 82. can. optime de conſecrat. diſtinct. 6. cap. à nobis de ſent. excommunicat. can. nuper, vbi eſt bonus textus. ibi. *Quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſpecialiter non retinuit ſibi, eo ipſo videatur conceſſiſſe aliis facultatem relaxandi.* Abbas in cap. quibuſdam de pœnis, communis eſt opinio Canoniſtar. in cap. etſi Clerici. §. de adulteriis de iudiciis, Ioannes Andræas in cap. licet. can. de electione in 6. Turrecremata in can. ſi quis preſbyter, num. 3. diſtinct. 50. & hanc eſſe veriorem aſſerit gloſa Guillermi in dict. & ſi Clerici.

153 Hinc poſſunt diſpenſare in omnibus, in quibus diſpenſatio non eſt, vel prohibita, vel reſeruata, can. ſunt nonnulli, 16. qu. 1. can. miror, diſtinct. 50. gloſa communiter approbata, in dict. cap. nuper, verb. non retinuit, Archidiaconus in dict. cap. licet. idem Abbas in cap. præterea de ætate.

154 Hinc diſpenſant ſuprà ſymoniam ignotatam per textum ſingularem, in cap. penult. de electione. vide caſus reſeruatos à Papa in gloſa, cap. 1. verb. pertineant de tranſlat. Epiſcop. in cap. quod tranſlationem de officio legat. Doctores in cap. ſicut vnire de exceſſibus prælãr. Ioannes de Turrecremat. in dict. can. ſi quis preſbyter, & quæ dixi ſuprà vbi de Summo Pontifice, ideo non diſpenſant in or-

A dine. can. ergo, 1. quæſt. 2. Abbas in cap. ſicut de ſymoniacæ. num. 4. de ſymonia, Innocent. in cap. penultim. illo tit. nec ſupra decreta Conciliaria, gloſa in cap. cùm dilectus, verb. ætate de elect. Rebuffus in interpretat. authenticæ habita, verb. examinatione, & caſus in quibus poſſunt diſpenſare, apud Speculat. tit. de lapſis, & diſpenſat. §. 1. nunc de Epiſcoporum. Ioannem de Selua de benef. parte 4. quæſt. 7. & apud dictum Concilium Tridentinum, ſeſſione 23. cap. 9. de reformatione, vbi dicitur quod poteſt promouere ad ordines familiarem, & domeſticum, qui ſecum per triennium mora- 155
B tus fuerit, dummodo ei beneficium aſſignet eodem tempore, Rebuffus in praxi, titul. de clericis, num. 25. Parrhus lib. 4. quæſtione 2. num. 92. cum tribus ſequentibus.

Assertio 6. Epiſcopi ſoli poſſunt de iure vnire Eccleſias ſubditas, ex textu, & ibi Doctores in dict. cap. ſicut vnire de exceſſib. prælatorum, & hoc eſt vnus ex caſib. reſeruatis Epiſcopis, ait Innocentius Abbas, & Archidiac. in dict. cap. num. 3. nam inferiores illud non poſſunt, idem Innocent. in cap. ad hanc, nu. 1. verb. ardua de officio Archidiaconi, dico infrà vbi de regul. Cancell. de vnionibus in quinta 156
C diſputat. quæſtione vltima.

Amplia hoc tam verum vt poſſint fieri tales vniones, etiam inconſultis rectorib. beneficiorum, clement. ſi vna, vbi Anchatus num. 5. de reb. Eccleſiæ alienãd. dummodo fiant iuſta de cauſa quæ ſemper debet eſſe impulſiua Tholozan. de benef. cap. 19. alias non debent fieri cum per eas imminuatur cultus diuinus, cap. cum acceſſiſſent, & cap. ex parte de conſtitutionib. ideo vt odioſæ ſunt reſtringendæ, cap. 1. de filiis preſbyterorũ in 6. regul. odia, de regul. iuris, illo lib. & de conſenſu Capitulorum Cathedralium, cap. nouit de his quæ fiunt à prælatis ſine
D conſenſu cap. Imol. in cap. cùm dilectus, num. 21. de conſuetudine, patroni etiam vel collatoris ſi quis ſit, teſte Zabarella in dict. clement. ſi vna, num. 17. cauſas iuſtas vniendi, vide apud Doctores in cap. vltimo de verb. ſignificat.

Obiicies contra id quod diximus non eſſe neceſſarium vocari rectorem ad vnionem faciendam, in omnibus vnionibus debent citari illi omnes, quorum intereſt, vt eſt communis opinio Canoniſtarum in dict. clement. ſi vna, Boerius decif. 345. num. 3. ſed intereſt rectorum-

L

que, ergo rectores ſunt vocand. Reſpon-
deo, conceſſa maiori, nego minorem, nul-
lũ enim fit præiudicium rectori per vitam,
intra quam vnio manet in ſuſpenſo, nec
executioni demandatur, quin vacauerit
beneficium per eius mortem, cap. con-
ſultationibus de iure patronat. Calderin.
conſil. finali, num. 2. de rebus Eccleſiæ
alienand.

Inſtabis non poteſt rector reſignare
ſuum beneficium vnitum, ergo eius in-
tereſt. Reſpond. negand. conſequen-
tiam. 1. quia non debet diſponi de bene-
ficio, ſicuti de patrimonio, cap. 1. de præb.
apud Greg. II. quia poteſt reſignans viue-
re tanto tempore, quanto reſignatarius.
Puteo deciſ. 347. lib. 2. num. 5. in no-
uis, & Flaminius Pariſius lib. 2. de reſi-
gnat. beneficior. quæſtione 9. num. 8.
Multo plura dicam in illa regul. de vnio-
nibus.

157 Assertio 7. Cenſuræ quantum-
libet generales non inuoluunt Epiſcopos,
gloſa in cap. 2. de præbend. in 6. ratio-
nem inſertam habes, in cap. quam peri-
culoſum de ſentent. excommunication.
illo lib. Loterius lib. 1. quæſt. 9. nu. 121.

158 Assertio 8. Epiſcopatus liberat
à patria poteſtate, can. ſi ſeruus, 14. cap.
per venerabilem, qui filij ſint legitimi,
gloſa in cap. indecorum, verbo ſeipſos
de ætate, & dictum fuit vbi de Eminen-
tiſſimis Cardinalibus, in quarta quæſtio-
ne huiuſce primæ diſputationis.

Hinc tenetur pater exhibere reueren-
159 tiam in Eccleſia filio ſuo Epiſcopo. Ho-
ſtienſis in dict. cap. indecorum, num. 5.
Contrerollius in tractatu de præceden-
tis, num. 63. ex his.

Nota Epiſcopos præter dictas duas iu-
riſdictiones ordinariam, & diœceſanam
habere tertiam nempe ordinis. Ho-
ſtienſis in cap. finali, num. 22. cum duo-
bus ſequentibus de officio Archidiacon.
Lambertinus in ſuo tractat. de iure pa-
tronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. art. 3. nu.
21. qua poſſunt ſupra inferiores conferre
chriſma, ordinare clericos, & conſecrare
A Eccleſias, cap. tranſmiſſam de electione,
gloſa in cap. aqua de conſecrat. Eccleſiæ,
can. interdicimus, 16. quæſt. 1. & hanc
facultatem accipiunt tantum per conſe-
crationem, can. quamuis Archiepiſcopis,
78. diſtinct. cap. quod ſicut. §. ſuper eo
de electione, gloſa in dict. cap. tranſmiſ-
ſam, verb. de talibus, per quam ſolam fit
ſponſus Eccleſiæ, Zarabella in cap. cùm
venerabilis, num. 9. de conſiliis, & quæ
conſecratio fieri debet in Miſſa, can. om-
nes baſilicæ, de conſecrat. diſtinct. 1. cap.
te referente de celebrat. Miſſarum, gloſa
in dict. cap. quod ſicut. verb. diuidatur.
B Nec eſt tranſmiſſibilis ad alios inferiores
talis facultas, gloſa in cap. 1. verb. con-
firmaſſe de tranſlat. Epiſcopi, & in cap.
citat. aqua, qui non poſſunt ea quæ ſunt
ordinis poſſidere, Hoſtienſis in cap. au-
ditus, num. 2. verb. præſcripſiſſe de præ-
ſcriptionibus, cum ad ſolos Epiſcopos
pertineant, ait gloſa in dict. cap. ſicut,
verb. ſine pallio, textus in cap. 2. vbi Ab-
bas, num. 2. de conſuetudine.

Nota 2. Epiſcopatum eſſe maximam 160
dignitatem, idem Abbas in cap. inter
corporalia, num. 11. de tranſlat. Epiſcop.
Archidiac. in cap. licet, num. 1. de præb.
C in 6. notat. in can. legimus, diſt. 93. ideo
debent Epiſcopi eſſe docti, bonæ virtutis,
& famæ. Vltores ſeduli gregis commiſſi,
gloſa in can. ſcire vos oportet, 23. quæſt.
8. & iurium Epiſcopalium acerrimi de-
fenſores, can. in canonibus. §. generali-
ter, 16. quæſt. 1. concionatores, cap. in-
ter cætera de officio ordin. ſpeculatores
totius diœceſis, can. eſto, 95. diſtinct. cap.
irrefragabili, illo titul. de officio ordina-
rij. Quibus inhærentes, gloriam à
Domino tamquam diſpenſatores fideles
conſequentur, cum non ſua, ſed quæ Dei
ſunt quæſierint, & tandem retributio-
nem æternam accipient, quam eis toto
D corde deprecamur in remunerationem
onerum ſuſceptorum, quibus ſi nihil pe-
riculoſius, nihil etiam beatius, & glorio-
ſius apud Deum, & apud homines, ait
can. ante omnia, 40. diſtinct.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS NONÆ.

1. *Abbates primum poſt Epiſcopos locum obtinent in Eccleſia.*
2. *Abbatis nomine quid ſignificetur.*
3. *Quot ſint requiſita in Abbatibus.*
4. *Abbates debent eſſe de iure viginti quinque annorum.*
5. *Concordatum in Gallia derrogat iuri communi.*
6. *Abbates debent eſſe docti.*
7. *Ignaris non debent committi dignitates Eccleſiaſticæ.*
8. *Abbates ſunt de iure ſoli collatores beneficiorum monachalium.*
9. *Appellatione ordinarij veniunt Abbates.*
10. *Abbates ſunt de iure legitimi iudices ſuorum monachorum.*
11. *Abbates poſſunt excommunicare ſuos monachos.*
12. *Monachi ſeſe percutientes inuicem abſolui poſſunt ab Abbatibus.*
13. *Monachi delinquentes in clauſtro puniuntur ab Abbatibus.*
14. *Abbates non poſſunt deſtituere ſuos monachos ſine cauſa.*
15. *Monachi triennales non ſunt propriè beneficiati.*
16. *Monachus triennalis poteſt amoueri ab Abbate.*
17. *Fallit in caſu hic inſerto.*
18. *Monachi perpetui poſſunt diſponere de fructibus beneficij.*
19. *Monachus vnde dicatur.*
20. *Monachus quis dicatur.*
21. *Monachus dicitur mortuus mundo.*
22. *Monachi poſſunt eſſe Vicarij Epiſcoporum de licentia ſuorum Abbatum.*
23. *Monachi non profeſſi poſſunt redire ad ſeculum.*
24. *Non profeſſus non poteſt eligi in Abbatem.*
25. *Quanam ætas requiratur de iure in emittenda profeſſione.*
26. *Quæ ſint neceſſaria de iure in profeſſione ad hoc vt liget profitentem.*
27. *Profeſſio debet eſſe libera, ad hoc vt liget.*
28. *Electio metu facta eſt ipſo iure nulla.*
29. *Quæ ſit profeſſio tacita, & expreſſa.*
30. *Furioſi non poſſunt de iure profiteri.*
31. *Beneficia vacant ipſo iure per profeſſionem.*
32. *Quinam arceantur de iure à profeſſionibus.*
33. *Monachi poſſunt ſepelire in ſuis Eccleſiis eos qui in eis elegero ſepulturas.*
34. *Quarta funeralium debetur de iure parocho.*
35. *Quarta non deducitur de equis, & armis.*
36. *Ratio libertatis eligendi ſepulturam hic inſeritur deducta ex iure Canonico.*
37. *Monachi non poſſunt implicare ſe negotiis ſecularibus.*
38. *Monachi non debent vacare ſtudiis legum ſecularium.*
39. *Nec poſſunt ferre ſententiam ſanguinis.*
40. *Monachi eximuntur à ſolutione decimarum quoad terras, quas ipſi excolunt.*
41. *Monachi tenentur ſoluere decimas de terris, quas locant aliis.*
42. *Canonica portio quæ dicatur.*
43. *Abbatis officium quod nam ſit.*

QVÆSTIO NONA.

De Abbatibus.

A ASSERTIO I. Abbates primum (poſt Epiſcopos) locum obtinent hodie in Eccleſia, Abbas in cap. 2. num. 18. de iudiciis. Geminianus in cap. finali, num. 3. de officio delegati in 6. Rodericus de regularibus, tomo 1. quæſt. 12. articul. 5. hinc appellatione prælatorum veniunt Abbates, notatur in clement. vna de ſupplend. neglig. prælat. Idem Abbas in cap. tuam, num. 3. colum. vltim. verſic. ſed hodie de ætate & qualitat. Cardinal. in clement. 1. num. 3. de reſcriptis, de Ripa in dicto cap. 2. num. 3. cum cenſeantur habere dignitatem, cap. ex Apoſtolicæ. ibi. *propria dignitate*. de priuileg. in 6. & volunt Doct. in cap. de multa de præbend. vtpote qui B habeant, & iuriſdictionem, & religionis prærogatiuam, idem Abbas, in cap. ex ore, num. 3. illo titul. de priuileg. apud Gregorium. Hinc Abbatiæ reputantur inter maiora beneficia, can. ſi quis deinceps, 16. quæſt. 2. Tholoza de benefic. cap. 10. num. 9. & conferuntur à Papa hodie in conſiſtorio tamquam maiora beneficia. Gomeſ. in regul. de ſubrogand. collitig. quæſt. 15. Lapus allegat. 73. nu. 11. verſicul. iam de illis expeditur, & in Gallia Rex Chriſtianiſſimus ad Abbatias nominat tamquam prælaturas concordat. rub. de reg ·d præl. nomin. §. monaſteriis. Alph. Sotus in reg. 2. Cancellariæ. 1

2 Eſt autem vox Abbas Syriaca, quæ idem A
eſt, ac patet, cap. officij de electione, quia
patris more ſuos fouere debet monachos,
& inſtruere, can. ſi quis Abbas, 18. quæſt.
2. Abbas in cap. cum in cunctis, num. 4.
verſ. vnde dicit de electione, vel quia
cum monachi tamquam patrem debent
honore proſequi, can. nullam, & can. Ab-
bates, eadem cauſa, & quæſtione, cap.
cum in Eccleſia de maioritate, cap. vltim.
de capellis monach. & ei obedire in om-
nibus, textus, & ibi gloſa in cap. cum ad
monaſterium, verb. in omnibus de ſtatu
monach. ideo enim vocatur ἀρχιμανδρίτης, B
cum præſideat monachis, & habeat iu-
riſdictionem ſuper eos, cap. quanto de of-
ficio ordinarij, & dict. ca. cum in Eccleſiis.

3 Assertio 2. Morum grauitas, æta-
tis maturitas, & literarum ſcientia requi-
runtur in Abbatibus, communis eſt opi-
nio Doctorum, in dicto cap. cùm in cun-
ctis. §. inferiora de electione. Panormit.
in cap. finali, num. 5. de ætate, eſſet enim
indecorum eos aſſumere ad regimen ani-
marum, qui non norunt gubernare ſeip-
ſos, cap. cùm in magiſtrum, & cap. con-
gregato de electione, cap. indecorum,
illo tit. de ætate, quare *hi præficiantur mo-
naſteriis, qui commiſſi ſibi gregis curam com-
modè gerant, & exemplo boni operis ad vir-* C
tutem alios inuitent, ait textus in cap. eam
te, ibidem. cum nihil ſit, quod Eccleſiis
magis officiat, quam quod indigni aſſu-
mantur ad gubernacula Eccleſiaſtica,
cap. nihil eſt, illo tit. de electione, cap.
cum ex eo, eodem titul. in 6. Barboſ. de
poteſtate Epiſcop. part. 3. allegat. 63.
num. 3.

4 Ætatis maturitas, debent enim Abba-
tes eſſe viginti quinque annorum, idque
de iure communi, dict. cap. cum in cun-
ctis, §. inferiora, cap. 1. §. cæterum de ſta-
tu monach. in clement. cum debeant eſſe
presbyteri vt officium valeant rite imple- D
re, cap. cum contingat de ætate, & qua-
litate, ſed ante 25. annos non poſſunt eſſe
presbyteri, clement. vlti. illo titul. ergo.
5 quod non ſeruatur in regno, vbi ſufficit
vt Abbates ſint in 23. ætatis ſuæ anno,
rub. concordat. rub. de reg. ad prælat.
nominat. §. monaſteriis. ibi. *viginti trium
annorum.*

6 Literarum ſcientia, Innocent. in dict.
cap. cùm in cunctis, vt quemadmodum
ſunt dignitate aliis celſiores, ſic religione
& ſcientia ſint clariores, ait textus in cap.
ex multa de voto, cap. cum ſit ars de æta-
te, alias poſſunt priuari à ſuis Abbatiis,
textus eſt in dict. cap. congregato, in quo
hæc Gregorius IX. reſcribit Epiſcopo
Syluanectēſi, *Mandamus, quatenus ſi dictus
Cantor defectum in literatura non patitur,
& alias eſt idoneus ad regimen paſtorale, ip-
ſius electionem authoritate noſtra procures
confirmare: alioquin ipſius Cantoris irrita ele-
ctione nunciata, &c.* de electione, facit
textus, cap. niſi de renunciat. notatur in
cap. licet ergo, 8. quæſt. 1. ignaris enim 7
non ſunt tolerandæ dignitates, can. ſta-
tuimus, 61. diſtinct. à quibus expelli de-
bent, can. illiteratos, & can. ſi quis vult,
38. diſtinct. cùm ignorantia mater ſit er-
rorum omnium, & fœcunda parens, can.
ignorantia, eadem diſtinct. quæ ſi in laicis
tollerari nequit, quanto magis in his, qui
præſunt aliis, nec excuſatione digna erit,
nec venia, ait textus in can. ſi in laicis,
ibidem.

Morum grauitas, nam qui maior eſt, eo
plus peccat, quo eſt aliis poſitus in exem-
plum, cap. inter, & ibi gloſa, verb. maio-
res de tranſlat. Epiſcopi, & ideo fortius ad
inferos deducitur, dicit textus in can.
homo Chriſtianus, 60. diſtinct. imo mo-
rum grauitas poteſt ſupplere defectum
ſcientiæ, dict. cap. niſi, ſed ex his colligi
poteſt in regno diſpenſari Abbates à pro-
motione ad ſacerdotium, nec eſſe debere
presbyteros, cap. licet. can. de electione
cum poſſint (vt dixi) ex dict. concordato
habere Abbatias in ætate viginti trium
annorum, vt benè Rebuff. in illo verbo
viginti trium annorum.

Assertio 3. Abbates ſunt de iure 8
legitimi collatores beneficiorum ſuorum
monachorum, veritas aſſertionis educi-
tur ex dict. clement. vna de ſupplend. ne-
glig. prælat. ideo enim vocantur ordina- 9
rij, cum iure ordinario conferant, gloſa in
extrauag. execrabilis, de præbend. in ex-
trauag. Ioann. 22. & cum appellatione
ordinarij veniant Abbates, Hoſtienſ. in
cap. cùm olim, col. 1. de præſcript.

Assertio 4. Abbates ſunt de iure 10
communi legitimi iudices ſuorum mona-
chorum, can. corripiantur, 24. q. 3. cap.
quanto de off. ordin. cap. irreprehenſi-
bilis de appellat. quia habent iuriſdictio-
nem in eos, vt probauimus ſupr. & vt vult
can. 1. 16. quæſt. 5. cap. cùm ab Eccleſia-
rum, & ibi gloſa, & Doctores illo titul.
de off. ordin. ideo poteſt eos excommu- 11
nicare, cap. cùm in Eccleſiis de maiorit.
cap. ſicut de ſimonia roboratur hæc aſſer-
tio à cap. ea quæ extra de ſtatu monach.
& ibi gloſ. & Doct. vbi dicitur, quod vi-

ſitatores capituli generalis faciunt ſuos A
monachos delinquentes corrigere per eo-
rum Abbates, facit textus in cap. monia-
les de purgatione canonica, & textus in
cap. ſuſcepimus de homicid. in quo Ab-
bas S. Benedicti petit ab Alexandro III.
quid agere debeat de duobus monachis
qui fures occiderunt non realiter, ſed
occaſionaliter. Reſpondet idem Papa
vt ipſe illos ad arbitrium puniat facit 3.
textus in cap. cum illorum de ſentent.
12 excommunicat. vbi monachi ſeſe inui-
cem percutientes poſſunt abſolui à ſuis
Abbatibus.

Obiicies, contrarium velle canonem
de perſona, 11. quæſt. 1. & ibi gloſa, & B
1. 13. quæſt. 2. cap. volentes de priuile-
giis in 6. vbi delinquentes monachi in
loco non exempto puniuntur per ordi-
narium ſcilicet Epiſcopum, adde can. mo-
naſteria, 18. qu. 2. Reſp. Illa omnia iura
eſſe intelligenda quoad crimina mona-
chorum, de quibus fit accuſatio in forma
contentioſa, & criminaliter fit proceſſus
qui debet fieri coram Epiſcopis, & non
coram Abbatibus, qui nullum habent fo-
rum contentioſum. Aufrerius deciſ. 103.
capell. Thol. ita Innocentius, Hoſtienſis,
& alij in dict. cap. quanto, non vero quo-
ad ordinariam iuriſdictionem volunta- C
riam quæ fit ſine ſtrepitu iudicij, quæ tota
verſatur circa Abbates, vt obſtenſum ma-
net vel dic Epiſcoporum correctionem
non extendi niſi ad ea quæ fiunt à mona-
13 chis extra clauſtrum, nam quæ regulæ
ſunt de Abbatis notitia cenſeri debent, vt
vult Concilium Toleta, 4. cap. 50. &
cap. 1. 18. quæſt. 2, vide Panormitan.
quoad hoc in cap. cùm contingat, col.
6. verſ. quare de foro competent. & Pe-
trum de Anchar. in cap. cum illorum de
ſentent. excommunicat. Guidonem Pa-
pam in deciſ. Gratianopolit. q. 559.

14 Assertio 5. Abbates non poſſunt D
amouere ſuos priores, vel monachos, nec
illos deſtituere, conſtat ex cap. 2. in fine
de ſtatu monach. & ibi Doctores, quod
intellige ſine cauſa. Innocent. in cap. in-
ſinuante qui cleri vel monach. Rebuffus
rub. de pacif. poſſeſſ. num. 275. 2. intel-
lige quando beneficia ſunt perpetua ex
ſua natura. collatio enim talium benefi-
ciorum cenſentur facta cum ſuis qualita-
tibus, cap. vnico de capellis monach. in
6. & clement. vnica de ſupplend. negli-
gent. prælat. ideo beneficia manualia, &
15 illa quæ quotannis, vel de triennio in
triennium amouentur, non hic compre-
henduntur, quia non ſunt propriè bene-
ficiæ quæ ſunt perpetua, ſed officia, quia
committuntur & bene ſunt amobilia,
cap. cum ad monaſterium. § ... s de ſta-
tu monachor. cap. 1. in fine de priuileg. in
6. Innocent. in cap. olim de accuſat. ta-
les ſunt prioratus & cuſtodiæ mendican-
tium, quæ non ſunt etiam beneficia.

Hinc non poteſt ſic deſtitutus regula- 16
tis agere contra ſuum Abbatem, vel ſu-
periorem poſſeſſorio recuperandæ, Feli-
nus in cap. cum dilecta, col. 19. verbo
monachus de reſcript. cum poſſit Abbas
ipſum ad nutum deſtituere, gloſa in cle-
ment. ſuprà citata, vnica verbo reuocari,
Mohedan deciſ. 169. alias 340.

Fallit ſi tale beneficium manuale eſſet 17
per Papam ex plenitudine poteſtatis con-
firmatum, tunc enim non poſſet poſſeſſor
illius moueri à ſuperiore, communis eſt
opinio Doctor. in cap. præſenti de off.
ordinarij in 6. & in cap. cum ſingula de
præbend. eodem lib. quia hoc caſu eſt
emancipatus quoad beneficium à ſupe-
riore, vt benè Archid. in dict. cap. præ-
ſenti, plura vide apud Pariſium lib. 11.
de reſignat. quæſt. 3.

Ex his nota poſſe monachos habentes 18
beneficia in perpetuũ ad libitũ diſponere
de ſuis fructibus, quemadmodum ſecu-
lares diſponunt de fructib. beneficiorum
ſecularium; Cardinal. in clement. gratiæ,
col. penult. de reſcript. Nauarrus in can.
cui non datis, nu. 41. 11. quæſt. 1. Pariſ.
quo ſuprà.

Dicitur autem monachus à *μόνος* & *ἀχός*. 19
vnus, triſtis, quia plangentis habet offi-
cium, vt vel ſemel mũdum lugeat, quem 20
deſeruit pro Chriſto, cap. 2. de noui ope-
ris nunciat. & Domini pauidus præſtole-
tur aduentum, can. monachus, 16. qu. 1.
vita enim illius perpetua eſt oratio, & la-
bor, can. præſentem, 25. qu. 1. vel dici-
tur monachus à *μόναχος*, id eſt, ſingularis,
quia ſingulariter omnia agere debet, can.
placuit, eiſdem cauſa, & quæſt. debet
enim ſemper ſolitarius eſſe, & numquam
egredi de clauſtro, quum quemadmodum
non poteſt piſcis viuere ſine aqua, ita nec
monachus ſine clauſtro, can. ſi cupis, in
quo hæc beatus Hieronymus ad Pauli-
num. *Si cupis eſſe quod diceris monachus, id
eſt ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique
non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum.*

Hinc dicitur eſſe mortuus mundo, dict.
can. placuit, Doctores in cap. 2. de ma- 21
ioritat. & in cap. in præſentia de proba-
tionibus, Rebuff. in concordat. rub. de

collationibus. §. volumus, verbo religioſus, 1. quia ideo ſæculum reliquit, vt mortuus ſi[illegible] Creatori ſ[illegible]o in arce contempla[illegible] placeat, cap. cùm ſæculum de iure patronat. 2. quia non habet velle, nec nolle, cum dependeat à ſuperiore, cap. ſi religioſus de electione in 6. cap. religioſi de ſepultur. illo lib. cum propriæ voluntati renunciarit, can. non dicatis, 12. quæſt. 1. ideo non poteſt eſſe iudex, Cardinal. in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. Doctores in clement. etſi principalis, illo titulo, quia non debet implicari negotiis ſecularibus, ex quibus cogatur clauſtrum deſerere, can. nemo, can. interdicimus, & can. ſequenti, 16. quæſt. 1. cap. ad audientiam vltimo de capellis monach. nec arbiter, Hoſtienſis in ſumma. §. 2. de arbitris, Speculat. illo titul. §. 1. ſicuti nec fœmina, cap. dilecti, ibidem.

22 Poteſt tamen Monachus eſſe Vicarius Epiſcopi de licentia ſui prælati, gloſa in can. in præſentium, illa cauſa, 16. quæſt. 1. Geminianus in can. ſi quis, 68. diſtinct. alias non, vt dictum fuit per rationes ſupra citatas.

2. Non poteſt habere proprium, quod ſi habeat in morte, debet in ſterquilinio mitti corpus vna cum peculio, cap. monaſterium de ſtatu monach. cum moriatur hoc caſu monachus excommunicatus, per textum ſingularem, cap. monachi, imo veniret exhumandus, ſi poſt mortem repeiretur habuiſſe peculium, cap. ſuper, vbi gloſa, verb. ſepultura, illo titul. & pro eo exorare eſſet nefas, cum pro talibus non oret Eccleſia, can. pro obeuntibus, 13. quæſt. 2. can. placuit, 23. q. 5.

23 Ex his nota illum propriè dici monachum qui emiſit profeſſionem; textus eſt notabilis in cap. cum in magiſtrum. ibi.
24 *Mandamus, quatenus cum Abbates tales eſſe non debeant, qui per profeſſionem monachi, & canones regulares non fuerint* de electione, cū ab ea ligetur, alias non, Doctores in rub. de religioſ. domibus facit, cap. nullus, illo titul. de electione in 6. & quidquid tunc acquirit, acquirit monaſterio, can. quia ingredientibus, 19. q. 3.

Nota 2. neceſſaria de iure, adhoc vt
25 dicatur quis vere profeſſus. 1. enim requiritur vt maſculus profitens compleuerit annum 16. ex decreto Concilij Tridentini, ſeſſione 25. cap. 16. de regularibus, Nauarrus conſ. 52. num. 2. illo tit. ſecus de iure veteri, vbi quatuordecim tantum anni requirebantur in maſculis
26 profitentibus, duodecim vero in fœminis,

A cap. ſignificatum, & ſequenti de regularibus, & cap. 1. illo titulo in 6. quia ea ætate matrimonia carnalia contrahi poſſunt, can. firma, 20. quæſt. 1. can. puella, 20. quæſt. 2. nam bonum eſt argumentum, de matrimonio carnali ad ſpiritualia, cap. inter, vbi Doctores de tranſlat. Epiſcop. 2. quod profeſſio fiat poſt annum probationis, *qui datus fuit à ſanctis Patribus, non ſolum in fauorem monachi, ſed etiam monaſterij, vt & ille aſperitatis illius, & iſtud mores illius valeat experiri, quod vtrumque diligenter eſt conſeruandum*, ait Innocent. III. in cap. ad Apoſtolicam, eodem tit.
B de regularibus, cum non debeant inexpertes Dei ſeruitio applicari, can. monaſteriis, 19. quæſt. 3. licet ſine vlla probatione profeſſio liget coram ſuperiore ſolemniter facta, quia poteſt quilibet iuri ſuo renunciare, cap. ſtatuimus, illo titulo de regularib. Multa enim fieri prohibentur, quæ tamen tenent facta, can. nos nouimus, 17. quæſt. 1. can. ſi vir. diſtinct. 27. dicto cap. ad Apoſtolicam, hoc tamen erat de iure antiquo, quod hodie non habet locum, obſtante decreto dicti Concilij Tridentini, loco citato. ibi. *In quacumque religione, tam virorum, quàm mulierum,*
C *profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum completum, nec qui minore tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in profeſſione ſteterit, ad profeſſionem admittatur, profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruationem, aut alios quoſcumque effectus.*

3. Vt profeſſio fiat liberè, & ſine vlla vi, 27
vel metu, can. præſens, 20. quæſt. 5. toto titul. de his, quæ vi, metus, & cauſa, profeſſio enim facta alio modo, eſt ipſo iure nulla, cap. nullus rondeatur de regularibus. Vaſquez controuerſ. illuſt. cap. 35. num. 17. Pariſ. lib. 13. reſignat. quæſt. 2.
D num. 7. & 28. quemadmodum electio eſt 28
ipſo iure nulla, cap. vbi periculum de electione in 6. gloſa in cap. bonæ, 1. illo tit. apud Gregorium, Innocent. in cap. quod ſicut, ibidem.

4. Vt fiat in aliqua religione approbata per Papam, cap. vno de voto in 6. de tribus votis, dict. cap. cùm ad monaſterium, vltimo, vt fiat in manibus eius qui poteſt religioni incorporare, vel de eius licentia, cap. porrectum de regularibus, Guido Papæ in deciſionib. delphinalat. quæſt. 502 & de conſenſu Capituli ſui. Speculat. in rub. de ſtat. monach. & Ioannes Andræas in dict. cap. ad Apoſtolicam, &

Digitized by Google

en profeſſio expreſſa, tacita vero dicitur A
29 illa, quando quis vouit ingredi religionem, & in ea per aliquod tempus ſumpſit habitum religionis ab eo, qui poteſt illum dare. Innocent. in cap. fraternitatis, in gloſa, ſuper verb. ſolemni de frigidis in antiq. cap. conſulti de regularibus in antiqua, & tunc illa etiam ligata, dummodo habeat tempore ſuſcepti habitus animum deſerendi ſæculum, & ſit in ætate requiſita, element. finali, illo titul, facit adhoc textus in cap. conſuluit. ibi. *habitus ſine profeſſione ſuſceptus impedit matrimonium ne contrahatur*, qui clerici, vel monach. non vouer. matrimon. in antiq. can. procliuis, 20. quæſt. 2. Cardinalis Zarabella in dict. clement.

Obiicies monachum non facit habitus, ſed regularis profeſſio, dicit Clemens III, in dict. cap. porrectum, ergo per ſolam ſuſceptionem habitus non fit profeſſio tacita, quæ obliget ſuſcipientem ad obſeruantiam regularem. Reſp. diſtinguo antecedens, ſi nullum votum interuenerit, vel animus deſerendi ſæculum, concedo. can. propoſitum, illa 20. cauſa, qu. 2. cap. ſtatuimus de regularibus, ſi alterutrum illorum interceſſerit, nego antecedens, cap. ſuper eo, illo tit. 2. Reſp. 2. monachum non facit habitus nouitij, C. habitus profeſſi, N. cap. vidua, ibidem. ideo debent veſtes nouitiorum diſtingui à veſtibus profeſſorum, & vbi non ſunt diſtinctæ, debent veſtes profeſſorum benedici tempore profeſſionis, adhoc vt ſecernantur, dicto cap. ſtatuimus.

30 Nec poſſunt furioſi profeſſionem facere, cum nullum ſit votum, nullaque obligatio, quæ fit mente alienata, can. Gonzaldus, 17. quæſt. 2. can. neque furioſis, 32. quæſt. 7. cap. ſicut, illo titul. de regularibus.

31 Et vacant beneficia omnia per profeſſionem, dict. can. Gonzaldus, notatur in cap. ex tranſmiſſa de renunciat. cap. beneficium, illo tit. de regularibus in 6. Abbas in cap. admonet, lectur. 2. colum. vltima, verſicul. oppono quod de renunciat. & in cap. quod Dei timorem de ſtatu monach. Diuus Thomas, 2. 2. quæſt. vltima, articul. 7. Rebuffus in concordat. rub. de regia ad prælat. nominat. §. monaſteriis vero, verb. vacantibus. Angel. in ſua ſumma, verb. monaſterium. & eſt communis opinio iuxta regulam 44. Cancell. idem Pariſ. lib. 3. q. 13. num. 13. quemadmodum vacant de iure beneficia Epiſcoporum per conſecrationem illo-

A rum, Doctores in dict. cap. cùm in cunctis. §. cùm vero, Rebuffus in concordat. rub. de mandat. Apoſtolicis, verb. Eccleſias Cathedrales. §. ſtatuimus, Pariſius lib. 3. quæſt. 1. num. 770. & de his poſſunt ordinarij liberè diſponere, gloſ. pragmat. verbo, promotus, §. cenſuit, rub. de electione. Quod ſi quæras quid faciendum ſit de beneficio parochiali eius, qui ingreditur religionem ſine vlla facta profeſſione. vide dict. cap. beneficium, vbi dicitur quod debet ordinarius ponere Vicarium nutriendum de fructibus beneficij, ne parochiani detrimentum patiantur in ſpiritualibus, cap. ne pro defectu de B electione, idem Angelus in ſua ſumma, illo verb. monaſterium, ſed ſemel facta profeſſione poterit idem ordinarius de illo libere prouidere, vt dictum manet, nihil enim poteſt tunc profeſſus poſſidere, cap. nimis de exceſſibus prælatorum cum votum paupertatis emiſerit, Doct. in rubrica de regularib. Abbas cap. ſi religioſus de electione in 6 gloſa in can. legi, verb. inſtructio, 16. quæſt. 1.

Multi tamen profitentur prohibere 32 (præter furioſos, de quibus ſuprà) 1. infantes propter ætatem incompetentem, cap. 1. de regularib. quia illi non ſunt liberi ob defectum ætatis, notat. in cap. C Abbas de his quæ vi, Probus in additione ad Ioannem Monach. rub. de renunciat. in 6. 2. obligati, toto titul. de obligat. ad ratiocinia. non enim valet profeſſio facta in fraudem creditorum, ex quorum moleſtiis monaſterium pateretur incommodum, can. fornicari, 88. diſtinct. cap. Odoaldus de ſolutionib. gloſa in cap. vno, verb. infamatur, illo titulo in 6. teneretur enim ſoluere pro profeſſo, vel ſaltem permittere vt profeſſus manib. ſuis operaretur, & ita ex arte, vel induſtria pecunias compararet ad ſatisfaciendum creditoribus, quod verget in dedecus totius D ordinis regularis, toto titul. ne clerici, vel monachi ſecularibus reb. &c. ad quod adde tales obligatos & non ſoluentes à iure cenſeri infames, can. infames, 6. quæſt. 1. dict. cap. vno. ibi. *Eccleſia infamatur*. 3. propter extremam neceſſitatem parentum laborare non valentium, quo caſu poteſt etiam filius egredi de clauſtro ad ſuccurrendum inopiæ illorum, cum ad id officium, & pietatis debitum teneatur de omni iure, naturali, diuino, & humano. *dixi* laborare non valentium. v. g. ob decrepitam ætatem, nam ſi poſſent parentes victum ſibi quærere operando, non tene-

Digitized by Google

tetur filius egredi de clauſtro, can. firma, A
& ſequenti, 20. quæſt. 1. cum potuerit
hoc caſu filius profiteri inuito patre, can.
puella, 22. quæſt. 2. can. ſufficiat, 27. q.
2. quemadmodum poterat de iure canonico
matrimonium contrahere, cap. fraternitati,
& cap. gemma de ſponſalibus.

4. Propter matrimonium conſummatum prohibentur alij profiteri, can. ſunt qui, & can. multorum, 27. quæſt. 2. niſi fiat de communi conſenſu partium ligatarum, can. coniugatus, & can. ſcripſit, eiſdem cauſa & quæſtione, alias non, *poſtquam enim copulatione coniugij viri, atque mulieris vnum corpus effectum fuit, non poteſt ex parte conuerti, & ex parte in ſæculo* B *remanere*, can. Agathoſa, ibidem, cap. quidam, & cap. cum ſis de conuerſ. coniugator. cap. cum cauſa de raptoribus, *ne remanenti parti in ſæculo tribuatur licentia fornicandi, quo caſu peccatum illius, abſtinentia alterius imputaretur*, cap. ſi tu abſtines, ibidem, cap. coniugatus, & cap. vxoratus, illo titul. de conuerſione coniugat.

Dixi *conſummatum*, quia ante conſummationem matrimonij rectè fieri poteſt profeſſio, quæ ligat profitentem, etiam inuita comparte, cap. verum, eodem titulo de conuerſione coniugat. vltimo debet, vt dixi, eſſe libera, & ſpontanea, dict. C cap. ſicut. ibi. *ſpontanea voluntate*, alias non ligat, toto titulo de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt, dummodo intra quinquennium à die profeſſionis computandum monachus profeſſus reclamauerit, quo elapſo non veniret audiendus, ex decreto Concilij Tridentini, cap. 19. ſeſſ. 25. de regularibus, vt cenſuiſſe fertur ſacra congregatio Illuſtriſſimorum, & Eminentiſſimorum Cardinalium præpoſitorum interpretationi dicti Concilij, die 21. Auguſti, anni 1572. & die 10. Decembris, eiuſdem anni, quia Concilium poſuit illud tempus quinque annorum in D præſcriptionem, ita Pariſius lib. 13. quæſt. 5. num. 46. & ſequent. vbi dicit ſe hanc opinionem defendiſſe duabus vicib. dum interpretaretur, cap. in præſentia de probationibus in 6. & hoc eſt notandum, pauci enim hoc conſiderant decretum, quod incipit *quicumque*, loco citato.

33 Quæres an poſſint monachi ſepelire corpora mortuorum in ſuis Eccleſiis. R. poſſe ſaluo iure parochialis Eccleſiæ. textus eſt in cap. in noſtra de ſepultur. clement. dudum. illo tit. & hoc ius erat diuerſum iuxta locorum conſuetudines, gloſa in his, verb. canonica portio, eodem titulo, notatur in cap. certificari, ibidem, hodie debetur quarta ex conſtitutione, 34
Clementis V. quæ facta fuit in Concilio Viennenſi, & quæ habetur in clement. vltima, illo titul. de ſepulturis.

Et hæc quarta non deducitur de his, quæ leguntur pro ornamentis Eccleſiæ, fabrica, luminaribus, & anniuerſariis, & hoc propter reuerentiam cultus diuini, cap. ex parte, 3. de verbor. ſignificat. gloſa in dicto cap. de his, verb. deduci, ſicuti 35
non fit deductio de equis, & armis, niſi inductus fuerit defunctus dolo, vel fraude monachorum ad talem diſpoſitionem faciendam, quo caſu deductio fieret, dict. cap. in præſentia, fraus quippe, vel dolus nemini debet patrocinari, cap. aduerſus. §. propter de immunitate Eccleſiar. cap. ad noſtram de emptione, & notat. in cap. officij de teſtamentis. Ratio autem re- 36
ſponſionis hæc eſt, quæ depromitur ex iure canonico, quia *cum liberum ſit de vniuerſis inſtitutionibus ſanctorum Patrum apud religioſa loca in vltima voluntate ſibi eligere ſepulturam, canonicæ procul obuiat rationi, qui deuotioni, & extremæ voluntati decedentium in hac parte contradicere præſumitur*, ait textus in cap. cum liberum ſit de ſepulturis.

Non poſſunt tamen monachi, quemadmodum 37
nec clerici ſeculares implicare ſe negotiis ſecularibus, cap. 1. & cap. ſed nec procurationes ne clerici, & ideo 38
non poſſunt de iure canonico vacare ſtudiis legum ſecularium, vt phyſices, medicinæ, iuriſque ciuilis, cap. non magnopere, & cap. vltimo, illo titulo: & hoc vt vacetur ſtudio Theologiæ, cuius obiectum eſt nobilius aliis cæterarum ſcientiarum. Turrecremara in can. Epiſcopos, num. 3. 18. diſtinct. *Ideo debet ampliari Theologia, vt dilatato ſui tentorij loco funiculos ſuos faciat longiores, & ſic fides Catholica circumcincta ſit muro inexpugnabili bellatorum, quibus reſiſtere valeat aſcendentibus ex aduerſo.* cap. ſuper ſpecula de magiſtris. vide tamen decretalem Honorij III. limitatam in caſibus inſertis, in cap. 1. illo tit. in 6.

Nec poſſunt ferre ſententiam ſangui- 39
nis, alias eſſent irregulares, cap. clericis, & cap. ſententiam, illo titul. ne clerici, vel monachi, cap. vltimo, eodem titulo in 6. crudele enim eſſet, ab his iudicium ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela refugij conſtituta, dicit textus in cap. cum Eccleſia de immunit. Eccleſiar. ideo non poſſunt exercere medicinam, chirurgiam, vel aliam

aliam artem, per quam inciſiones membrorum inducantur, vt fuiſſe iudicatum à Senatu Diuionenſi die 14. Auguſti, anni 1555. aſſerit Rapon. lib. 2. arreſtorum, titul. de capacitat. & incapacitat. arreſto 4.

40 Non tamen tenentur ſoluere decimas Eccleſiis parochialibus de terris, quas ipſi propria manu excolunt, cap. decimas, 16. quæſt. 1. cap. ex parte de decimis, habent enim priuilegium Papale, quod non ex-
41 tenditur ad terras conductas, cap. licet, ibidem.

42 Quæres, quid ſit canonica portio de qua ſuprà. Reſp. quod eſt illa, quæ à lege, & canone deputatur Eccleſiæ parochiali derelictis à parochianis, textus, & ibi Doctores in dict. cap. in noſtra. Quodnam autem ſit officium Abbatis lege, in can. nullam, 18. quæſt. 2. cap. cùm ad mona-
43 ſterium de ſtatu monachor. & an dicatur Abbas, antequam Benedictus fuerit à ſuo diœceſano dic quod ſic, cap. 1. de ætate & qualitate, cap. 1. de ſupplend. negligentia prælatorum, cap. meminimus de accuſationibus, Oldrad. conſilio 14. Felinus in cap. monaſterium, colum. 1. de re iudicat. quemadmodum Summus Pontifex dicitur talis ante coronationem, clement. quia nonnulli de electione. non tamen poteſt Abbas conferre minores ordines ſuis monachis ante benedictionem, can. accedens, 50. diſtinct. cap. tuam de ætate. an autem habeant Abbates vſum mitræ dic quod non niſi ex conceſſione Pontificia, cap. vt Apoſtolicæ de priuileg. in 6. ex his nota, quod licet de iure communi Abbatum electio pertineat ad monachos, cap. officij de electione, & dico infrà vbi de Capitulis, in ſequenti quæſtione. hodie tamen (vt dixi) in regno Abbates nominantur à Rege Chriſtianiſſimo, ex dict. concordato, rub. de reg. ad prælat. nominat. §. monaſteriis, nec hodie deponi poſſunt niſi à Papa. Roderic. de regularib. tom. 2. qu. 41. art. 3. ſicuti nec Epiſcopi, gloſſa in can. Epiſcopus, verb. ſynodus, 11. quæſtione 3.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS DECIMÆ.

1. *Capitulum quid ſit.*
2. *Canonici faciunt vnum corpus cum prælato.*
3. *Canonici ſunt fratres.*
4. *Prouentus Capituli debent diuidi æqualiter inter Canonicos.*
5. *Epiſcopus eſt caput Capituli.*
6. *Appellatione Capituli venit prælatus in fauorabilibus.*
7. *Epiſcopi debent omnia agere de conſenſu ſuorum Canonicorum cathedralium.*
8. *Capitulum aliud Cathedrale, aliud Collegiale.*
9. *Capitulum cathedrale nobilius eſt collegiali.*
10. *Cathedralis Eccleſia quæ dicatur.*
11. *Nomine Cathedralis Eccleſiæ venit Metropolitana.*
12. *Cathedralis Eccleſia eſt coniux Epiſcopi.*
13. *Eccleſiæ nomine, venit ſola cathedralis Eccleſia.*
14. *Eccleſia cathedralis latius patet, quam collegialis.*
15. *Ad validitatem actuum Epiſcopalium requiritur conſenſus capituli.*
16. *Epiſcopus nihil poteſt alienare ſine conſenſu ſui capituli.*
17. *Canonici ſunt Senatores Epiſcoporum.*
18. *Epiſcopi non poſſunt vnire Eccleſias ſine conſenſu Capituli.*
19. *Beneficium vnitum non dicitur beneficium.*
20. *Vniones beneficiorum poſſunt fieri ſine vocatione rectorum.*
21. *Epiſcopi non poſſunt conferre ſine conſenſu Capituli.*
22. *De conſuetudine non requiritur conſenſus capituli in collationibus beneficiorum faciendis ab Epiſcopo.*
23. *Caſus in quibus non requiritur de iure conſenſus capituli in his quæ fiunt ab Epiſcopo.*
24. *Capitulum, habet ſigillum.*
25. *Canonici cathedrales ſunt in dignitate, & ideo poſſunt eſſe delegati Papæ.*
26. *Capitula cathedralia debent admitti ad ſynodos prouinciales.*
27. *Canonici cathedrales debent eſſe quatuordecim annorum.*
28. *De ſtylo regni ſeptem anni ſufficiunt in canonicatibus vacantibus iure regaliæ.*
29. *Decem anni ſufficiunt ad habendum canonicatum in collegiali.*
30. *Canonici non poſſunt facere ſtatuta inconſulto prælato.*
31. *Canonici cathedrales ſunt de iure communi ſoli electores ſuorum prælatorum.*
32. *Poteſt de conſuetudine ius eligendi ad alios pertinere.*
33. *Laici non poſſunt de iure intereſſe electionibus prælatorum.*
34. *In regno ſolus Rex nominat ad prælaturas.*

Digitized by Google

35. Canonici poſſunt de conſuetudine conferre prebendas canonicales.

36. Canonici dicuntur ordinarij in iure canonico.

37. Canonici Lodouenſes conferunt per turnos, ceu hebdomadas prabendas canonicales.

38. Beneficia ſunt conferenda ſine vlla acceptione perſonarum.

39. Canonicatus Lugdunenſis conferri debent ſolis nobilibus.

40. Quinam de iure conferant prabendas.

41. Bona eſt conſuetudo, qua canonici delinquentes puniuntur à Capitulo.

42. Canonicus non ſubdiaconus non debet poni in turno conferendi prabendas cum confratribus ſubdiaconis.

43. Canonici non ſubdiaconi non debent habere vocem in Capitulo.

44. Canonici non ſubdiaconi debent ſedere in ſedibus inferioribus exiſtentibus in choro.

45. Canonici cur ita vocentur.

46. Bona eſt conſuetudo Eccleſiæ Lodouenſis, qua ſoli Canonici de gremio admittuntur ad dignitates capitulares.

47. Canonicatus cathedrales debentur viris literatis.

48. Gratia Papalis de beneficio cathedrali non includit Canonicatus cathedrales.

49. Canonicatus vt includantur in gratiis Papalibus debent ſpecifice nominari.

50. Solus Papa ſupplet iure deuoluto defectum Canonicorum eligendi facultate priuatorum ipſo iure, vel per ſententiam.

51. Bona eſt conſuetudo Eccleſiæ Lodouenſis, qua antiquiores Canonici optant domos canonicales.

52. Officium, & onus canonicale hic apponitur.

53. Canonicus Theologalis non tenetur intereſſe horis canonicis.

54. Canonici tenentur dare integraliter fructus prabendarum Canonicis ſtudentibus in Theologia, vel in iure Canonico.

55. Theologia eſt ſermo Dei.

56. Theologia eſt multum priuilegiata de iure.

57. Bona eſt conſuetudo dicta Eccleſiæ Lodouenſis, qua tenetur Epiſcopus ſingulis feſtis maioribus dare panem & vinum ſingulis Canonicis.

58. Canonici tenentur recipere profeſſionem fidei à quibuſcumque Canonicis recipiendis in Capitulo.

59. Poſſeſſio triennalis non refragatur canonico qui non emiſit profeſſionem fidei tempore ſua receptionis in capitulo.

60. Verbum tenentur importat neceſſitatem

61. Canonici tenentur portare cappas quando ſunt in turno eas portandi.

62. In collationibus faciendis per Capitulum, debent omnes vocari.

63. Plus nocet contemptus vnius, quam contradictio multorum.

64. Collatio facta per Capitulum vno canonico non vocato venit irritanda ad inſtantiam ſpreti.

65. Capitulum ſede vacante ſuccedit iuriſdictioni Epiſcopali.

66. Capitulum ſede vacante confirmat electiones.

67. Capitulum ſede vacante confert beneficia quæ ſunt de collatione Epiſcopi ſimul & Capituli.

68. Capitulum ſede vacante non confert beneficia, qua ſunt de collatione ſolius prælati.

69. Capitulum non ſuccedit in iuriſdictione voluntaria mortuo prælato.

70. Capitulum ſuccedit in iuriſdictione neceſſaria.

71. Capitulum ſede vacante concedit ordinandis dimiſſorias in caſibus hic inſertis.

72. Capitulum ſede vacante dat officia laicalia vacantia tempore vacationis ſedis.

73. Collatio Epiſcopi eſt nulla qua facta fuit ſine conſilio Capituli, cùm debeat fieri de eius conſilio.

74. Vacatio alia vera, alia interpretatiua.

75. Vacatio vera quæ ſit.

76. Vacatio interpretatiua qua dicatur.

77. Eccleſia dicitur viduata, qua licet prælatum habeat, inutilem tamen habet.

78. Inutilis eſt non conſecratus.

79. Per ſolam conſecrationem prælatus fit ſponſus Eccleſiæ.

80. Ratio inſtituendorum Capitulorum hic inſeritur, deducta ex iure Pontificio.

81. Capitula cathedralia tenentur creare Vicarios intra octos dies à die vacationis computandos, alias ius deuoluitur ad Metropolitanos.

82. Elogia Canonicorum cathedralium hic apponuntur.

82. Capitula cathedralia comprehenduntur in diſpoſitione, cap. licet de ſupplend. negligent. prælatorum.

84. Capitula cathedralia vacantibus ſedibus tenentur in regno conferre graduatis beneficia vacantia in eorum menſibus.

Digitized by Google

QVÆSTIO DECIMA.

De Capitulis, tum Cathedralibus, tum Collegialibus, eorumque poteſtate ſede vacante.

QVamuis Panormitanus aſſerat
vocem hanc *Capitulum* multis
modis poſſe ſumi, in cap. capi-
tulum de reſcriptis, apud Gre-
gorium, ſignificationes eius omnes omit-
to, vt ad veram definitionem deueniam,
hoc tantum dico non intelligi hic à nobis
nomine Capituli locum, in quo conueniunt
canonici de rebus Eccleſiæ tractaturi, quo B
ſenſu ſumi poteſt, teſte eodem Doct. in
cap. in cauſis de electione, ſed eo modo
quo in hac aſſertione affirmatur.
1 Assertio i. Capitulum (vt hic)
eſt corpus Canonicorum ſimul in Eccle-
ſia vni Deo deſeruientium, quorum ca-
put eſt Prælatus, hæc definitio eo bona
eſt, quo educitur ex penetralibus iuris
Pontificij, can. ſi quis Epiſcopus, 1. qu. 3.
dict. cap. capitulum, cap. nouit de his
quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu, cap.
Doct. in illa rub. gloſa in cap. dilecta,
verb. nec ſunt vnum corpus de exceſſibus
prælator. idem Panormitan. in cap. cùm C
terra notab. 1. de electione, vbi dicit,
quod Capitulum eſt congregatio ſecula-
rium, & Monaſterium, congregatio re-
gularium, idem Doctor. in clement. etſi
principalis, illo titul. de reſcriptis.
2 Dixi *corpus*, Canonici enim faciunt
vnum corpus, dicto cap. nouit, & cap.
quanto, ibidem, quod denotat charita-
tem mutuam, quæ debet eſſe inter illos,
qui ideo paſſim in iure vocantur fratres,
3 dict. cap. Capitulum. ibi. *Quocirca man-
damus, quatenus eo recepto in canonicum, &
in fratrem.* cap. mandatum, illo tit. de re-
ſcript. dict. cap. in cauſis. cap. dilectus pe-
nult. ibi. *vt eum reciperent in canonicum, &* D
in fratrem, de præbend. cap. diſcerne de
teſtib. cogend. cap. tua nos duxit, ibi. *&
clerici, qui eum in fratrem admittunt* de ſy-
monia, quemadmodum omnes fideles di-
cuntur vnum corpus, ſiue vna Eccleſia
per fidem, & charitatem, cap. 2. de Sum-
ma Trinitate, cuius caput eſt Chriſtus,
can. Engeltruda, 3. quæſt. 4. ponderet,
50. diſtinct. hoc tamen non ſeruatur ho-
die, videmus enim infinitas lites inter eos,
aït textus in cap. dilectorum, illo titulo
de teſtibus cogend. Rebuff. in concordat.
rub. de regia ad prælatur. nominatione,
verbo, fratribus noſtris, ſed væ nobis,
A quos excœcauit cauda venenoſi ſerpen-
tis, & qui ædificamus ad gehennam, vt
dicitur in cap. tua nobis de ſymonia, ſub-
uertere enim nitimur, atque diuidere co-
namur Eccleſia vnitatem, cap. relatum
eſt de ſepultur. in antiqua.
Inſeruientium, qua de cauſa *debent pro-* 4
*uentus Eccleſiæ diuidi æqualiter inter illos, nec
debent maiores minoribus, aut ſeniores iunio-
ribus inuidere, ſed omnes, qui in vna Eccleſia
vni Deo famulantur pari gaudere libertate,
cum pondus, & pondus, menſura, & menſura
vtrumque ſit abominabile apud Deum*, ver-
ba ſunt Innocentij III. in cap. cum om-
B nes de conſtitutionibus, in ſua antiqua
decretal.
Quorum caput eſt prælatus, ita dicit tex- 5
tus in dict. cap. nouit, ideo non debent
membra recedere à capite, can. non de-
cet, 12. diſtinct. cap. cum non liceat de
præſcript. Tholozan. de benefic. cap. 10.
num. 15. Abbas in cap. auditis, num. 3. in
fine, verſicul. nam habentes dignitatem
de electione. Menoch. conſ. 32. num.
139. gloſ. in cap. à collatione, verb. præ-
latus de appellationibus in 6. Graſſ. de-
ciſ. 131. num. 6. de his quæ fiunt à maiori 6
parte, cap. & ratione, talis vnitatis nomi-
C ne capituli venit caput, id eſt, prælatus,
ſaltem in fauorabilibus, vt limitat Barbat.
in cap. ex parte, notab. 1. de reſcript. non
in aliis, cap. eam te, vbi per reſcriptum
directum Capitulo non grauatur Epiſco-
pus, illo titul. cap. cum inter de elect. pa-
tetque ex ſuprà inſcriptione, cap. cùm à
nobis, ibi. Archiepiſcopo & capitulo Ca-
puano, eodem titul. de elect. dixi *caput*, 7
quia quemadmodum non poteſt prælatus
quidquam agere ſine fratribus, can. Epi-
ſcopus, 1. 15. quæſt. 7. cap. 1. de his quæ
fiunt à prælatis ſine conſenſu capitul. cap.
vltimo, ibidem in antiq. gloſ. in cap. cùm
nos, verb. reclamante, illo titul. ita nec
D Capitulum quidquam validè agit ſine
prælato. Marian. Soc. in cap. 1. num. 15.
de exceſſib. prælatorum. gloſa in cap. ſta-
tutum, verb. collegiari de elect. lib. 6.
Eſt autem Capitulum aliud cathedrale, 8
aliud collegiale, de primo agitur in dict.
cap. capitulum, cap. cum conſuetudinis
de conſuetudine, cap. vltimo de poſtu-
lat. prælatorum, cap. cùm inter de elect.
cap. vltimo de his quæ fiunt à prælatis ſi-
ne conſenſu, cap. textus in cap. edoceri,
ibi. *cum ex officio ſuo teneantur congrega-
tionum ſuarum negotia procurare*, cap. cùm
dilectus, illo tit. de conſuetud. & eſt ſe-
cundum eo nobilius primo, quo Eccleſia

Carhedralis eſt nobilior Collegiali, cap.
ſtarutum de reſcript. in 6. gloſa in cap. 2.
verb. ſtatutum de verbor. ſignif. illo lib.
Abbas in cap. cùm acceſſiſſent, num. 4.
de conſtitut. Præpoſitus in can. Carho-
licæ, verſicul. nota quod vnaquæque Ec-
cleſia, diſtinct. 11. Concilium Tridenti-
num, cap. 12. ſeſſione 24. de reforma-
tione, quæ ſola vocatur inſignis, Inno-
cent. in cap. præſenti, num 3. de reſcri-
ptis, notatur in cap. cùm Eccleſia ſutrina
10 de cauſa poſſeſſionis, diciturque Cathe-
dralis, quia habet ſola cathedram Epiſco-
pi, can. ſi quis Epiſcopus, 7. quæſt. 1. Ho-
ſtienſis, & alij, in cap. ne pro defectu de
elect. Archid. in dict. cap. ſtatutum, co-
lum. 1. Rebuffus in concordat. rub. de
collat. verb. cathedrales, vel quia Epiſco-
pus ratione dictæ Eccleſiæ percipit ius
ſuum cathedraticum, can. placuit, 10. q.
3. cap. conquerente de officio ordinarij,
cap. paſtoralis de donar. Pariſ. in ſuo tra-
ctat. de confident. benef. quæſt. 15. num.
5. de illo iure egimus ſuprà, vbi de Epi-
ſcopis, in quæſtione octaua, in explica-
tione dicti cap. conquerente.

11 Hinc nomine Cathedralis Eccleſiæ, ve-
nit etiam Metropolitana Eccleſia, cap.
quamuis, 1. de præbend. in 6. Ioannes
Monach. in cap. vno, colum. 1. de rerum
permut. illo lib.

12 Hinc Cathedralis Eccleſia vocatur ſo-
la coniux Epiſcopi, qui cum ea ſola dici-
tur contrahere matrimonium ſpirituale,
cap. inter corporalia, & cap. licet de trāſ-
lar. Epiſcop. cum enim ſoli Canonici Ca-
thedrales eligant, vt dico infrà, cap. du-
dum de elect. dict. cap. cum Eccleſia ſu-
trina, per conſenſum eligentium, & ele-
cti quaſi vinculum coniugale contrahi-
tur, cap. cùm inter Canonicos, illo tit. de
elect. ideo non poteſt poſtea Epiſcopus
deſerere ſponſam, quum quod Deus con-
13 iunxit, ſeparari non debeat, can. Ebron,
13. quæſt. 2. dict. cap. licet.

Hinc Eccleſiæ nomine per antonoma-
ſiam intelligenda venit ſola Carhedralis,
cap. cùm clerici, & ibi gloſa, verb. Capi-
tulum, de verborum ſignificat. quemad-
modum per Eccleſiam matricem intel-
ligitur, can. videntes, 12. qoæſt. 1. cap.
venerabili, illo titul. de verbor. ſignific.
textus, & ibi gloſa, in cap. cùm canonicis
de cenſib. cum illa dicatur matrix, in quā
eſt ſedes Epiſcopi, can. vbicumque, 13.
quæſt. 2. gloſa in cap. officium, verb. ma-
trice de officio Archidiaconi, & cum illa
maior ſit communio Epiſcopi, quam cum
A cæteris Eccleſiis, cap. requiſiiſti de teſta-
mentis, & ſecundo ex hoc habetur di-
cta matrix, quia cæteræ Eccleſiæ ſunt
ad eam, reſpectu filiæ ad matrem, clem.
2. de baptiſmo licet aliquando parochia-
lis Eccleſia poſſit dici matrix, vt notatur
in clem. 2. de ſentent. excommun.

Hinc latius patet Eccleſia Carhedralis, 14
quam Collegialis, dict. cap. nouit, quia
omnis Eccleſia Carhedralis eſt Collegia-
lis, Hoſtienſis in cap. à nobis, nom. 3.
verſicul. quidquid etiam ſuperius dixerit,
& ibi Abbas, num. 8. verſicul. item Ec-
cleſiæ Cathedrales de iure patronatus, ſed
non vice verſa, teſte Ioanne Andræa in
B dict. cap. Rebuff. loco citato.

Assertio 2. Conſenſus Capituli 15
cathedralis eſt omnino neceſſarius ad va-
lidandos actus Epiſcopales, niſi in caſibus
expreſſis à iure, vel à conſuetudine, veri-
tas aſſertionis patet ex tota rub. de his
quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capitul.
gloſa in cap. paſtoralis, verſicul. item ſi
criminalis de officio ordinarij, gloſa in
can. 1. verb. laico, 16. quæſt. 2. gloſa in
dicto cap. nouit, verb. carere, & ibi idem
Ioannes Andræas, num. 3. Innocent. in
dict. cap. quanto, nam quando lex præ-
cipit aliquid fieri de conſenſu alicuius,
conſenſus illius ex neceſſitate habendus
C eſt, dicit idem Ioannes Andræas in regula
nullus ex conſilio, num. 5. verſicul. 3. vbi-
cumque de regul. iuris in 6. in mercuria-
libus, Mendoſa in tractat. de inhibit. qu.
129. num. 3. Ancharus in repetit. cap. 1.
num. 98. verſicul. & hæc vera de conſti-
tut. Felinus in cap. ſuper his, num. 7. de
maioritate.

Hinc non poteſt Epiſcopus alienare res 16
Eccleſiæ ſine conſenſu ſui Capituli, can.
alienationes, 12. quæſt. 2. cap. fraternita-
tem de donationibus, alias alienatio eſt
nulla ipſo iure, can. ſine exceptione, illa
cauſa, 12. qu. 2. cap. 1. de his quæ fiunt
D à prælatis ſine conſenſu cap. nam Cano-
nici ſunt Senatores Epiſcoporum, can. 17
Eccleſia Senatum habet, 16. quæſt. 1.
can. ſi quid, 86. diſtinct. Hoſtienſ. in cap.
antiqua de priuilegiis.

Hinc non poteſt Epiſcopus facere vnio- 18
nes beneficiorum ſine conſenſu ſui Capi-
tuli, dixi ſuprà, vbi de Epiſcopis probatur
Epiſcopus, non poteſt alienare ſine con-
ſenſu Capituli, toto titulo de rebus Ec-
cleſiæ alienand. Bero. in cap. 1. num. 37.
illo titul. clement. 2. ibidem, ſed vnire eſt 19
alienare, gloſa in clement. 1. illo titulo,
quia beneficium vnitum non dicitur am-

Digitized by Google

plius beneficium, Geminianus in cap. A
ſunt perſona. §. vltimo de priuileg. in 6.
Felinus in cap. in noſtra cortelat. 33. de
reſcript. Rora deciſ. 10. de rebus Eccleſiæ
non alienand. Rebuffus in tractat. nomi-
nat. quæſtione 15. num. 31. cum num-
quam vacare cenſeatur, clement. vna de
20 exceſſib. præl. licet non requiratur con-
ſenſus rectoris. element. vltima, illo titu-
lo de rebus Eccleſiæ alienand. & proba-
tum fuit clarius ſuprà.

21 Hinc non poſſunt Epiſcopi conferre
beneficia ſine conſiliu Canonicorum ca-
thedralium, probatur, conferre eſt dona-
re, cap. cùm acceſſiſſent de conſtitutioni-
bus, cap. propoſuit de conceſſione præb. B
cap. paſtoralis de donationibus, Abbas in
cap. authoritate de inſtitutionibus, ſed
non poteſt donare, vt dictum manet, er-
22 go, hoc tamen non ſeruatur de praxi, &
de conſuetudine quæ venit ſeruanda,
cap. dilectus, & cap. vltimo de conſue-
tud. textus, & ibi gloſa, in cap. ea noſci-
tur, verb. conſuetudine, illo tit. de his,
quæ fiunt à prælat. & eſt textus ſingularis
in cap. non eſt vbi licet in corrigendis ex-
ceſſibus ſubditorum requiri debeat à
prælatis conſenſus canonicorum, tamen
non petitur in caſibus in quibus conſue-
tudo non eſt requirendi, eodem titulo de C
conſuetud. in 6.

23 Dixi niſi in caſibus expreſſis à iure pri-
mus eſt in alienatione rerum modicarum
Eccleſiæ, & quæ non ſunt magni momen-
ti, can. terrulas, 12. quæſt. 2. cap. cæte-
rum de donationibus, gloſa in dict. cap.
1. verb. commutatione rei Eccleſiaſticæ.
2. poteſt recipere decimas à laicis habitas
in feudum, cap. cum Apoſtolicis, illo tit.
de his quæ fiunt à prælatis.

Ratio hæc quia licet alienationes rerum
Eccleſiarum fieri nequeant de iure ab ip-
ſis Epiſcopis ſine conſenſu Capitulorum
ſuorum, illo titulo de rebus Eccleſ. alie- D
nand. tamen in reuocatione talium alie-
nationum nullus requiritur conſenſus,
cum per eam vtilitati Eccleſiarum con-
ſulatur. 3. poſſunt Epiſcopi monaſteria
ædificare intra ſuas diœceſes, & ea dotare
de rebus Eccleſiæ, dummodo ipſis non
amplius, quam quinquageſimam partem
Eccleſiis vero quas pro ſepulturis eligunt
non amplius quam centeſimam partem
cenſus ſuarum Ecleſiarum cathedralium
elargiantur, per textum notabilem, in can.
bonæ rei, 12. quæſt. 2. cap. Apoſtolicæ
ſedis oraculo de donationibus, ex his.

24 Nota magnam eſſe poteſtatem Capitu-
lorum cathedralium, 1. faciunt corpus,
vt diximus, Archidiaconus in can. Abba-
tibus, 12. quæſt. 7. Abbas in dict. cap.
nouit, ſunt fratres Epiſcoporum, Hoſtien-
ſis in cap. antiqua de priuileg. quemad-
modum diximus Eminentiſſimos Cardi-
nales eſſe fratres Papæ, cap. 2. de officio
legati in 6. Hoſtienſ. in cap. ad liberan-
dum, num. 3. de iudiciis, habent ſigillos,
can. in nomine, in fine. 73. diſtinct. cap.
ſignificauit de appellat. gloſa in cap. di-
lecta, verb. nec ſint vnum corpus de ex- 25
ceſſibus prælat. 4. Canonici cathedrales
cenſentur eſſe in dignitate, cap. ſtatutum
de reſcript. in 6. ideo poſſunt eſſe legati
Papæ, vt ibi dicitur Achill, Graſſ. deciſ.
327. in manuſcriptis, admittũtur ad Con- 26
cilia prouincialia, de quibus in cap. ſicut
olim de accuſationibus, & in 18. diſtinct.
per totum, textus eſt in dict. cap. vltimo,
vbi reprehenduntur ab Innocentio III.
Archiepiſcopus Senonenſis, & eius ſuffra-
ganei, eo quod admittere recuſaſſent ad
Concilium prouinciale procuratores ca-
thedralium Eccleſiarum dictæ prouinciæ
Senonenſis, de his quæ fiunt à prælatis
ſine conſenſu Cap.

Ideo debent omnes Canonici cathe- 27
dralium eſſe quatuordecim annorum ex
regula 27. Cancellariæ, indecorum enim
eſt pueros videre Canonicos in Eccleſiis
cathedralibus, cap. ſuper inordinata de
præbend. Panormit. in cap. præterea de
ætate. Ægidius de Bellamera deciſ. 727.
Rebuff. in tractat. de pacificis poſſeſſo-
ribus, num. 178. niſi in prouiſo iure rega- 28
liæ, cui de ſtylo regni ſufficiunt ſeptem
anni, Ruzæus in tractat. de iure regaliæ,
priuileg. 24. in fine, vbi dicit ita fuiſſe iu-
dicatum à Senatu Pariſienſi, & Canoni- 29
cis collegialium ſufficit eſſe decem anno-
rum, teſte eodem Ruzæo, vbi ſuprà, idem
Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſat. ratione
ætatis, num. 28. & ſequenti.

Assertio 3. Nec vice verſa validè 30
quidquam agere poſſunt canonici ſine
prælato, cap. vt ſuper. §. poſſeſſiones de
rebus Eccleſiæ alienand. vel non. Butrius
in cap. conſtitutus, num. 25. de reſcript.
ideo non poſſunt condere ſtatuta in-
conſulto prælato, Doct. in cap. cùm om-
nes, de conſtitutionib. concernentia ſta-
tum Eccleſiæ, Felinus in cap. edoceri, nu.
4. de reſcriptis, quidquid dicat gloſa in
cap. 2. verb. ſtatutum, de verb. ſignificat.
in 6. nec immutare conſuetudines Eccle-
ſiæ, cap. cum conſuetudinis de conſue-
tud.

31 Assertio 4. Canonici Cathedra- A
li ſoli de iure eligunt ſuos prælatos, patet
aſſertio ex diſpoſitione, can. nullus, can.
Adrianus, 63. diſtinct. cap. in cauſis de
electione, cap. gratum gerimus de poſtu-
lat. prælat. cap. cùm Eccleſia, ibi. *ſecun-
dum ſtatuta canonica electiones Epiſcoporum,
ad cathedralium Eccleſiarum clericos regula-
riter pertinere noſcuntur*, de cauſa poſſeſſiu-
nis, Abbas in dicto cap. nobis, num. 8.
verſ. iam conſueuerunt eligere de iure
patronatus, Maſcard. de probationibus,
concluſ. 585. num. 10. verſicul. item quod
conſueuerint eligere, Pragmatica ſanctio,
rub. de electione.

32 Hinc qui vult intereſſe electioni præ- B
latiali us à Canonico debet probare, cap.
bonæ memoriæ, ibi. *requiſito ſuffraganeo-
rum aſſenſu, ſi eſſet de antiqua, & approbata
conſuetudine requirendus, vers. tit. de poſtulat.
prælat.* idem in dict. cap. cum Eccleſia. ibi.
*niſi alibi ſecus obtineat ac conſuetudine ſpe-
ciali.*

33 Fallit quod laicos, qui prohibentur de
iure ab electionibus, etiam quauis contra-
ria conſuetudine non obſtante, per tex-
tum cap. Maſſana de electione, quæ vt iu-
ri contraria, perniciosa exemplo, & in di-
ſpendium Eccleſiæ libertatis redundans
eſt reprobanda, cap. quæ in Eccleſiarum C
de conſtitut. cap. cum terra, & cap. ſacro-
ſancta de electione, cap. requiſiuit de te-
ſtament. Rota deciſ. 564. num. 3. parte
4. in recentioribus, quia laicorum iudicio
ſpiritualia dari non debent, cap. decerni-
mus de iudiciis, *quos nullam in talibus po-
teſtatem habere conuenit*, ait textus in dict.
can. nullius. gloſa in dict. cap. Maſſana,
34 verb. per laicos, hodie in Gallia electio
non viget, & Rex Chriſtianiſſimus nomi-
minat ad prælaturas vacantes, concordat.
rub. de electiones derrogat, & reg. ad
prælat. nominatione, dico fuſius infrà in
tertia diſputatione, vbi de modis habendi
beneficia.

35 Assertio 5. Validè conferunt Ca- D
nonici præbendas Canonicales, vbi eſt
conſuetudo illas conferendi, textus eſt, &
ibi gloſa, & Doct. in cap. cum Eccleſia de
36 electione, & hoc caſu rectè dicuntur or-
dinarij, cap. accedentes de præſcriptioni-
bus, cap. vno ne ſede vacante in 6 cum
iure ordinario conferant, gloſa in cap. or-
dinarij de officio ordinarij, illo lib. & in
cap. ſi ſoli de conceſſ. præbendæ, eodem
lib. 6. nec faciunt iniuriam ſuis Epiſcopis,
ſicuti credebat olim noſter Epiſcopus Lo-
douenſis, cum iure ſuo vti cenſeantur,
can. quod debetur, 14. quæſt. 1. can. non
ſanè, 14. quæſt. 5. gloſa in dict. cap. cùm
Eccleſia, verb. iniuriam. quare non mul- 37
tum timeant minas dicti Canonici Lodo-
uenſes confratres mei, ſed conferant per
turnos, & hebdomadas præbendas Eccle-
ſiæ vacantes in vim Bullæ Iulianæ, & con-
ſuetudinis hactenus ſeruatæ, iuxta cap.
mandatum de præbend. in 6. quæ con-
ſuetudo venit ſeruanda, cap. irrefragabi-
bili de officio ordinarij.

Hinc quamuis beneficia veniant con- 38
ferenda ſine acceptione perſonarum no-
bilibus, & ignobilibus, cùm non generis,
ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas
gratum Deo faciant, & idoneum ſeruito-
rem, dicit Innocentius III. in cap. vene-
rabilis de præbendis, ſeruanda tamen ve-
nit conſuetudo, quæ eſt in quibuſdam re-
gni Eccleſiis, vt Lugduni, qua ſoli nobiles 39
admittantur ad Canonicatus, Innocent.
in cap. fraternitatem de ſepultur. gloſa in
cap. ſtatutum, verb. committantur de re-
ſcript. in 6. ex his collige.

Collationes præbendarum de iure com- 40
muni pertinere ad ſolos Epiſcopos, vt fu-
ſius ſuprà monſtratum fuit, cap. 3. de in-
ſtitutionibus, cap. de xenodochiis de re-
ligioſis domibus, aliquando ad Epiſco-
pum, & Capitulum ſimul de conſuetudi-
ne, cap. poſtulaſtis de conceſſ. præbend.
cap. vno. ne ſede vacante in 6. aliquando
ad ſolum Capitulum de conſuetudine
etiam, gloſa in dict. cap. cum Eccleſia,
notatur in cap. eam te de reſcript. dicto
cap. mandatum; & cap. ſi capitulo de con-
ceſſione præbend. eodem lib. 6. aliquan-
do ad Canonicos ſingulares, & diuiſim
ratione canonicatus, vt in dicta noſtra Ec-
cleſia, dict. cap. mandatum, aliquando ad
eoſdem vti ſingulares, vice tamen capitu-
li, vt in dicta Eccleſia quoad præbendas
Canonicales, *vt dixi*, Rota deciſ. 383. no-
ta in diœceſi in antiq. Felinus in cap. cau-
ſam. colum. 11. de reſcriptis, & tandem ad
Epiſcopum & capitulum ſimul alternati-
uis vicibus, vt fit in quibuſdam Eccleſiis
noſtræ prouinciæ Occitanæ, vt in Aga-
thenſi Eccleſia quoad Sacriſtaniam, cap.
cum in illis. §. finali de præbendis in 6.
clemant. plures de iure patronatus, & hæc
omnia ſunt de conſuetudine ſpeciali, non
de iure communi, ſicuti eſt de conſuetu- 41
dine, vt Canonici delinquentes corrigan-
tur per Capitulum, non per Epiſcopum,
per textum dict. cap. irrefragabili, cap.
quanto, illo titulo de officio ordinarij.

Collige 2. Canonicum non ſubdiaco- 42

num non poſſe de iure conferre, & ideo ad turnum non venire admittendum, quidquid dicat Rebuffus in tractat. nominat. quæſtione 8. num. 3. probatur ex textu clement. vt hi qui de ætate, vbi eſt textus formalis, & confirmatur argumento deducto, ex cap. ex eo, vbi Canonicus impubes non vocatur ad electionem, nec auditur volens agere de contemptu de elect. in 6. quia, vt ibi dicit Bonifacius VIII. *tam iuris, quàm rationis exiſtit, vt tales impuberes ad præſtandum in electione ſuffragium nullatenus admittantur*, ergo à pari non ſubdiaconi, qui cenſentur impuberes reſpectu ſubdiaconorum, non debent admitti ad collationes præbendarum.

Obiicies cum eodem Rebuffo loco citato, Canonicus non ſubdiaconus in dicta clement. vt hi qui priuatur tantum electione, non vero collatione, quæ ſunt duo diuerſa, cap. cum in illis. §. 1. de præb. in 6. Reſp. dictam clementinam includere electionem, & collationem, & ad cap. dico debere illud intelligi de electione, ad quam requiritur confirmatio ſuperioris, cap. quia propter de electione, qua indigere noſcitur, gloſa in clement. 2. verb. electionem. §. vt autem de religioſ. domibus, quæ quidem differt à collatione, non vero de electione iſta, ad quam nulla admittitur confirmatio ſuperioris, quæ non differt à collatione, quum Canonici eligendo conferant, & conſentiendo eligant. vno & eodem tractu, dict. cap. mandatum, & tunc dicitur potius collatio, quam electio, ait gloſa ſupra citata, in dicta clement. 2. & vt oſtendo in ſequenti diſputatione, quæſtione 2. vbi de beneficiis collatiuis, & electiuis, in diuiſione beneficiorum.

43 Quare collige 3. Canonicos non ſubdiaconos non habere vocem in capitulo, dicta clement. vt hi, nec intereſſe actibus capitularibus, ne ipſos poſtea detegant, canonicatibus ſemel dimiſſis (vt faciunt pleriqueᵠ) de quibus conqueritur, idem Bonifacius in dict. cap. cum ex eo, ibi. *ne ſicut à multis de Chriſti patrimonio ſublimatis olim factum eſſe dignoſcitur, à ſtatu retrocedere valeant clericali*, & in cap. commiſſa, vbi damnat Canonicos, & alios collatores, quos vult obligari ad ſeruandas indemnes Eccleſias, in quib. inſtituunt tales Clericos, qui dimittunt ſuos canonica-
44 tus, vt ad ſæculum redeant, illo tit. de electione, in ſuo ſexto libro, ſed manent in ſcriptis proteſtationes.

A Nec debent non ſubdiaconi ſedere in altioribus cathedris chori, iuxta arreſtum Senatus Pariſienſis de die 5. menſis Iunij, anni 1554. teſte Papone lib. arreſtor. tit. de capitul. arreſto 2. quod malè ſeruant dicti Canonici Lodouenſes, nonobſtantibus monitis à me ſæpius repetitis.

Collige 4. nos vocari Canonicos, ab 45
horis canonicis quibus intereſſe debemus, ne Eccleſiæ debitis obſequiis defraudentur, cap. peruenit de appellationibus, cap. dilectus, 1. de præbend. & ratione quarum lucramur diſtributiones ipſis intereſſendo, cap. vno de clericis non reſidentibus in 6. vel 2. à canonia, quod eſt ius ſpirituale prouenιens eo ipſo, quod ali-
B quis recipitur in canonicum, & in fratrem, cap. cum M. Ferratienſis, & ibi gloſa, verb. receperunt de conſtitutionibus, nec debet eſſe Canonicus ſine præbenda, cap. relatum, & dict. cap. dilectus, ne dicatur beneficiatus ſine temporalitate beneficij, Innocentius in cap. maiorib. verſicul. quia hoc nomen, ibidem de præbend & quæ ideo definitur, ius percipiendi fructus in Eccleſia debitos alicui ex diuino officio, tamquam vni de collegio, Hoſtienſ. in ſumm. tub. de præbend. nu. 1. Cardinal. in clement. finali, num. 10. illo titulo.

C Collige vltimo, bonam eſſe conſuetu- 46
dinem, qua ſolis Canonicis de gremio Capituli conferuntur dignitates capitulares, etiam in præiudicium expectantium, Philippus Petuſ. in cap. ſi is cui de præbend. in 6. Barbat. in cap. cum conſuetudinis in principio de conſuetud. & ita ſeruatur in noſtra Eccleſia, & in toto fere regno, teſte Ioanne de Selua in ſuo tractatu beneficiali, parte 3. quæſt. 49. Benedict. in repetit. cap. Raynutius, verb. ſi abſque, 2. num. 10. in ſubſtitut. fideicommiſſ. de teſtament. Rebuff. in tractat. nominat.
D quæſt. 15. num. 38.

Et hæ omnes dignitates, quemadmo- 47
dum & canonicatus debent conferri viris prudentibus, & literatis, quia ſtultis gloria in dedecus eſt, & cui plus creditur, plus exigetur ab eo, teſte Hoſtienſ. in ſua ſumma, rubrica de maioritate, in principio, qui canonicatus non veniunt in generali conceſſione beneficiorum vacan- 48
tium in cathedrali, cap. quamuis de præbend. in 6. Felinus in cap. 1. col. 4. de reſcript. & dixi ſuprà vbi de mandatis Apoſtolicis, in tertia quæſtione verſus finem, vbi dixi quod debent exprimi adhoc vt dicantur includi, cap. 2. de officio 49

Vicarij in 6. cum ſint valde honorabiles, A
50 ideo Papa ſolus ſupplet defectum canoni-
corum cathedralium eligere non valen-
tium, ob ſuſpenſionem, vel priuationem
facultatis eligendi, cap. quamquam de
elect. lib. 6.
51. Assertio 6. Bona eſt conſuetudo
Eccleſiæ Lodouenſis, qua antiquiores
Canonici obtant domos canonicales in
obitu Canonicorum, cap. vltimo de con-
ſuetud. in 6. quemadmodum bona eſt
conſuetudo, qua antiquiores obtant præ-
52 bendas vacantes, vt ibi dicitur ex his om-
nibus nota ea omnia quæ incumbunt Ca-
nonicis facienda, 1. enim tenentur inter-
eſſe horis canonicis, cap. dolentes de ce- B
lebrat. Miſſarum, Abbas in cap. inter
quatuor, num. 1. clericis non reſidentib.
habent enim canonicatus propter dictas
horas, cap. vltimo de reſcript. in 6. quod
fallit in canonico Theologali, qui non li-
53 gatur horis canonicis, ſed ſoli lectioni &
prædicationi, concordat. in rub. de colla-
tionib. §. 1. ibi. *ac onus reſidentia, lecturæ,
& prædicationis actu ſubire voluerit*, cap.
quia nonnulli. ibi. *non quod propter hoc ef-
ficiatur canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos
percipiat, quamdiu perſtiſterit in docendo de
magiſtris.* & Canonicus iſte Theologalis
debet eſſe in vnaquaque Eccleſia Cathe-
drali cap. vltimo de clerici, & eſt decre- C
tum Concilij generalis, quod habetur in
dict. cap. quia nonnulli, quod quia non
ſeruabatur in Gallia, roboratum fuit ex
dicto concordato, illo §. 1. ibi. *ſtatuimus
inſuper, quod in vnaquaque Cathedrali, ac
etiam Metropolitana Eccleſia canonicatum, &
54 prebendam, &c.* tenentur dare integros
prouentus præbendarum Canonicis ſtu-
dentibus in Theologia, quauis contraria
conſuetudine nonobſtante, non enim de-
bent vno denario defraudari, in vinea
Domini operantes, cap. ſuper ſpecula, illo
titulo de magiſtris, idque datur eis de iure
per quinque annos, iuxta conſtitutionem D
ſuprà citatam, quæ eſt Honorij III. quare
nunquam acquieui noſtris deliberationi-
bus Capitularibus quibus tertia pars fru-
ctuum adimitur Canonicis ſtudentibus
propter prædictam decretalem quæ an-
nullat in fine ſtatuta contraria. ibi. *non-
obſtante aliqua contraria conſuetudine, vel
ſtatuto.* quod indultum fuit in fauorem
Eccleſiarum. ibi. *qui cum docti fuerint, in
Dei Eccleſia velut ſplendor fulgeant firma-
menti.* 2. in fauorem aliorum Clericorum,
ibi. *ex quibus poſtmodum copia poſſit haberi
55 Doctorum.* 3. in fauorem Theologiæ, quæ
eſt ſermo Dei, dict. cap. finali, ideo præ- 56
cipuo fauore gaudet, dicto cap. ſuper ſpe-
cula. 3. tenentur ſoluere ius ingreſſus in
tempore receptionis in capitulo ſine vllo
metu ſymoniæ, dummodo pecuniæ im-
pendantur in vtilitatem Eccleſia, vt pro
fabrica. Doctores in dict. cap. cum M.
Ferrarienſis de conſtitut. contra Guido-
nem Papæ in ſuis deciſ. delphinal. quæ-
ſtione 80. quæ incipit, videmus quoti-
die, & dummodo talis ſit conſuetudo; glo-
ſa in cap. abolenda, verb. exigere de ſe-
pulturis, gloſa in cap. ad Apoſtolicam,
verb. nituntur laudabilem conſuetudi-
nem de ſymonia.
Hinc ſeruari debet conſuetudo noſtræ 57
Eccleſiæ, qua Epiſcopus tenetur dare ſin-
gulis feſtis anni maiorib. panem, vinum,
& duos ſolidos cuilibet Canonico dictæ
Eccleſiæ. & ita fuit iudicatum à Seneſcha-
lo Biterrenſi multis ab hinc annis, quem-
admodum valet conſuetudo Eccleſiæ
Andegauenſis, per quam Epiſcopus, &
dignitates Capitulares tenentur pran-
dium dare quolibet anni feſto maiori ſin-
gulis Canonicis, & Capellanis dictæ Ec-
cleſiæ. Ægidius de Bellamera, conſilio
31. colum. 3. verſicul. 2. 4. tenentur re- 58
cipere profeſſionem fidei à ſingulis Cano-
nicis tempore dictæ receptionis, iuxta de-
cretum Concilij Tridentini, cap. 12. ſeſſ.
24. de reformatione. ibi. *Prouiſi autem de* 59
*canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis ca-
thedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ceu
eius Officiali, ſed etiam in capitulo idem facere
teneantur, alioquin prædicti omnes prouiſi (vt
ſuprà) fructus non faciant ſuos, nec illis poſ-
ſeſſio ſuffragetur.* vbi vides non poſſe Ca-
nonicos non profeſſos percipere fructus
præbendarum in conſcientia, Nauarrus
conſ. 5. de verborum ſignif. Quare toto
corde, & animo deprecor confratres
meos, vt hoc decretum ſeruandum curẽt,
verbum enim *teneantur* importat neceſſi- 60
tatem, & recipiendis emittendi profeſſio-
nem, & capitulis illam eandem exigendi:
cum ſit de ſua natura præceptiuum, cle-
ment. exiui. §. item ordo, illo tit. de ver-
borum ſignif. Rebuffus in concordat.
rub. de collat. §. præfatique ordinarij,
verb. teneantur, vltimo tenentur por- 61
tare cappas quando ſunt in turno eas por-
tandi, quia qui eligitur ad commodum,
eligi debet & ad onus, regul. rationi con-
gruit de regul. iuris in 6. & colligitur ex
cap. cum ſecundum de præbendis apud
Gregorium.
An autem debeant omnes Canonici 62
vocari

Digitized by Google

vocari in collationibus, vel receptionib. faciendis in capitulo. Reſponde quod ſic, clement. ne Romani de elect. non tamen propter hoc irrita eſt collatio, vel receptio, ſed venit annullanda per ſententiam ad inſtantiam ſpretorum, vt fuiſſe iudicatum Pariſijs, die 21. Februarij anni 1534. in magna Camera Inquiſitionum, dicit Papon. lib. quo ſuprà de Capitulis 1. ar-
63 reſto 9. licet enim plus noceat vnius contemptus, quam contradictio multorum, cap. bonæ memoriæ, 2. de elect. cap. cum in Eccleſiis de præbend. in 6. poſ-
64 ſunt tamen ſpreti tacere, per textum ſingularem, in cap. cùm inter, illo titulo de elect. in antiq.

65 Assertio 7. Ad Capitulum ſede vacante tranſeunt ea omnia, quæ ſunt de iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, textus eſt clarus, in cap. penultimo, & vltimo de ſupplend. negligent. prælat. in 6. textus, & ibi gloſa, in cap. cùm olim de maioritate, notatur in cap. vno, illo titulo in 6. cap. vno, de clerico ægrotante, eodem lib. 6. Pauinus in tractatu de officio, & poteſtate, cap. ſede vacante, parte 1. qu. 1. num. 3. Nauarr. de temporibus ordinat. conſ. 44. num. 1. Flaminius Pariſ. lib. de reſignat. benef. 7. q. 22. nu. 26.

66 Hinc Capitulum ſede vacante confirmat, vel infirmat electiones dicto cap. cùm olim, gloſa in cap. 1. de tranſlar. Epiſcopi, Innocent. & alij, in cap. ad abolendam de hæreticis, idem Ioannes Pauinus in illo tractat. part. 2. quæſt. 27. quæ confirmatio fieri debet cum cauſæ cognitione, dicit gloſa in cap. qua fronte, verb. contra debitum iuris, de appellat. quemadmodum abſoluit excommunicatos à iure, vel à homine, dict. cap. vno de maioritate in 6.

67 Hinc confert præbendas defuncto Epiſcopo, vel ſuſpenſo, cap. vno, ne ſede vacante, eodem lib. dummodo collatio fuerit Epiſcopi, ſimul & capituli, alias non. *cum numquam inueniatur cautum in iure. quod capitulum ſede vacante fungatur vice Epiſcopi in collationibus præbendarum*, dicit Honorius III. in cap. 2. illo tit. in decretalib. Gregorij, nam in fructibus computatur collatio, gloſa in dict. cap. cum olim, & ibi Felinus, num. 3. Puteo deciſione 396. num. 1. lib. 1. in nouis, ſed fructus debentur ſucceſſori, clement. penultima de elect. notat. in cap. quia ſæpe illo titulo in 6. ergo.

68 1. Regula generalis, eſt quod Capitulum ſede vacante non ſuccedit prælato in

A iuriſdictione voluntaria, gloſa in clement. 1. de hæreticis, Archidiaconus in cap. Epiſcopus de ſupplend. negligent. prælat. in 6. Ioannes Monach. in cap. finali, illo titulo apud Gregorium, Butrius in cap. 2. num. 7. ne ſede vacante, Geminianus in can. 1. col. 2. verſicul. ſed in contrarium facit, diſtinct. 18.

2. Regula eſt, quod Capitulum ſede 69
vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione neceſſaria, Panormitanus in dict. cap. cùm olim, col. 3. Rebuffus in tractat. nominat. quæſtione 8. num. 30. ideo poteſt inſtituere præſentatos à patronis, Abbas in dict. cap. 2. num 6. Cardinal. in dict.
B cap. cùm olim, verſicul. ſed eſt alia ratio, idem Abbas in cap. ex frequentibus, nu. 7. & ſequenti de inſtitut. admittere permutationes, quæ etiam ſunt neceſſariæ, clement. vna de rerum permutat. conferre graduatis, in hoc regno, Ioannes Andræas in dict. cap. vno, ne ſede vacante in 6. idem Rebuffus loco citato, num. 49. & in praxi titul. de deuolut. nu. 85.

Poteſt etiam Capitulum ſede vacante 70
concedere literas dimiſſorias dummodo ſedes vacauerit per obitum prælati per vnum annum integrum, alias non, Piaſecius in ſua praxi Epiſcop. part. 1. cap. 5.
C num. 10. niſi neceſſitas id expoſcat, quo caſu licitè ante complimentum temporis poteſt concedere, idem Butrius in cap. verum, num. 6. verſicul. vel tertio incompetentibus de foro compet. gloſa in clement. multorum, verbo, capituli de hæreticis, Felinus in dicto cap. cùm olim, quemadmodum & Vicarius Capituli habens facultatem ſpecificam à Capitulo, alias non, Abbas in cap. ſignificaſti, de officio Archid. idem Pauinus de poteſtat. cap. ſede vacant. part. 2. quæſt. 10. Mendoſa in regula 24. Cancellar. titulo 1. de malè promot. quæſt. 6.

Hinc Capitulum ſede vacante donat 71
D officia etiam laicalia, vt Vigueriatum, iudicaturam, & cætera id genus, vt fuit iudicatum à Senatu Tholozano pro magiſtro Ludouico Beſſodes locum tenente in Curia Lodouenſi prouiſo à Vicatio Capituli ſede vacante, contra œconomum poſitum à Rege Chriſtianiſſimo quoad perceptionem fructuum, & eius prouiſum anno 1616.

Quæres quid dicendum de beneficiis 72
vacantibus mortuo prælato, qui dum viueret, tenebatur ea conferre de conſilio ſui capituli. Reſpondeo, quod non poteſt Capitulum ea conferre ſede vacante,

per textum dicti cap. 2. licet collatio nulla foret facta ab Epiſcopo viuente ſine dicto conſilio, dict. cap. vnic. ne ſede vacante in 6. gloſa in cap. 1. verb. inhibentes de iure patronat. in clement. Doctores in cap. cum in veteri de elect. Panormitanus in cap. ex parte de conſtitutionibus, Rebuff. in interpretat. authenticæ. *habita*, verb. examinatione, collatio enim dici debet firmior, quo eſt facta cum conſilio peritorum, can. extra conſcientiam, 64. diſtinct.

73 Quæres 2. quot modis vacet ſedes. Reſpondeo, duobus, verè ſcilicet, vel interpretatiuè, Hoſtienſ. in ſumma, illa rubrica ne ſede vacante, verè vacat, cum va-
74 cat per mortem prælati, vel per eius ceſſionem tacitam, vel expreſſam, per degradationem, aut aliam latam à iure, vel homine ſententiam, cap. ſuſceptum de re-
75 ſcriptis in 6. interpretatiuè vacat, cùm de facto vacat, licet non vacet de iure, vt Epiſcopo captu à Turcis, quo caſu Capitulum etiam miniſtrat, non ſecus ac ſi ſedes vacaret per mortem prælati, cap. ſi Epiſcopus de ſupplend. negligent. prælat. illo lib. 2. quando prælatus eſt inhabilis
76 ad agendum ea quæ ſunt de officio Epiſcopali, quo etiam caſu ſedes cenſetur vacare cum licet Eccleſia habeat ſponſum,
77 inutilem tamen habeat, cap. inter. §. ſed neque de tranſlat. Epiſcopi, Hoſtienſis loco citato, & hæc inhabilitas prouenit aliquando ex delicto, cap. per inquiſitionem de elect. toto titul. de accuſationib. & tota rub. de exceſſ. prælat. vt propter incurſam irregularitatem, cap. ex literis, illa rubr. vel excommunicationem, cap. 1. de ſupplend. negligent. prælat. lib. 6. aliquando ex non delicto, cap. niſi, & ibi Doctores de renunciat. cap. vno, de cle-
78 rico ægrotante, eodem lib. 6. vt quando electus per ſex menſes Eccleſiam tenuit nulla conſecratione habita, can. quoniam, 75. diſtinct. can. 1. diſtinct. 100. fallit in caſu inſerto in can. Pontifices, 17. qu. 1. quo caſu Epiſcopi vicini ſupplent, idem Hoſtienſ. in ſua ſumma, rub. de electione, num. 20. ſed in caſu non conſecrationis Epiſcopi intra terminum iuris capitu-
79 lum adminiſtrat, nam tunc Eccleſia dicitur viduata, cum licet per electionem, & confirmationem inter Epiſcopum, & ſuam Eccleſiam coniugium ſpirituale contrahatur, vt dicit textus in dict. cap. inter, non tamen, *vt dixi ſuprà*, dicitur maritus Eccleſiæ niſi per conſecrationem, can. de Syracuſanæ, diſtinct. 28. can. ſicut alte-

A rius, 7. quæſt. 1. per quam ſolam dicitur matrimonium conſummatum, idem Hoſtienſis in ſumma, titulo de tranſlat. Epiſcopi, num. 5. Doct. in dict. cap. licet, quemadmodum matrimonium carnale dicitur conſummatum per ſolam copulam carnis, cap. de illis, & cap. veniens de ſponſalibus.

Ex his nota ideo inſtituta fuiſſe capitu- 80
la, ne gregi fidelium vnquam deeſſet paſtor, cap. ne pro defectu de elect. Epiſcopo quippe mortuo, vel inhabili reddito ſuccedit Capitulum, cap. vno de clerico ægrotante in 6. 2. vt non deſint conciliarij Epiſcopis rebus in arduis, can. Ec-
B cleſia Senatum habet, 1⸍. qu. 1. 3. Turrecremata in can. ſi quid, num. 1. diſt. 863. vt debitus honos Deo reddatur certis diei horis in Eccleſiis Cathedralibus, cap. vt debitus de appellationibus, cap. dolentes de celebrat. Miſſarum, quarum exemplo cæteræ Eccleſiæ conformantur vti filiæ, clement. 2. de baptiſmo. 4. vt ex corpore iſto myſtico quod coagulatur de Epiſcopo & eius Capitulo, Rota deciſ. 2. num. 1. de filiis presbyterorum in nouis, gloſa pragmat. rub. de collat. §. vltimo, verbo Cathedralibus deſignetur vnio hypoſtatica naturæ diuinæ cum humana in in- 81
C carnatione Verbi. Nota 2. capitulorum eſſe declarare ſedium vacationes etiam nulla expectata Romani Pontificis ſententia, cap. cùm olim de verborum ſignificat. creando Vicarios intra octo dies, ſub pœna deuolutionis, vt dixi ſuprà, Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 16. de refor- 82
matione. Nota vltimo, Canonicos Cathedrales habere præeminentiam ſuper cæteros quoſque clericos diœceſis, Loterius lib. 2. quæſt. 48. num. 155. ſunt enim cuſtodes gregis Dominici, Eccleſiæ Senatores, cap. licet de ſymonia cleri totius poſt Epiſcopos capita, & rei Eccleſiaſticæ procuratores perpetui, quemadmodum vocantur à quodam doctore Tholezano,
D in lib. opuſculorum variorum, titul. de vacat. ſedis Epiſcopal. in fine.

Quæres an Capitula ſede vacante com- 83
prehendantur in diſpoſitione, cap. licet de ſupplend. negligent. prælat. Reſpondeo affirmatiuè, vt eſt communis & vera opinio, quemadmodum inuoluuntur in concordat. rub. de collat. §. præfatique ordinarij, ſiue conferant coniunctim, vt eſt textus, in cap. dilecto, illo titulo de ſupplend. negligent. prælator., ſiue diuiſim, quod melius eſt, propter metum iurgij, facit quod dicit, Felinus in dict. cap.

cum olim, quod ſede vacante debet creari
Vicarius à Capitulo cum poteſtate con-
ferendi vice Capituli de maioritate: &
hæc ſufficit, veniamus ad dignitates Ca-
pitulares.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VLTIMÆ.

1. Multa ſunt dignitates Capitulares.
2. Recurritur ad conſuetudinem Eccleſiarum vt agnoſcantur dignitates.
3. Omnes dignitates conferendæ ſunt viris literatis.
4. Eccleſiæ indigent viris doctis.
5. Illiterati non poſſunt habere beneficia nec dignitates.
6. Infamibus portæ intercluduntur ad dignitates.
7. Collatores conferentes indignis ſuſpenduntur à collationibus beneficiorum.
8. Dignitates Capitulares vacantes in menſib. graduator. [illegible] debentur ſolis graduatis.
9. Fallit ſi debeantur de conſuetudine, vel ſtatuto ſolis Canonicis de gremio.
10. Ratio creandarum dignitatum Eccleſiaſticarum hic inſeritur deprompta ex iure Canonico.
11. Parum eſſet leges habere, niſi eſſent perſonæ, quæ eas ſeruari curarent.
12. Quid ſit dignitas.
13. Quid ſit perſonatus.
14. Quid ſit officium.

QVÆSTIO VLTIMA.

De dignitatibus Capitularibus.

1 LIcet tot, tantæque ſunt di-
gnitates, vt ub hoc hodie vi-
leſcere dicantur, teſte Ab-
bate in cap. 1. num. 4. de pri-
uileg. de multis tamen aliis
differendum eſt, quæ dicuntur ideo
poſt Pontificales maiores, quia veniunt
poſt ſupra numeratas, vt ſunt in quibuſ-
dam Eccleſiis Deconatus, Præpoſitu-
ræ; in aliis verò Archidiaconatus, Præ-
centoriatus, vel Archipreſbyteratus, vt
notatur in cap. ad aures de reſcript. de bis
agitur in rub. de officio Archidiaconi, &
in rub. de officio Archipreſbyt. in cap.
cùm olim de conſuetud. & in cap. cùm
V[illegible]intonenſis de electione, apud Grego-
rium, his poſitis ſit.
2 Assertio 1. Ad dignoſcendas di-
gnitates recurrendum eſt ad conſuetudi-
nem Eccleſiarum, communis eſt, & vera
opinio Doctorum, Cardinalis conſ. 62.
num. 1. verſicul. hinc etiam ad ſciendum,
Mendoſa in regul. 3. de reſeruationibus,
quæſt. 1. num. 2. Rota deciſ. 4. num. 2.
de electione in nouis, & deciſ. 9. de præ-
bend. illo lib. Grammar. deciſ. 64. num.
17. Pariſ. lib. 2. quæſt. 1. num. 83. Boe-
rius deciſ. 286. num. 8. in fine.
Fallit ſi ex erectionibus Eccleſiarum
Cathedralium, vel Collegialium conſtet
quænam beneficia dici debeant dignita-
tes, quo caſu erectiones ſeruandæ ſunt te-
A licta conſuetudine contraria, ita limitat
Abbas in cap. de multa, num. 22. verſi-
cul. quinta concluſio de præbend. Gam-
bat. de authoritate legati à latere, lib. 5.
titul. an legat. poſſ. plura benefic. num.
27. & ſequenti. Caſſanæus in catalog.
gloria mundi, parte 4. conſiderat. 41.
quod ſi non appareat de fundatione, dic
quod recurritur ad conſuetudinem iuxta
noſtram aſſertionem, vel ſaltem ad com-
munem reputationem, teſte eodem Ab-
bate vbi ſuprà, & conſilio 93. num. 1.
Mendoſa in dicta regula, quæſt. 1. num. 2.
Assertio 2. Hæ omnes dignita-
tes conferri debent viris literatis & bonæ 3
famæ, can. qui. 1. can. qui ordinatus, 59.
diſt. quib. indiget Eccleſia, cap. ad deco- 4
rem de inſtitut. & ibi. Hoſtienſ. num. 7.
B verſicul. idoneis, cap. cùm ex eo de elect.
in 6. Concilium Tridentinum, ſeſſione
14. cap. 3. de reformat. Rota deciſ. 13. nu.
[illegible] de probationib. in antiq. Non vero il- 5
literatis, qui (vt dixi ſuprà) non poſſunt
ordinari, cap. vltim. de temporibus ordi-
nat. in 6. Turrecremat. in can. ignoran-
tia, num. 3. diſtinct. 38. nec habere bene-
ficia, can. illiteratos, diſtinct. 36. can. pœ-
nitentia, diſtinct. 55. Archidiaconus in
can. ſi qui. 1. quæſt. 7. Doctores in cap.
per tuas de ſymonia. Decius in cap. ſci-
ſcitatus de reſcript. nec infamibus, quib. 6
patere non debent aditus ad dignitates,
cap. graue de præb. regula infamibus de
reg. iuris in 6. vide quib. pœnis mulcten-
tur collatores indignis conferentes, in
Concilio generali habito ſub Innoc. III.
de quo eductum fuit dictum cap. graue.

Digitized by Google

8 Assertio 3. Hæ omnes dignita- A
tes vacantes in menſibus graduatorum
afficiuntur in regno ſolis qualificatis, glo-
ſa pragmat. rub. de collat. §. item placuit,
verb. parochialibus, concordar. illa rub.
§. præfatique ordinarij, verb. dignitates,
& perſonatus.

9 Fallit ſi de conſuetudine, vel ſtatuto
dignitates Capitulares debeantur ſolis
Canonicis de gremio, vt dixi ſuperius, &
benè limitat Rebuffus in tractat. nomi-
nat. quæſt. 15. num. 39. propter ratio-
nes ſupra poſitas quibus oſtendi, non ita
facile derrogari conſuetudinibus Eccle-
ſiarum, gloſa in cap. pro illorum de præ-
bend. in 6. poteſt tamen Papa creare Ca-
nonicos ad effectum, cap. is cui, illo tit.
& lib. vide dictum concordatum in rub.
de reſeruationibus, §. in cathedralibus.

10 Et ideo inuentæ ſunt dignitates, vt ea-
tum impulſu clericorum animi inflam-
mentur, & excitentur ad ſcientiam, gloſa
in cap. ſi fortè, verb. ſcientia de elect. in
6. & ad virtutem cuius pabulum eſt ho-
nos, Benedictus in repetit. cap. Raynu-
tius, verb. duas habes filias, num. 19. de
teſtament. 2. vt ex diſtinctione graduum
venuſtas Eccleſiæ demonſtretur, Turre-
cremata in can. vltimo, num. 1. verſicul.
notandum, 89. diſtinct. 3. propter vtili- 11
tatem publicam, vt ſint perſonæ, in digni-
tatibus conſtitutæ, quæ leges factas
tueantur, parum enim eſſet leges habe-
re, ſi non eſſent magiſtratus, qui eas ſer-
uandas curarent, ait textus in cap. vbi pe-
riculum, §. præterea de elect. in 6. cap.
periculoſo. §. vltimo de ſtatu regul. illo
libro.

Eſt autem dignitas præeminentia in Ec- 12
cleſia cum iuriſdictione, cap. de multa
de præbendis, dico infrà, vbi de regulis
Cancellariæ, in quinta diſputatio. quæſt. 13
1. vbi dico quid ſit perſonatus, & offi-
cium, multo plura, vide in dict. rub. de 14
officio Archidiaconi, Archipreſbyteri, Sa-
criſtæ, & Cuſtodis, in decretalib. Grego-
rij, & in dicto Concilio Trident. ſeſſ. 24.
cap. 12. illo tit. de reformat.

Finis Diſputationis primæ.

DISPVTATIO SECVNDA.

De Beneficiis in Abſtracto.

Hactenus de Beneficiis in Concreto, nunc de Beneficiis in Abſtracto dicendum eſt per duas quæſtiones, ſatis faciles, quarum prima docebit, quid ſint beneficia, 2. quot ſint nobis explicabit. ſit igitur.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS PRIMÆ.

1. *Vera definitio beneficij hic apponitur.*
2. *Quare beneficium dicitur res Eccleſiaſtica.*
3. *Conferens debet eſſe Clericus.*
4. *Laicus non poteſt conferre beneficia.*
5. *Laicus non poteſt ſe intromittere in ſpiritualibus.*
6. *Nemo dat, quod non habet.*
7. *Laicus non poteſt habere beneficia.*
8. *Laicus non poteſt poſsidere ſpiritualia.*
9. *Laicus ex priuilegio poteſt conferre.*
10. *Qui vult habere beneficium, debet ſe probare clericum.*
11. *Clericatus non præſumitur, niſi probetur.*
12. *Beneficia non debent eſſe ſine reditibus.*
13. *Spiritualitas non poteſt eſſe ſine temporalitate.*
14. *Beneficium debet nutrire ſuum poſſeſſorem.*
15. *Æquum eſt, vt qui altari ſeruat, de altari viuat.*
16. *Beneficiatus æquiparatur vſufructuario.*
17. *Beneficiatus facit fructus ſuos, & ibi explicatur can. Clericos, 1. q. 2.*
18. *Nemo poteſt ſibi ipſi conferre, quantumnis idoneo.*
19. *Debet eſſe diſtinctio perſonalis inter baptizantem, & baptizatum.*
20. *Beneficia debent eſſe perpetua.*
21. *Beneficia præſumuntur perpetua.*
22. *Idoneis dari debent beneficia, & qui non ſint tales.*
23. *Beneficia debent dari gratis.*
24. *Symonia eſt prohibita de iure canonico.*
25. *Collatio ſymoniacè facta, eſt ipſo iure nulla.*
26. *Collatio ſymoniaca non iuuat triennalem poſſeſſorem.*
27. *Symoniacè prouiſus tenetur dimittere beneficium per ſymoniam obtentum.*
28. *Symonia eſt dare beneficium famulo in remunerationem obſequiorum.*
29. *Ad probationem ſymoniæ admittuntur de iure infames.*
30. *Beneficium datur propter diuinum officium.*
31. *Clerici qui dicantur.*
32. *Sine canonica inſtitutione beneficium obtineri nequit.*
33. *Intruſus dicitur ille, qui nullum habet titulum.*
34. *Intruſus eſt, qui non intrat per oſtium.*
35. *Intruſus eſt, qui de manu laici habet beneficium.*
36. *Intruſus eſt, qui per vim occupat.*
37. *Collatio eſt donatio.*

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſint beneficia.

Omiſſis variis huiuſce vocis *beneficium*, ſignificationibus, quibus multi authores paginas implent inutiliter, propriam damus definitionem beneficiorum Eccleſiaſticorum, de quib. ſolum hic agere intendimus, vt volunt gloſa, & Doct. in reg. 1. de regul. iuris in 6. quare ſit.

1 Assertio vnica. Beneficium,
eſt res Eccleſiaſtica, quæd temporale gerens à
clerico, alij canonice, gratis, & in perpetuum
conceſſa, propter diuinum officium, aliis ver-
bis definitur à Cortaſio in ſuo tractat. be-
nef. part. 2. cap. 2. num. 2. nempe res
Eccleſiaſtica, quæ datur clerico ad ſactum
miniſterium vtenda, in perpetuum con-
ceſſa mediante canonica inſtiurione,
Hoiedus de incompatib. benef. parte 1.
num. 2. Rebuff. in ſua praxi, in principio,
Pariſ. lib. 4. reſignat. benefic. quæſt. 2.
num. 4. Garz. in dict. tractat. benef. par-
te 2. cap. 2. num. 2. Alter definitur à
Ioanne de Selua, in illo tractatu beneſic.
parte 1. quæſt. 1. quæ definitio non mihi
placet, ſicuti nec illa quæ ponitur à Lo-
terio in ſuo lib. benef. 1. quæſt. 3. num. 1.
ſicuti nec placuit Bauny presbytero So-
cietatis Ieſu, qui noſtram definitionem
tuetur in lib. praxeos iuris canonici, lib. 3.
de beneficiis, cap. 1. ſi enim eſſet tantum
ius adminiſtrandi, beneficiatus non poſ-
ſet dici dominus beneficij, quod eſt con-
tra, cap. commiſſum de decimis, cap. vl-
tim. de peculio clericorum, quod multis
comprobat Marſ. col. de reditũum Ec-
cleſiaſticorum origine, cap. 21. part. 1.

2 *Res* ita vocatur in cap. illud autem de
iure patronatus, *Eccleſiaſtica*, quia Deo di-
cata, & ſuæ Eccleſiæ, can. res Eccleſiæ, 1.
quæſt. 3. Decius in cap. ad aures, notab.
2. de reſcript. ideo dicitur beneficium,
quid ſpirituale, cap. dilecto, vbi eſt bonus
textus, ibi. *de communi aſſenſu augmentare*
valeant numerum præbendarum (quoddam
ius ſpirituale creando) & ibi Doct. de præ-
bendis, Cardinal. in clement. ſi iuſta, qu.
2. illo titul. ſuper quo non poteſt tranſigi,
cap. ſuper eo quod de tranſactionibus,
quemadmodum, & ius patronatus, quod
eſt ius etiam ſpirituale, cap. quanto de
iudiciis, de iure patronatus, Nauarrus in
commentar. ſuper illum, titul. de iudi-
ciis, num. 3. propter annexionem cum
ſpiritualitate, Præpoſitus in ſumma, 1. q.
1. num. 20. propter quod cauſa iuris pa-
tronatus eſt de foro Eccleſiaſtico per cap.
2. de iudiciis, Baldus in dict. cap. quanto,
verſicul. ſecunda ratio, num. 7. quod, vt
dictum fuit vbi de Epiſcopis, non ſerua-
tur in regno.

Dicitur autem Eccleſiaſtica, tam ex
3 parte ſui, quàm ex parte conferentis, qui
debet eſſe clericus, can. ſi quis, can. nul-
lus, 16. quæſt. 7. nam laicus non poteſt
4 conferre, can. per laicos, can. laicus, ibi-
dem, cap. vltimo de iure patronat. tam-
A quam incapax de iure omnis ſpiritualita- 5
tis, cap. ſacro ſancta, cap. Maſſana de ele-
ctione, cap. decernimus de iudiciis, cap.
contingit de arbitris, cap. cauſam de præ-
ſcriptionibus, cap. prohibemus de deci-
mis, nemo enim dat, quod non habet, cap. 6
cura paſtorali de iure patronatus, cap.
dudum de decimis, ſed laicus non poteſt 7
habere beneficia, Doct. in cap. cùm adeo
de reſcript. Archidiaconus in dict. can. ſi
quis, Præpoſitus in can. placuit, diſt. 32.
Abbas in cap. maiores de præb. nec poſ- 8
ſidere ſpiritualia, gloſa vltima. in cap. 2.
de tranſactionibus, Nauarrus conſ. 1. tit.
de præbend. Ioannes de Selua in ſuo tra-
ctat. beneficiali, part. 2. quæſt. 23. num.
B 14. ergo nec conferre.

Fallit (vt dixi ſuprà) ſi id faciat ex pri- 9
uilegio Papæ, cap. dilectus, 3. illo titulo
de præbend. non autem de conſuetudine,
etiam ſi tanta ſit, vt eius contrarij memo-
ria non exiſtat, conniuentia Papali ro-
borata, dicit idem Præpoſitus in can. im-
petium, verſicul. ſed an præſcriptione,
diſtinct. 10. Ioannes Andræas in cap. 2.
illo titulo de prob. in 6. tollerantia enim
Papæ id non poteſt concedere, quod de
iure communi prohibetur, dicit gloſa in
cap. cùm iamdudum, verb. patientiam,
eodem titulo apud Gregorium, cum vt
C plurimum ſileat Papa, vel propter maius
bonum, vel propter diffidentiam corre-
ctionis, dicit Ioannes de Turrecremata in
can. ſingula, num. 8. diſtinct. 89 ſicuti
nec inducitur facultas conferendi per ius
patronatus, vt ait Ioannes Monach. in
dict. cap. 2. verſ. laici, num. 4. & ſequen-
ti, quod ius patronatus præbet tantum
facultatem nominandi, ceu præſentandi,
dict. cap. cura, & cap. vltimo de iure pa-
tronat. quam ex parte collatarij qui de-
bet eſſe clericus, dicto cap. cùm adeo, cap. 10
ex literis de tranſactionib. Abbas in cap.
D quamuis, notab. 2. de decimis, Rebuff in
tractatu de pacif. poſſeſſoribus, num. 324.
Loterius in dict. te benef. lib. 1. quæſt.
4. num. 51. & ideo qui vult habere bene-
ficium, debet ſe probare clericum, vt eſt
communis, & vera opinio Canoniſtarum
in dict. cap. cùm adeo, nam clericatus, eſt
qualitas extrinſeca, quæ non præſumitur, 11
niſi probetur, vt dico infrà vbi de reſigna-
tionibus, in diſputatio ſequenti, vbi de
modis Canonicis habendi beneficia, nec
quidquam prodeſt communis reputatio,
ait Rota deciſ. 150. num. 2. part. 1. in re-
centioribus, idem Loterius dict. lib. 1.
quæſt. 36. num. 2.

12 *Quid temporale gerens*, ſine quo non po-
teſt Eccleſiæ deſeruiri, can. ſi quis obie-
cerit, 1. quæſt. 3. gloſa in cap. illud de ma-
iorităt. ideo non poteſt eſſe beneficium
ſine reditibus, cap. Iacobus de ſymonia,
Ferret. conſ. 312. num. 1. Pariſ. lib. 2. q.
8. num. 1. qui debent cedere in vſus Ec-
cleſiæ, & ſtipendia miniſtrorum, ait In-
nocentius III. in ſua decretali paſtoralis
de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu
13 capituli, nec eſſe poteſt ſpiritualitas ſine
temporalitate, Decius in cap. ad aures,
notab. 21. de reſcript. propter quod ſan-
ctiſſime ſtatutum fuit in Concilio Aga-
thenſi clericos omnes, qui Eccleſiæ fide
liter, vigilanterque deſeruiunt, ſtipendia
ſanctis laboribus debita conſequi debere,
fertur decretum in can. vltimo, 1. quæſt.
14 2. cum debeat beneficium nutrire ſuum
poſſeſſorem, can. Eccleſiæ, 12. quæſt. 2.
cap. extirpandæ, & cap. cùm ſecundum
15 de præbend. æquum enim eſt, vt qui al-
tari ſeruit, de altari viuat, & qui diuinis
aſcribitur obſequiis, Eccleſiaſticis ſuſten-
tetur ſtipendiis, can. ſacerdos, 1. quæſt. 2.
2. can. Eccleſiaſticis, 2. quæſt. 2. can. ex
his, 12. quæſt. 1. cap. relatum de præb.
adhoc quippe fuerint Eccleſiaſtici pro-
uentus inſtituti, dicit cap. quoniam de
vita & honeſtate.

16 Hinc beneficiatus æquiparatur vſufru-
ctuario, gloſa communiter approbata in
cap. præſenti, verb. reſeruamus de officio
ordinarij in 6. Rota deciſ. 508. num. 3.
parte 2. in recentioribus, facit enim fru-
ctus ſuos, vt dico infrà cap. vltimo de pe-
culio clericorum, communis & veriſſima
opinio, vt poſt Marſ. colum. non negat,
idem Loterius loco citat. num. 11. verſi-
cul. non nego, de quibus poteſt in con-
17 ſcientia nutriri, & dare bona ſua patrimo-
nialia conſanguineis, cap. poſtulaſti, &
ibi Doctores de reſcript. Rebuff. in con-
cordat. rub. de collationib. §. volumus,
verb. obtineat, & diſponere de his in vita,
gloſa ſupra citata in dict. cap. præſenti,
Rota deciſ. 41. num. 2. rub. de probatio-
nibus in antiquiorib. etiam in fauorem
conſanguineorum pauperum, can. cleri-
cos, 1. quæſt. 2. Panormitanus in cap. per-
uenit, num. 1. verſicul. & credo quod de
arbitris ſine vllo metu ſacrilegij, gloſa in
dict. can. clericos, verb. ſacrilegium.

Obiicies verba Diui Hieronymi relata
in dict. can. clericos contrarium ſuadere,
quæ ita ſe habent, *clericos illos conuenit Ec-
cleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum
nulla ſuffragantur bona, qui autem bonis*
A *parentum ſuſtentari poſſunt, ſi quid paupe-
rum eſt accipiunt, ſacrilegium committunt,
& per abuſionem talium, iudicium ſibi man-
ducant, & bibunt.* ita ſcribit ille celebris
doctor Damaſo Summo Pontifici ſuo
contemporaneo, cuius coadiutor extitit
in cura paſtorali, & conciliarius digniſſi-
mus. Reſpondeo, canonem illum intelli-
gi debere de clerico, qui fuit promotus
ſine titulo, qui ſi pauper ſit, nutriri debet
de bonis Eccleſiæ, quæ aurum non habet,
vt ſeruet illud, ſed vt erroget neceſſitati-
bus pauperum impendendo, dicto can.
Eccleſiæ, ſecus ſi de bonis paternis ha-
B beat, vnde viuat, cap. tuis quæſtionibus
de præbendis, nam tunc pauper dici non
debet, qui (vt dixi alias) patrem habet
diuitem. non autem de clerico beneficia-
to, qui poteſt tuta conſcientia nutriri de
bonis Eccleſiæ, cap. de monach. illo tit.
nemo enim cogitur propriis ſtipendiis
militare, dicit textus in cap. cum ex offi-
cij de præſcript. alias dici poſſet benefi-
ciatus in herba, vt bene gloſa in cap. vno
verbo, ius ad rem de officio delegati, in
extrauag. communib.

Alij. non ſibi, textus ſingularis in cap. 18
vno, ibi. *alius clericis*, de exceſſib. prælato-
C rum, in clement. nemo enim poteſt ſibi
ipſi conferre, quantumuis idoneo, cap.
vltimo de inſtitutionibus, cap. per noſtras
de iure patronat. cap. ad aures de exceſſi-
bus prælatorum, Caſſadorus deciſ. 18.
num. 3. de præbend. Ioannes Andræas in
dict. cap. per noſtras num. 2. verb. perſo-
natum, debet enim eſſe diſtinctio perſo- 19
nalis inter dantem, & accipientem, quem-
admodum & inter baptizantem, & bapti-
zatum, cap. debitum de baptiſmo, Rota
deciſ. 105. num. 1. part. 2. diuerſ. vel *alij*,
id eſt, ſimili clerico, verbum enim *alius*
denotat ſimultatem, Felinus in cap. ſedes.
num. 6. de reſcriptis, Oldrad. conſ. 190.
D num. 2.

In perpetuum, iuxta naturam beneficio- 20
rum, quæ debent durare vſque ad mor-
tem poſſeſſorum, can. præcepta, diſtinct.
55. can. ſanctorum 70. can. ſatis peruer-
ſum, 56. diſtinct. cap. veniens de filiis
presbyterorum, gloſa in cap. paſtorali, 7.
quæſt. 1. cap. vno de capellis monacho-
rum in 6. & probatur argumento dedu-
cto ex cap. ex parte de clerico ægrotante,
Lapus allegat. 9. nam matrimonium ſpi-
rituale ſit de beneficiato cum ſua Eccle-
ſia, cap. inter de tranſlat Epiſcopi, ideo ad
vitam durare debet quemadmodum &
carnale, can. audiuimus, 3. quæſt. 2. &

Digitized by Google

eſt communis opinio eaque vera, ad quod
adde beneficiatum æquiparari vſufru-
ctuario (vt dictum fuit) cap. requiſiſti de
teſtamentis, cap. præſenti de officio ordi-
narii in 6. ſed vſuſfructus durat ad vitam
vſufructuarij, gloſa in cap. vltimo de pe-
culio clericorum, ergo, & eſſet contra Ec-
cleſiæ cenſuram, vt pro quorundam vo-
luntate, quis priuetur, quem ſua culpa ab
officij, quo fungitur, gradu non deiicit,
ait Gregorius Papa in ſua epiſtola 8. quam
reſcribebat Columbæ Epiſcopo Numi-
diæ, & de qua epiſtola eductus fuit dictus
canon ſatis peruerſum.

21 Hinc omnia beneficia, in dubio præ-
ſumuntur perpetua, vt eſt firma opinio
omnium, in cap. ſi conſtiterit de accuſa-
tionibus, quia debent eſſe talia de ſui na-
tura, can. inuentum, 16. quæſt. 7. Gon-
zal. conſilio, 7. de præbend. facit regula
decet de regul. iuris in 6. qua de cauſa
prioratus triennales mendicantium non
debent dici beneficia, ſed officia, defectu
talis perpetuitatis, cap. cum ad monaſte-
rium de ſtatu monachorum, clement. vna
de ſupplend. negligent. prælatorum, &
dixi ſuperius, vbi de Abbatibus, & Mo-
nachis.

22 *Idoneo*, ita loquitur textus in cap. ad de-
corem de inſtitutionibus, qualis non eſt
bigamus, toto titul. de bigamis non or-
dinand. qui reputatur laicus, can. qui-
cumque, 50. diſtinct. Ioannes de Turre-
cremata in can. quiſquis, verſicul. & de-
bet inter laicos, 84. diſtinct. Gibboſus
toto titulo de corpore vitiatis, vel qui ha-
bet manum mutilatam, Doctores in cap.
penultimo, illo titulo, Diuus Thomas q.
82. articul. vlti. vel pedem fractum pro-
pter deformitatem, teſte Archid. in can.
hinc etenim, col. 2. 49. diſtinct. multo
plura dicam, vbi de regula de pacificis
poſſeſſoribus, in quinta diſputatione.

23 *Gratis*, ita enim debent dari beneficia,
can. gratia, & ibi idem Archid. 1. quæſt.
1. cum res Eccleſiæ dona Dei ſint, quæ
à Deo gratis dantur, & ideo debent, & ſi-
militer gratis dari aliis, cap. ſi gratioſè, cap.
gratia, & cap. quamuis de reſcript. in 6.
Barbat. in clement. cauſam, colum. 51. de
electione, fuſius probo infrà vbi de colla-
tionibus ordinariorum, in ſequenti diſpu-
tatione, quæſtione penultima, alias com-
mitteretur ſymonia, can. ſi quis dator,
can. ſi quis obiecerit, 1. quæſt. 3. cap.
cum eſſent, & cap. tua de ſymonia, Re-
buffus in concordat. rub. de electionis
derrogatione, verb. illicitis, quæ eſt de

A iure canonico prohibita, gloſa in cap. ex 24
parte, verbo, prohibita de officio delegat.
Abbas in cap. finali, num. 7. de ſymonia,
Loterius lib. 3. de re beneficiaria, quæſt.
29. num. 41. ideo collatio per ſymoniam 25
facta eſt ipſo iure nulla, Innocent. in cap.
cum vniuerſorum de rerum permutatio-
ne, Aufrerius deciſ. Tholozan. quæſtione
438. Boerius in deciſionibus, quæſt. 117.
gloſa in regula 27. Cancellar. vbi dicit,
quod etiam ante declarationem poſſunt
impetrari beneficia, & eſt communis, &
veriſſima opinio omnium Canoniſtarum,
vt probo, vbi de modis amittendi benefi-
B cia in quarta diſputatione, Rebuffus loco
citato, verb. ſymoniacæ, & nullum con-
fert titulum prouiſio ſymoniaca, vt dicunt
illi omnes, in cap. inſinuatum de ſymonia,
gloſa in cap. niſi cum pridem. §. 1. de re-
nunciat. Felinus in cap. de ſymoniacæ,
num. 6. illo titul. de ſymonia, Benedict.
in repetitione, cap. Raynutius, verbo, &
vxorem, num. 381. de teſtamentis, nec 26
iuuat pacificum poſſeſſorem, gloſa in illa
regula de pacific. Gomes in eadem regu-
la, quæſtione 12. colum. 9. Caſſadorus
deciſ. 2. num. 6. de ſymonia, idem Lote-
rius lib. præallegato, quæſt. 29. nu. 124.
& dico vbi de illa regula de pacificis, vbi
C ex textu oſtendo eos excludi tamquam
fures, & latrones, gloſa in ſumma, verbo,
quidam Epiſcopus, verſicul. item crimen
ſymoniæ, 3. quæſt. 1. ideo tenetur ſymo- 27
niacus dimittere beneficium per ſymo-
niam obtentam, per textum ſingularem,
in cap. ſi alicuius, vbi Abbas de electione,
cap. nobis de ſymonia, notatur in can.
ſanctorum, 10. quæſt. 1. Innocent in cap.
inter dilectos, num. 1. de exceſſib. præ-
latorum, Nauarrus conſ. 92. num. 2. illo
titulo de ſymonia, etiam ſi ignorauerit
ſymoniam, vti v. g. patratam à patre, fra-
tre, conſanguineo, vel amico, idem Ab-
bas in cap. penultim. num. 2. de electio-
D ne, gloſa pragmat. in §. ſi vero, verb. ſy-
moniam, illo titulo, Rebuff. in tractatu
de pacificis, num. 198. & ſequenti, ex-
trauag. 2. de ſymonia, in communibus,
niſi poſſederit per triennium ſine vlla co-
gnitione ſymoniæ, quo caſu non tene-
tur, Antonius de Butrio in dict. cap. niſi
cum pridem, num. 8. verſicul. ſi autem,
Nicolaus Milius in repertorio, verb. ſy-
moniacos, Rota deciſ. 319. num. 1. part. 2.
diuerſorum, idem Rebuffus loco citato,
num. 12. alias ſecus poterit tamen bene-
ficium dimittere coram Epiſcopo, qui
poterit poſtea illi prouidere, dict. cap. pe-
nultimo.

nultimo. §. quamuis, dummodo benefi-
cium fuerit ſimplex, vt benè Leſſ. de in-
ſtit. & iur. lib. 2. cap. 35. num. 139. nam
quoad beneficium Curatum, vel digni-
tatem id non poſſet, argument. cap. vnici
de filiis preſbyterorum in 6.

28 Et eſt ſymonia dare beneficium famulo
ſuo in remunerationem obſequiorum
præſtitorum, Innocent. in cap. tuam de
ætate & qualitate, quod faciunt quidam
prælati Gallici, quos auaritia excœcauit,
can. ſunt nonnulli, 1. quæſt. 1. & tam te-
trum eſt, tamque immane crimen ſymo-
niacum, vt in comparatione illius cætera
crimina cenſeantur, & reputentur leuia, B
dicit can. fertur, 1. quæſt. 1. can. Deus,
& ibi Turrecremata, §. ſymoniaci, num.
2. 24. quæſt. 3. Doctores in cap. ſicut de
ſymonia, Redoanus illo titulo de ſymo-
nia, parte 4. cap. 8. num. 9. Rebuffus in
praxi, eodem titul. de ſymonia in reſigna-
tionibus, num. 12. Pariſ. lib. de confiden-
tia beneficiali, per totum, notatur in can.
eos qui eadem cauſa, 1. quæſt. 1. Fran-
ciſcus de Ripa in ſuo tractat. de ſymonia,
part. 1. articul. 7. num. 6. ideo omnes
29 ſpurij, meretrices, ſerui, criminoſi, & cæ-
teri infames, omnes admittuntur ad pro-
bationem ſymoniæ, cap. ſi Dominus, &
cap. tantæ, illo titulo, licet tales prohi-
beantur de iure à teſtimoniis ferendis, C
cap. per tuas, ibidem, cap. 1. de teſtibus
in 6. quibus modis committatur ſymo-
nia, diſce ex dicto can. ſunt nonnulli, &
ab eodem Rebuffo in dicto tractat. de
pacific. poſſeſſoribus, num. 198. quam
ſolus Papa purgat, Præpoſitus in can. la-
torem, num. 29. 1. quæſt. 1. Cardinal. in
cap. 1. num. 2. de ſymonia, vt dixi ſuprà.

30 *Propter diuinum officium*, quod eſt finis
primarius erectionis beneficiorum, cap.
Epiſcopus, penultimo de præbend. gloſa
in cap. cum M. Ferrarienſis. §. verum,
verbo, ſuſceperunt de conſtitutionibus, D
& in clement. cupientes, verb. ſuſpenſi,
& in verb. beneficium de pœnis, cum pro-
pter diuinum miniſterium detur benefi-
cium, can. ſi quis ſacerdotum, diſtinct. 81.
cap. cùm ſecundum de præbend. cap. vl-
timo de reſcrip. in 6. Abbas conſilio 47.
verſicul. tertium conſideratur, parte 2.
num. 1. Felinus in cap. in noſtra, verſicul.

A de tertio, num. 9. illo titulo apud Gre-
gorium, Ancharus in regula 1. num. 4.
de regulis iuris in 6. Gonzal. in regula
de menſibus, gloſa 5. num. 8. Loterius
in re beneficiaria, lib. 3. quæſt. 36. num.
1. quemadmodum inſtituti fuerunt cle-
rici, vt per eos Deo in diuinis officiis or-
dine congruo ſeruiatur, cap. 2. de inſti-
tutionibus, ideo enim clerici nuncupan- 31
tur, can. cleros, 21. diſtinct. dict. cap. cum
ſecundum, clement. 2. de ætate.

Canonicè, quia ſine canonica inſtitutio- 32
ne beneficium obtineri nequit, can. ſi
quis deinceps, 16. quæſt. 7. cap. ex fre-
quentibus de inſtitutionibus, Doctores,
& ibi gloſa in dicta regula. 1. nec ideo
præſcriptio curreret, cap. vltimo de præ-
ſcriptionibus, imo intruſus diceretur, qui 33
ſine titulo occuparet beneficium, cap.
cum qui de præbend. in 6. Baldus in cap.
quia diuerſitatem, num. 2. de conceſſio-
ne præbend. gloſa pragmatices, titulo de
pacificis poſſeſſoribus, verb. poſſideat,
Felinus in cap. ſicut, num. 3. verſicul. 5.
de re iudicata, Pariſius lib. 1. quæſt. 14.
num. 4. quemadmodum dicitur intruſus 34
ille, qui non intrat per oſtium, ſed per fe-
neſtram, cap. relatum de iure patronatus,
vt qui de manu laici habuit beneficium, 35
dict. can. ſi quis deinceps, qui per vim oc- 36
cupat, dict. cap. cum qui, & multi alij,
quos vide, apud Geminianum in can. vl-
timo, verſus finem, diſtinct. 19. quorum
nullus iuuatur decreto de pacificis, idem
Rebuffus in illo tractat. de pacific. & do-
ceo infrà, vbi de illa regula, in dicta diſ-
putatione quinta.

Conceſſa, nam collatio beneficij eſt do- 37
natio, toto titulo de conceſſione præ-
bendæ, cap. 3. de ſupplend. negligentia
prælat. dictum fuit in quæſtione decima,
vbi de Capitulis in priori diſputatione, &
debet donari beneficium, non retineri,
tota rub. vt Eccleſiaſtica benef. ſine di-
minut. conferantur, Benedictus in repe-
titione, cap. Raynutius, verbo, ſi abſque
liberis, 2. de fidei commiſſar. ſubſtitur.
num. 32. & 37. de teſtament. Corraſius
in tractatu beneficiali, parte 4. cap. 1.
num. 4. idem Rebuff. in praxi, titulo de
requiſitis ad collationem beneficiorum,
num. 6.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SECVNDÆ.

1. *Beneficia alia maiora, alia minora.*
2. *Beneficia maiora, quæ dicantur.*
3. *Papatus eſt beneficium.*
4. *Beneficia minora, quæ dicantur.*
5. *Beneficia alia curata, alia ſimplicia.*
6. *Ex ſolo iure baptizandi, Eccleſia non poteſt dici curata.*
7. *Ius baptizandi acquiritur præſcriptione.*
8. *Eccleſia non dicitur curata, ex ſolo iure ſepeliendi.*
9. *Ius ſepulturæ liberum eſt.*
10. *Ius ſepeliendi acquiritur, vel ex præſcriptione, vel ex Epiſcopi conceſſione.*
11. *Cura fori contentioſi non facit Eccleſiam curatam.*
12. *Ius excommunicandi poteſt competere non habenti curam animarum.*
13. *Curata Eccleſia dicitur propriè, quæ habet poteſtatem ligandi, vel ſoluendi in foro pœnitentiæ.*
14. *Beneficium curatum non patet latius parochiali.*
15. *Maior identitas requiritur in curatis, quam in ſimplicibus beneficiis.*
16. *Viginti quinque anni requiruntur in beneficio curato.*
17. *Intra tempus conceſſum à iure debet, quis promoueri ad presbyteratum habens beneficium curatum.*
18. *Ætas legitima debet adeſſe à principio, quæ ſtatuta fuit ab homine.*
19. *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſupra ætatem conſtitutam ab homine.*
20. *Tempus iuris quoad promotionem extenditur ad vnum annum.*
21. *Duo beneficia curata ſunt incompatibilia.*
22. *Beneficium ſimplex quodnam ſit.*
23. *Puer ſeptem annorum eſt capax in regno Canonicatus Cathedralis, vacantis iure regalia.*
24. *Beneficium ſimplex de iure requirit reſidentiam.*
25. *Beneficium ſimplex de conſuetudine non requirit reſidentiam.*
26. *Duo beneficia ſimplicia ſunt incompatibilia ſub eodem tecto.*
27. *Diſpenſatus ad duo beneficia, non cenſetur diſpenſatus ad duo beneficia vniformia.*
28. *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſupra duo beneficia vniformia.*
29. *Epiſcopus non diſpenſat ſupra decreta Conciliaria.*
30. *Legatus à latere non diſpenſat ſupra Concilia.*
31. *Verba generalia non ſufficiunt in caſibus, in quibus requiruntur ſpecialia.*
32. *Non eſt veriſſimile velle Summum Pontificem diſpenſare quoad duo beneficia vniformia, niſi id expreſſe dicat in literis.*
33. *Beneficia regularia, quæ dicantur.*
34. *Beneficia ſæcularia quænam ſint.*
35. *Secularis clericus quis dicatur.*
36. *Regularis quis vocetur.*
37. *Regularis eſt inhabilis ad beneficia ſecularia, & vice verſa.*
38. *Neceſſitas eſt iuſta cauſa diſpenſandi.*
39. *Ob euidentem vtilitatem diſpenſatur regularis ad beneficium ſeculare.*
40. *Poſſeſſio 40. annorum immutat qualitatem beneficij.*
41. *Solus Papa diſpenſat ſuper ſecularizatione beneficij regularis.*
42. *Beneficium ſeculare eſt dignius regulari.*
43. *Omnia beneficia præſumuntur in dubio ſecularia.*
44. *Qui dicit contrarium, tenetur illud probare.*
45. *Beneficia alia electiua, alia collatiua.*
46. *Electiua beneficia quænam propriè dicantur.*
47. *Electiua in quibus requiritur confirmatio ſuperioris.*
48. *Forma electionis, quænam ſit.*
49 *Forma dat eſſe rei.*
50. *Collatiua beneficia, quænam ſint.*
51. *Beneficia alia in commendam, alia in titulum.*
52. *Beneficia data in titulum, quænam dicantur.*
53. *Quænam ſint beneficia data in commēdam.*
54. *Commenda de iure quanto tempore durat data intuitu Eccleſiæ.*
55. *Commenda data intuitu perſonæ, eſt perpetua.*
56. *Commenda eſt hodie Canonicus titulus.*
57. *In regno commenda eſt titulus Canonicus.*
58. *Commendatarius poteſt diſponere hodie de fructibus beneficij commendati.*
50. *Commendatarius facit fructus ſuos.*
60. *Stilus Papæ in conceſſione commendæ.*
61. *Commendatarius poteſt permutare ſuum beneficium.*
62. *Perpetuitas, & libera diſpoſitio denotat bonitatem tituli.*
63. *Can. obitum, & can. conſtitutum, 7. q. 1. explicantur.*
64. *Beneficia alia virorum, alia mulierum.*
65. *Mulier eſt inhabilis ad beneficia.*

66. Soli tonſurati ſunt capaces beneficiorum. A
67. Mulier, ſi ordinaretur, non reciperet characterem.
68. Mulieres habent quadam beneficia.
69. Mulieres in regno habent prælaturas.
70 Mulieres triennales iuuantur decreto de pacificis.
71. Beneficia mulierum ſunt libera omni iure Papali, & decimis.
72. Beneficia alia cathedralia, alia collegialia.
73. Maior idoneitas requiritur in cathedralibus, quam collegialibus.
74. Canonici Cathedrales ſunt conſtituti in dignitate.
75. Canonicatus Cathedralis requirit quatuordecim annos in poſſidente. B
76. Decem anni ſufficiunt in Canonico Collegiali.
77. Septem anni ſufficiunt in poſſidentibus beneficia ſimplicia.
78. Beneficia reſeruata, quæ dicantur.
79. Summus Pontifex confert ſolus beneficia reſeruata.
80. Beneficia affecta, quanam ſint.
81. Beneficia non affecta, quanam dicantur.
82. Beneficia patrimonialia, quanam ſint.
83. Beneficia ſunt de iure poſitiuo humano.
84. Papa diſpenſat ſupra omnia beneficia.
85. Papa non diſpenſat ſupra ius diuinum. C
86. Cauſa materialis beneficiorum eſt temporalitas.
87. Cauſa formalis beneficiorum conſiſtit in quatuor hic inſertis.
88. Cauſa finalis beneficiorum, quanam ſit.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quot ſint genera beneficiorum.

ASSERTIO 1. Beneficia re-
1 ctè diuiduntur in maiora, &
minora, textus eſt ſingularis,
& ibi gloſa, in cap. penult.
de verborum ſignific. Doct.
2 in regula 1. de regulis iuris in 6. maiora
dicuntur illa, quibus eminens aliqua di-
gnitas, & iuriſdictio circa res, vel perſonas
Eccleſiaſticas eſt coniuncta, ſicuti Papa-
3 tus, qui licet dicatur culmen dignitatum,
in cap. ad Apoſtolicæ de decimis, eſt ta-
men verè beneficium, vt notatur in cap 1.
de maledicis, Angel. in ſua verb. benefi-
cium. §. 1. Cardinalatus, Patriarchatus,
Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ,
cap. fœlicis de pœnis in 6. ideo qui tales
dignitates poſſident, dicuntur prælati,
A cap. Epiſcoporum de priuilg. in 6. cle-
ment. vna de ſupplend. negligent. præ-
lator. quaſi præ aliis elati, can. præcipuè,
12. quæſt. 1. cap. vbi periculum de ele-
ctione, eodem libro 6. & dico infrà, vbi
de regulis Cancell. minora ſunt cætera 4
beneficia, quæ reſpectu ſupra enumera-
torum dicuntur talia per textum ſingu-
larem, cap. licet, §. inferiora, illo titulo
apud Gregorium, idem Angelus loco ci-
tato.

ASSERTIO 2. Beneficia alia ſunt cu- 5
rata, alia ſimplicia, communis, & vera
opinio Doctorum, in cap. de multa de
præbend. & curatam Eccleſiam non facit 6
B ſolum ius baptizandi infantes, Felinus in
conſilio 188. factum eſt tale, colum. vlti-
ma, Staphilæus de ſtatu, & qualit. benef.
num. 2. & ſequenti, Sarnen in regula de
idiomate, quæſtione 11. nam tale ius ac- 7
quiri poteſt ex præſcriptione, Cardinal.
in clement. 1. de baptiſmo, Decius in
cap. ad aures, notab. 26. de reſcript. idem
Gomes loco citat. qui baptiſmus eſt laua-
crum regenerationis, textus, & ibi Doct.
in cap. 1. illo titul. de baptiſmo, & impri-
mit characterem indelebilem animæ, In-
nocent. in cap. finali, verſicol. nec mire-
ris, num. 1. de ſacrament. non iterand. &
C poteſt conferri à laico, Sotus in 4. ſen-
tentiar. diſtinct. 4. quæſt. vna, articul. 2.
Rebuff. in concordat. rub. de collationi-
bus. §. ſtatuimus, verb. parochialibus,
quemadmodum nec ius ſepeliendi facit 8
Eccleſiam curatam, Archid. in cap. 1. de
ſepulturis, Rota deciſ. 52. num. 27. parte
2. diuerſ. Loterius lib. 1. quæſt. 28. nu.
54. cum ius illud liberum ſit, vt oſtendi 9
ſuprà vbi de Epiſcopis, & poſſit compe-
tere alteri Eccleſiæ, quam curatæ, Antu-
nius de Butrio, in cap. ad audientiam,
num. 12. de Eccleſiis ædif. Rota deciſio-
ne 376. num. 3. in nouis, ex præſcriptio- 10
ne, vel conceſſione Epiſcopali, Hoſtienſ.
D in cap. quia nonnulli de clericis non re-
ſidentibus, poteſt enim Epiſcopus ſecare,
& diuidere Eccleſias iuſta de cauſa, can.
non ſatis, 86. diſtinct. textus, & ibi gloſa;
in cap. expoſuiſti de præbend. Abbas in
cap. vacante, num. 2. ibidem, vel vnire,
cap. ſicut vnire de exceſſibus prælatorum,
& dixi ſuprà de conſenſu ſui Capituli, to-
to titulo de his quæ fiunt à prælatis ſine
conſenſu cap. clement. 2. de rebus Ec-
cleſiæ alienand. quod vltimum difficilius
fieri debet propter ſuppreſſionem cultus
diuini, cap. cùm acceſſiſſent de conſtitut.
& dicam vbi de regula de vnionibus.

11 Imo nec facit Eccleſiam curatam, cu- A ta ſolius fori contentioſi niſi largo modo, Innocent. in cap. dudum, 2. de electione, Abbas in dicto cap. de multa, colum. 2.
12 cum poteſtas iudicandi, excommunicandi, abſoluendi, & cætera faciendi, quæ ad corrigendos mores pertinent, poſſit eſſe penes illos, qui non ſunt propriè curati, cap. 1. de officio Archidiac. Doctores in cap. cum contingat de foro compet. idem Innocentius in cap. cum ſatis, verſicul. largè dicitur, num. 2. illo titul. de officio Archid. ſed benè dicitur propriè Eccleſia
13 curata, quæ habet curam fori pœnitentialis, quæ tota verſatur circa poteſtatem B ligandi, atque ſoluendi in furo pœnitentiæ, cap. omnis de pœnitent. idem Innocent. in dict. cap. cum ſatis, Cardinalis conſ. 48. ad dubia, Decius in dict. cap. ad aures, gloſa in extrauag. execrabilis, verb. curam animarum de præbend. in extrauagantibus, Ioann. 22. Præpoſitus in can. qui Epiſcopatum, num. 47. 8. quæſt. 1. notatur in can. quem pœnitet, de pœnitent. diſtinct. 1. Gonzal. in regula de menſibus, gloſa 6. num. 64. Hoſtienſis in dicto cap. omnis, num. 13. Loterius in dicto libro 1. quæſt. 20. num. 16. verbo, pertinent autem, dummodo ſacerdos C conſtitutus in Eccleſia habeat certam parochiam, cap. 1. de parochis, gloſa in clement. dudum, verb. impediant de ſepultutis, ideo dic quod Eccleſia dicitur curata, quæ habet populum, & clerum, Mendoſa in regul. 3. Cancellar. de reſeruationibus, quæſt. 9. num. 2. vel melius, quæ habet paræciam, in qua eſt animarum cura, non per Vicarium, ſed per rectorem ipſius Eccleſiæ exercenda, dicit gloſa in dict. extrauag. execrabilis, iidem Doct. in clement. vna de officio ordinar. dicta curata, quia cor vrit curati, vel ſaltem vrere debet, quod denotat curam, quam debet habere animarum commiſſarum, Abbas in dict. cap. de multa, D verbo cura dicitur, num. 24. quæ cura poteſt competere alicui ex præſcriptione, idem Hoſtienſis in dicto cap. omnis, num. 18. & multis aliis modis, quos vide apud Rotam, deciſione 710. num. 2. parte 2.
14 in nouis, & æquè patet Eccleſia curata, ac parochialis, vt benè notat idem Loterius loco præallegato, num. 55. verb. ego nullam inuenio differentiam, contra Rebuffum loco prædicto.

15 Maior autem idoneitas requiritur in iſtis beneficiis curatis, quam in aliis, per textum ſingularem, in cap. cùm in illis de præbend. in 6. gloſa in cap. ſi pro clericis, verb. defectu ordinum illo titulo & lib. Doctores in dict. cap. dudum, nam qui habent talia beneficia, debent eſſe vigin- 16
ti quinque annorum, idque de iure communi, cap. cum in cunctis. §. inferiora, & ibi Canoniſtæ de electione, gloſa in cap. nemo deinceps, vbi eſt etiam bonus textus, verb. ſacerdotio, illo tit. in 6. idem Abbas in clement. vt hi qui, num. 18. de ætate, Rochus Curtius in tractatu de iure patronatus, verb. honorificum, quæſt. 4. num. 26. notatur in cap. licet canon, illo titulo de electione, lib. 6. vel ſaltem eſſe in ea ætate, in qua promoueri valeant ad 17
presbyteratum intra tempus conſtitutum à iure, cap. præterea de ætate, cap. ex parte de officio Vicarij, Doctores in dicto cap. licet canon, Geminianus in cap. ei cui, vbi eſt ſingularis textus, num. 10. de præbend. in 6. & eſt decretum ſacroſancti Concilij Tridentini. ibi. *aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta ſynodo ſtatutum, initiari valeat*, ſeſſione 25. cap. 12. de reformatione.

Fallit ſi ex fundatione, lege, vel con- 18
ſuetudine requiratur ordo presbyteratus in beneficiato, quo caſu ſola aptitudo non ſufficit, ſed debet adeſſe qualitas à principio, iidem Doctores in dicto cap. ei cui, gloſa in cap. ſi eo tempore, verb. effectum de electione in 6. Cardinalis in cap. perpendimus, num. 7. verſicul. ſed redeundo ad contrarium de ſentent. excommunicat. idem Abbas in cap. ſuper inordinata, col. 2. de præbend. nec ſupetueniens attendi debet, dicit gloſa in dict. clement. vt hi qui, verb. conſtitutus, quæ non poteſt ſuſpendere nullitatem prouiſionis incurſam ex diſpoſitione legis, vel fundationis, dict. cap. cùm in cunctis, per quam ſit nouum ius regulam ius commune, dicit gloſa in illo cap. nemo, & ſuper hoc non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſed con- 19
ferre tenetur habenti tantum ordinem, Federicus de Senis, conſilio 69. num. 2. verſicul. item cum in Eccleſia, alias collatio eſt nulla, gloſa in clement. 1. verb. inhibens de iure patronat. Felinus in cap. ex parte, num. 1. & 2. de reſcript. quoquo iure conferat, ſiue ordinario, ſiue deuoluto, vt dixi ſuprà, vbi de iure deuolutionis, & ſolus Papa poteſt derogate fundationibus, Ioannes Monachus in dict. cap. ſi pro clericis, Rota decif. 41. num. 1. de conceſſione præbend. in antiquioribus, alias dic quod ſufficit eſſe in ea ætate in 20
qua poſſit promotio fieri intra annum,

qui eſt tempus conceſſum à iure, cap. cum A
ex eo, & dict. cap. nemo, quod ſeruari
debet in foro iudiciali.
Obiicies cum Burrio in dicto cap. ei cui,
num. 12. ille annus datus fuit tantum à
iure pro ſuſceptione ordinis preſbyteralis,
non ad explendam ætatem 25. annorum,
ergo debet curatus habere illam ætatem,
licet non teneatur habere ordinem niſi
intra annum. Reſpondeo, nego antece-
dens, æquè enim datus fuit ille annus pro
vno, quam pro alio.
Nota tamen beneficium eius non va-
care ob non factam promotionem, qui iu-
ſtè impeditus fuit, quominus promoue-
retur, cap. commiſſa, vbi Doct. de elect. B
in 6. clement. ſuprà citat. vt ij qui, im-
pedito enim de iure, vel de facto non cur-
rit tempus, regula impedito de regul. iu-
ris in 6. Felinus in cap. ex tranſmiſſa, nu.
1. de præſcriptionibus.
21 Nota 2. duo beneficia curata eſſe in-
compatibilia de iure, cap. 1. de officio
Vicarij, dict. cap. dudum de elect. cap.
cum iamdudum de præbend. Doctores,
& ibi gloſa in cap. de multa, ibidem. glo-
ſa in extrauagant. execrabilis, verbo cu-
ram animarum, illo titulo in communib.
Hoiedus de incompatib. beneficior. par-
te 1. cap. 13. num. 4. nam vtrumque re- C
quirit reſidentiam perſonalem, dicto cap.
præterea de officio Vicarij, cap. quia non-
nulli de clericis non reſidentib. cap. ad
hæc de præbend. niſi alterum detur in
commendam, & alterum in titulum, vt
dicitur in dicto cap. vbi Abbas, num. 7.
22 Simplex dicitur illud, quod vnico, &
ſimplici diuini cultus onere afficitur, ſine
vlla cura animarum, cap. vltimo, & ibi
gloſa, verb. ſimplicis, illo titulo de præ-
bend. Marſil. colum. de reditibus Ec-
cleſiaſt. part. 2. cap. 14. num. 1. quæ be-
neficia vulgò appellantur beneficia ſim-
plicis tonſuræ, quia in ætate annorum ſe-
ptem legitimè tenentur, gloſa in can. de
his, verb. infantis, diſtinct. 28. gloſa in D
cap. ſuper inordinata, verb. promoueri de
præbend. Geminianus in cap. cum vige-
ſimum, num. 10. de officio legati, Panor-
mitanus in dicto cap. præterea, num. 6.
quod ſeruatur in Gallia, vbi puer ſeptem
annorum capax eſt ſimplicis beneficij, Fa-
bric. de beneficiis ſimplicibus, & duplici-
bus, num. 8. quia de iure poſt ſeptennium
poteſt tonſura conferri, gloſa in cap. fina-
li, verbo infanti de temporibus ordinat.
in 6. Nauarrus conſ. 1. num. 1. de ætate,
23 imo, vt dixi, in Gallia puer ſeptem anno-
rum capax eſt Canonicatus vacantis iure
regaliæ, Roſſiniacus de re ſacerdot. li, lib.
3. titulo 1. Rebuffus in praxi, titul. de diſ-
penſat. ratione ætatis, Loüetus in ſuis ar-
reſtis, verb. ætas, Bauny in ſua praxi iuris
canonici, lib. 3. cap. 26. ideo non ſerua-
tur decretum Concilij Tridentini poſi-
tum in ſeſſione 23. cap. 6. de reformatio-
ne, vbi nullus ante decimum quartum
annum poteſt obtinere beneficium Ec-
cleſiaſticũ quamuis ſimplex, quia quem-
admodum ea ætate poteſt tantum matri-
monium carnale contrahi, gloſa in cap. ex
eo, verb. diſcretione de electione in 6.
ita & matrimonium ſpirituale (vt dixi ſu-
prà) Doctores iuncta gloſa in can. ſicut
in vnaquaque, 21. quæſt. 2.
Imo & de iure quodlibet beneficium 24
ſimplex requirit reſidentiam perſonalem,
Doctores in cap. vltimo de clericis non
reſidentibus, cuius defectu non poſſunt
percipi fructus à beneficiatis, Archiepiſ.
Florent. in ſua ſumma, parte 3. titulo 2.
Nauarrus in manuali, cap. 15. num. 121.
& eſt decretum dicti Concilij Tridentini,
ſeſſione 23. cap. 1. illo titul. nec diſtribu-
tiones, cap. de cætero, & cap. ad audien-
tiam, ibidem de clericis non reſidentibus,
cap. 1. illo titulo in 6. Abbas in cap. olim
de verborum ſignif. & quod requirat re-
ſidentiam, volunt, can. ſanctorum, 70.
diſtinct. cap. conquerente, illo titulo,
Decius in cap. ad aures, notab. 21. de re-
ſcriptis, idem Rebuff. in praxi, titulo de
diſpenſat. de non reſidendo, ſecus de con- 25
ſuetudine generali, Innocent. in cap. cum
ex tua, ibidem de clericis non reſidentib.
Archidiac. in can. peruenit, num. 4. 7.
quæſt. 1. Decius in cap. de monachis, §.
adhæc, num. 6. de præbend. Loterius in
dicta re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 36. nu.
39. quæ valida eſt, & excuſat, Doctores,
& ibi gloſa in cap. cum venerabilis de
conſuetud. cap. extirpandæ, §. qui verò,
num. 31. illo tit. de præbend. Abbas in
cap. cum omnes, num. 1. de conſtitut.
Mendoſa in reg. 1. Cancellar. quæſt. 13.
num. 8. talia ſunt capellæ, capellaniæ, al-
taria, & oratoria data in titulum, idem Ab-
bas in cap. recolentes, verb. altaria de ſta-
tu monach. & in cap. finali de cenſibus,
Geminianus in cap. 1. colum. vltima de
conſuetudine in 6. & ſpiritualizata per
approbationem Epiſcopi, alias non, can.
regenda, 10. quæſt. 1. tunc enim non poſ-
ſunt dici beneficia Eccleſiaſtica, clement.
2. de iudiciis, clement. vltima de deci-
mis, Bonifacius in clement. vltima, col. 1.

de reſcriptis, Felinus in cap. ex parte. §. A perſonæ, num. 2. illo titulo in decretalibus, Ioannes de Selua in ſuo tractat. beneſ. part. 3. quæſt. 57. Rebuffus in tract. nominationum, quæſt. 15. num. 17. ſine Epiſcopali authoritate, Decius conſ. 210. num. 4. Guido Papæ deciſ. 187. num. 1. à qua ſola ſuam accipiunt ſpiritualitatem, idem Rebuffus in praxi, titul. quare ſint inſtitut. benef. num. 10. quam ſolus creare poteſt, ait gloſa in cap. adhæc, verbo authoritate Pontificia de religioſis domibus, & doceo infrà vbi de iure patronatus, in ſequenti diſputatione, ex his.

Collige non eſſe mirum, ſi hæc beneficia ſimplicia tanto auidius hodie deſide- B rentur in regno, quanto ſalubrius olim recuſabantur à prætereuntibus, dicitur enim de his, *lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* videmus quippe omnes tum reges, tum principes, tum ſenatores, ad beneficia aſpirare ore hianti, nec vnico contentos eſſe, quidquid dicat gloſa in dict. cap. dudum, verb. retinere, Ioannes Andræas in dict. cap. quia nonnulli.

Collige 2. Duos Canonicatus eſſe incompatibiles, licet inter beneficia ſimplicia computentur, ex decreto dicti Concilij, illo cap. 12. de reformat. ſeſſione 24. C

Collige 3. Beneficia omnia cenſeri ſimplicia in dubio, niſi aliter probetur, Rota deciſ. 85. incipiente, Domini, num. 2. in recentioribus, de anno 1637. ſub bonæ memoriæ Papa Vrbano VIII. ideo eius eſſe probare, qui contrarium dicit, Bellam. deciſ. 675.

26 Collige vltimo, duo beneficia ſimplicia eſſe incompatibilia ſub eodem tecto, per textum ſingularem, in cap. literis de conceſſione præbendæ, gloſa in clement. finali de præben. Staphilæus de literis gratiæ, titulo de diſpenſat. ratione ætatis. §. incompatibilia, etiam quauis contraria conſuetudine nonobſtante, cap. 1. de D conſuetud. in 6. quare ſeruanda eſt praxis noſtræ Eccleſiæ Lodouenſis, qua iuxta bullam Iulianam poteſt Canonicus hebdomadarius conferre beneficium vacans per acceptationem ſecundi beneficij
27 in dicta Eccleſia, ad quod facit, quod dicunt Doctores in dicto cap. de multa, nempe diſpenſatum ad duo beneficia non cenſeri diſpenſatum ad duo beneficia ſub eodem tecto (niſi expreſſè caueatur) etiam ſi gratia ſit facta motu proprio Papæ, quæ non tollit hanc incompatibilitatem duorum beneficiorum vniformium, gloſa in cap. finali de officio delegat. in 6. idem Rebuffus in concordat. rub. de mandatis Apoſtolicis, §. ſtatuimus, verb. ita tamen, ſupra quam non 28
poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare, Ioannes Andræas in dicto cap. literas, cum prohibitio ſit conciliaria, dicto cap. de multa, ſupra quam, vt dixi ſuprà, Epiſco- 29
pi non diſpenſant, iuxta gloſam quæ communiter approbatur in cap. cùm dilecti, verb. ætate, & ibi Doctores de electione, Quemadmodum nec Legati à latere, vt 30
volunt iidem Doct. in cap. etſi clerici de iudiciis. dixi, *niſi expreſſè caueatur*, quia 31
verba generalia non ſufficiunt, vbi requiruntur ſpecialia, cap. 3. de officio Vicarij in 6. vt hic cap. ex parte de capellis monach. Doctores in cap. cam te de reſcript. Archidiac. in cap. licet de conſtitutionib. in 6. idem de Selua, vbi ſuprà, parte 2. quæſt. 11. num. 31. Pariſius lib. 7. quæſt. 2. num. 38. & non eſt veriſimile 32
velle Summum Pontificem diſpenſare in his duobus beneficiis vniformibus niſi id expreſsè dicat, Doctores in dicto cap. de multa.

Assertio 3. Beneficia diuiduntur 33
in ſecularia, & regularia, ita diuiduntur à Rebuffo in dicto concordat. rub. de collationibus, §. volumus, verb. regularia, Loterio in ſua re beneficiaria, lib. 1. qu. 34. num. 7. quemadmodum duo ſunt ſtatus clericorum, nempe ſecularium, & regularium, can. duo ſunt, 12. quæſt. 1. regularia dicuntur illa, quæ ex fundatione, ſtatuto, priuilegio, vel ex legitima præſcriptione debentur tantum illis, qui regulam aliquam profitentur, cap. Deus qui, & cap. quoniam de vita & honeſtate clericorum, cap. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum, Doctores in rub. de regularibus, gloſa in cap. licet de officio ordinarij, Felinus in cap. in noſtra, correlat. vltima de reſcript. regula 41. Cancellar. notatur in cap. cum de beneficio de præbend. in 6. Rota deciſ. 54. num. 1. verſicul. nec obſtat de reſcript. in antiq. gloſa pragmatices in §. item ordo, verb. regularibus, rub. de collationibus, Gonzal. in regula de menſibus, gloſa 8. num. 38. & ſeq. idem Ioannes de Selua in ſuo tract. beneficiali, part. 3. quæſt. 58. ſecularia quæ ſæcularibus tantum debentur, 34
ex fundatione, ſtatuto, priuilegio, vel præſcriptione, dicto cap. cum de beneficio, clement. 1. de electione, Concilium Tridentinum, ſeſſione 25. cap. 21. de re-

gulatib. vel quæ fuerunt poſſeſſa per ſe- A
culares quadraginta annis, clement. vna
35 de ſupplenda negligent. prælat. dicti ſe-
culares, quia nulli abſtricti ſunt regulæ,
quam profitentur è conuerſo regula-
res, cap. quod Dei timorem, illo titulo
36 de ſtatu monachorum, cum tribus votis
quæ emittunt, ex quibus propriè dicun-
tur regulares, per textum ſingularem, in
dict. cap. cum ad monaſterium, Abbas in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 3. de
conſtitut. Canoniſtæ in illa tub. de regu-
laribus.

37 Et eſt inhabilis regularis ad beneficium
ſeculare, & è contra, can. placuit, 2. 16. B
quæſt. 1. cap. officij de electione, cle-
ment. 2. de reſcriptis, clement. 1. §. cæ-
terum de ſtatu monach. gloſa in clement.
1. de iudicis, Baldus in cap. cum cauſam
de electione, Hoſtienſis in cap. finali, nu.
25. verſicul. & ſunt hæc de ſtatu mona-
chor. ſtante prohibitione Concilij Latera-
nenſis, quod habetur, in cap. monachi,
ibidem, Rota deciſione 28. de præbend.
in nouis, imo & collatio facta regulari de
beneficio ſeculari eſt ipſo iure nulla, & è
contra, teſte Benedict. in repetit. cap.
Raynutius, verb. & vxorem, num. 218.
& ſequenti de teſtamentis, niſi in caſu ne- C
ceſſitatis, vt in defectu ſecularium, textus
ſingularis in cap. *inter quatuor.* ibi. *ſed ſi*
38 *regulares defuerint, propter eorum defectum,*
in eis ſeculares clerici poterunt ordinari de
religioſis domibus, neceſſitas enim non
habet legem, cap. ſi quis de furtis, cle-
ment. 1. de rebus Eccleſiæ alienand. hoc
tamen non venit hodie recipiendum in
Gallia, vbi ſunt tot ſacerdotes ſeculares,
& potiſſimum in hac vrbe Pariſienſi ad
beneficia ſic aſpirantes, vt nihil auidius
audiant, nihil iucundius, quam obitus be-
neficiatorum quorum ſpoliis gaudere
ſperant.

39 Fallit 2. in caſu euidentis vtilitatis, vt D
ſi, v. g. deſint ſeculares concionatores,
tunc enim poſſunt admitti regulares qui
concionandi facultatem habeant, & pe-
ritiam, eique incumbant, oneri vtpote
priuilegiato, cap. inter cætera de officio
ordinarij, gloſa in can. parochia, 16. qu.
1. cap. quod Dei timorem de ſtatu mo-
nachorum, quod enim fit impulſu eui-
dentis vtilitatis publicæ, benefieri dici-
tur, can. priſcis, diſtinct. 55. can. pro vti-
litate, illa 16. cauſa, quæſt. 1.

Fallit 3. quoad Vniuerſitates regulares,
& monaſteria, quæ poſſunt habere benefi-
cia ſecularia vnita menſis, per textum ſin-
gularem, clement. 1. & ibi gloſa, verb. ad
menſam de exceſſibus prælatorum.

Fallit vltimo ex præſcriptione, quæ ac- 40
quiritur ſpatio quadraginta annorum, per
textum mirabilem in dicto cap. cum de
beneficio, Ioannes Andræas in dicto cap.
num. 15. poſſeſſio enim tanti temporis
continua immutat ſtatum beneficij, dicto
cap. cum de, clement. vna de ſupplenda
negligent. prælatorum, Felinus in cap. in
noſtra, num. 43. de reſcript. Rota deciſ.
188. num. part. 1. in recentiorib. & de-
ciſ. 2. de præbend. illo lib. Decius conſ.
126. num. 1. dummodo fuerit præſcriptio
completa, cap. veniens, & cap. illud au-
tem de præſcriptionibus.

Ex his nota ſolum Summum Pontifi-
cem poſſe diſpenſare ſuper ſecularizatio- 41
ne, vel regularitate beneficiorum, ita Ar-
chidiac. in illo cap. cum de, num. 7. con-
tra Loterium aſſerentem contrarium in
dicta re benef. lib. 1. q. 34. num. 49. cum
duob. ſequent. vbi dicit poſſe Epiſcopos
diſpenſare, ſed contra, Epiſcopi non poſ-
ſunt reſilire à voluntate ſemel approba-
ta fundatorum, cap. tuæ nobis de teſta-
mentis, gloſa in cap. cum dilectus, verbo
conſtitutum in fine de conſuetudine, Ro-
ta deciſ. 561. num. 2. parte 2. in recentio-
ribus, ſed ſi poſſent diſpenſare, reſilirent
à voluntate fundatorum, vt nemo non vi-
dit, ergo.

Obiicies prædictum cap. *cum de benefi-*
cio, velle Epiſcopos mutare ſtatum, &
qualitatem beneficij, quandoquidem
poſſunt illi dare inceptionem præſcri-
ptioni conferendo, v. g. beneficium ſe-
culare regulari, & vice verſa. Reſpondeo,
poſſe quidem Epiſcopos ex textu citato
ſecularitatem beneficio imprimere in-
choatiuè, ſed non integraliter, & perfe-
ctiuè, cum complementum ſecularizatio-
nis proueniat ex præſcriptione completa,
quæ ſola dicitur immutare qualitatem be-
neficij, non autem ab Epiſcopo, à quo
tantum datur initium tali præſcriptioni,
& dignius eſt beneficium ſeculare regu-
lari cæteris parib. nam fundari poteſt vnū 42
beneficium ſeculare pro vno tantum cle-
rico, non vero regulare, quod debet nu-
trire ſaltem duos de reditibus regulares,
& ſi vnus tantum ſuſtentari poſſit, com-
mitti debet clerico ſeculari, cap. mona-
chi de ſtatu monachorum, cap. vltimo de
capellis monach. præſumunturque om- 43
nia beneficia in dubio ſecularia, ſi non
probentur regularia, Nauarrus tomo 1.
conſ. lib. 3. conſ. 2. de præbend. Rota

deciſ. 32. incipiente fuit dubitatum, Pa-
pon lib. 2. notariorum, titul. de benefi-
ciis ſecularibus, nam Diuus Petrus à quo
cuncta procedunt beneficia, erat ſecula-
44 ris, ideo qui dicit contrarium, debet illud
probare quum pro ſecularitate præſuma-
tur, cap. ſuper eo de præbend. in 6. vide
quæ ſint neceſſaria ad immurandam qua-
litatem beneficij, apud Rebuff. in con-
cordat. §. volumus, verb. regularia.

45 Assertio 4. Beneficia, alia ſunt col-
46 latiua, alia electiua, electiua dicuntur illa,
in quibus requiritur confirmatio ſuperio-
ris, cap. cùm in cunctis, §. cùm vero. ibi.
cum vero electus fuerit, & confirmationem
electionis ceperit, de electione, gloſa in B
cap. vt circa, verbo, electionem, & in cap.
1. verb. prouiſionem, illo tit. in 6. Zaba-
rella in clement. quia contingit. §. autem
num. 2. de religioſis domibus, Rota de-
ciſ. 2. de electione in antiquioribus, Fe-
linus in cap. in noſtra, correlat. 31. & ſe-
quenti de reſcriptis, Oldrad. conſ. 146.
factum eſt tale, col. 2. gloſa pragmatices,
in illa rubrica de electione, §. ſed quod
per electiones, verbo electione, Ioannes
de Selua, in ſuo tractat. benef. part. 1.
quæſt. 3. gloſa in regula 33. Cancellar.
idem Rebuff. in illo concordat. rub. de
reg. ad prælat. nominat. §. monaſteriis,
verb. electiuis, & in tractat. nominat. qu. C
15. num. 25. tunc enim propriè dicuntur
electiua, quando in eis proceditur per ele-
ctionem, confirmatione ſuperioris robo-
randam, gloſa in dicta clement. quia con-
47 tingit, vel quando proceditur ſecundum
formam, cap. quia propter de electione
formam ſeruandam in electionibus, vide
in ſequenti diſputatione, quæſt. 1. vbi de
48 electione, vbi doceo quod debent vocari
omnes qui ſunt de iure, vel de conſuetu-
dine vocandi, cap. coram, & ſequenti,
ibidem, cap. cum in Eccleſiis de præb.
in 6. cap. quod ſicut, illo tit. de electione
apud Gregorium, cap. cum Eccleſia de
cauſa poſſeſſionis, 2. vt eligentes ſint ca- D
pitulariter aggregati in loco capitulari,
cap. cum terra. & cap. in Geneſi, ibidem
de electione, 3. vt inuocetur gratia Sancti
Spiritus, dict. cap. cum terra, & cap. cum
49 Eccleſia. multo plura dicam in illa quæ-
ſtione, vbi pono ea omnia quæ ſunt de
forma quæ dat eſſe rei, Felinus in cap. di-
lecta de reſcriptis.

50 Collatiua dicuntur illa, in quibus nulla
requiritur confirmatio ſuperioris, vt ſunt
noſtri Canonicatus Lodouenſes, quos
Canonicus hebdomadarius eligendo
A confert, & conferendo eligit, cap. cùm
noſtris, cap. poſt electionem de conceſſ.
præbend. quo caſu dicitur potius collatio,
quam electio, gloſa in dict. cap. vt circa,
Compoſtella in cap. cum inter Canoni-
cos de electione, & beneficia talia dicun-
tur potius collatiua, quam electiua, gloſa
pragmat. verb. dignitatibus, rub. de col-
lationibus, de Ripa in ſuo libro 2. reſponſ.
cap. 34. de reſcript. Rota deciſ. 124. non
quod vocetur in antiq. Ioannes Dayma
in proœmio concordat. verb. electiua,
cum per collationem ſolam tribuantur,
tota rub. vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimi-
nut. conferantur.

Assertio 5. Beneficia alia ſunt 51
data in commendam, & data in titulum,
iſta ſunt, quæ dantur cum plenitudine iu- 52
ris, ita vt poſſint poſſeſſores illorum illa
reſignare, permutare, quia domini illo-
rum & fructuum eorundem, gloſa illa
pragmat. verbo titulum, rub. de pacific.
poſſeſſoribus, illa, quando dantur aliqui-
bus cauſa cuſtodiæ, vt notatur in cap. du-
dum. §. inſuper de electione, quod fit 53
duobus modis, nempe vel intuitu perſo-
næ, vel intuitu Eccleſiæ, 2. modo com- 54
menda durat tantum per ſex menſes, cap.
nemo, illo tit. in 6. niſi per Papam ſeme-
ſtre protogetur, clement. 1. vt lite pen-
dente, 1. vero modo commenda eſt per- 55
petua, & durat per vitam, ita benè Rebuff.
in illo tractat. de pacificis, num. 36. & eſt 56
talis commenda Canonicus titulus, can.
qui plures, 21. qu. 1. Archidiac. in cap. ſi
propter, in fine de reſcript. in 6. notatur
in dict. cap. nemo, Guido Papa in deciſ.
delphinal. quæſt. 112. quinta concluſio,
Innocentius, & alij, in cap. ſi conſtiterit
de accuſationibus, Ioann. Andræas, & ibi
gloſa in dict. cap. nemo, Nicolaus Mil-
lius in ſuo repertorio, verb. beneficium,
§. 25. Cardinalis in clement. final. colum.
penultima, quæſt. 12. de procuratoribus,
maximè in Gallia, Mendoſa in reg. de ve- 57
riſimili notit. obitus, quæſt. 3. & ita fuiſſe
iudicatum Pariſiis, aſſerit Ioannes Gallus
in quæſtionib. per arreſta, quæſt. 18. &
ſequenti, vide additionem ad dict. Gui-
donem Papam, in illa quæſtione 18. Pa-
riſ. lib. 3. quæſt. 1. num. 111. vbi com- 58
mendatarius facit fructus ſuos, Alexand.
in can. cum autem, diſtinct. 44. Ancha-
rus in dicto cap. nemo, verſicul. quare,
Præpoſitus in can. ſi quis, colum. penulr.
diſt. 58. Gomes in regula de publicand.
quæſt. 4. de quibus poteſt diſponere, cap. 59
veſtra de locationibus, can. relatio, 21.
quæſt.

quæſt. 1. cap. cum nobis de elect. idem A
Rebuff. in praxi, tit. de commenda. num.
62. ſicut titularis, Calderinus conſ. 8. de
locationib. idem Gomes in reg. de trien-
nali, idem Rebuff. in illa regula, nu. 40.
60 & de hoc hodie nullum eſt dubium, & ita
ſeruatur de ſtylo Curiæ Romanæ, quæ ſo-
let hæc verba inſerere in conceſſione bè-
neficij commendati, *Tibi dictam Abba-
tiam, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis
authoritate Apoſtolica commendamus, per te
(quamdiu vixeris, & dictam Abbatiam ob-
tinebis) tenendam, & gubernandam, ita quod
durante commenda huiuſmodi de fructibus,
reditibus, & prouentibus ipſius Abbatiæ diſpo-
nere, & ordinare valeas, ſicut veri Abbates,* B
*qui fuerunt pro tempore, diſponere, & ordina-
re potuerunt, vel debuerunt:* ex quibus vi-
des commendatarium cenſeri verum titu-
larium Nauarrus lib. 3. de præb. conſ. 3.
61 Gomes vbi ſuprà. Ideo poteſt permuta-
re ſuum beneficium commendatum cum
alio etiam dato in titulum, cap. vltim. vbi
Imol. de rerum permutatione, Federicus
de Senis in ſuo tract. de permut. qu. 15.
Gamm. in cap. vno, illo tit. nu. 83. in 6.
& reſignare etiam in fauorem, Puteo lib.
1. deciſ. 94. & deciſ. 343. Pariſ. lib. 2.
q. 17. num. 9. facit quod dicit Abbas in
dict. cap. cum nobis, notab. finali.

Obiicies 1. Commendatarius, nihil eſt C
aliud quam adminiſtrator bonorum Ec-
cleſiæ, dict. cap. cum nobis, Abbas in cap.
quærelam de electione, ſed adminiſtrator
non habet titulum, Nicolaus Mill. in ver-
bo adminiſtrator, ergo. Reſpond. hoc eſſe
verum de commendatario temporali, qui
quidem eſt adminiſtrator, & depoſitarius,
cap. dudum. §. inſuper, illo tit. de elect.
& dict. cap. nemo, non autem de com-
mendatario perpetuo, qui ratione talis
perpetuitatis, & diſpoſitionis liberæ fru-
ctuum æquiparatur titulari, ita dict. Gom.
62 loco cit. quæ duo denotant bonitatem &
veritatem tituli, cap. 1. de capellis mona-
chorum in 6. D

Obiicies 2. Non poſſunt duo beneficia
in titulum poſſideri de iure ab vno, & eo-
dem poſſeſſore, dict. cap. de multa, & no-
tat. in can. ſanctorum, 70. diſt. ſed benè
poſſunt duo beneficia poſſideri, quorum
alterum ſit in titulum, & alterum in com-
mendam, can. qui plures, 21. q. 1. gloſa in
dict. can. ſanctorum, ergo commenda non
eſt verus titulus. Reſp. duo beneficia, al-
terum in commẽdam, alterum in titulum,
non poſſe detineri de iure ab vno, & eo-
dem, quia talis commenda eſt incompati-

bilis, cum altero beneficio intitulato, vt
volunt omnes doctores moderni in cle-
ment. gratiæ de reſcript. licet non faciat
incompatibilitatem commenda tempora-
lis cum beneficio dato in titulum, quoad
capitula citata dico illa debere intelligi de
tali commenda ſemeſtri, & data ad tem-
pus ratione Eccleſiæ, non vero de illa, quæ
datur in perpetuum intuitu perſonæ, de
qua ſuprà.

Inſtabis can. obitum, 61. diſt. cap. con- 63
ſtitutum, 7. qu. 1. & dict. cap. nemo, vo-
lunt, vt amoueatur commendatarius à
beneficio commendato finito tempore
commendæ, ergo nunquam commenda
eſt perpetua, cum ſemper fuerit depoſi-
tum, quod ſemper potuit remoueri pro
beneplacito deponentis, toto tit. de depo-
ſit. Reſp. illos omnes veteres can. non lo-
qui de noſtris commendis perpetuis, vt
factis reſpectu perſonarum, quæ non erãt
in vſu hiſce temporibus, Caſſan. in quo-
dam ſuo conſilio, incipiente antequam,
ſed de aliis temporalib. ita dictus Gomeſ.
in illa reg. de triennali, qui de commendis
agens, nihil omiſit, tam pro parte affirma-
tiua, quàm negatiua.

Assertio 6. Beneficia alia ſunt vi- 64
rorum, alia mulierum, can. cognouimus,
18. q. 2. licet enim mulieres ſint inhabiles 65
ad beneficia Eccleſiaſtica, vt volunt Doct.
in cap. cum noſtris de conceſſ. præb. Re-
buff. in illo tract. de pacif. poſſeſſ. num.
260. quia ſoli tonſurati ſunt capaces be- 66
neficiorum, cap. 1. de inſtitutionib. Doct.
in cap. cum adeo de reſcriptis, notat. in
cap. ex literis de tranſactionib. cap. 1. de
bigamis, & mulieres non poſſunt promo- 67
ueri propter vitium ſexus, & conſtitutio-
nem Eccleſiæ, & ſi de facto ordinarentur
nullum reciperent characterem, gloſa in
can. diaconiſſam, 27. q. 1. ſunt tamen quæ-
dam beneficia mulierum, dicta talia pro-
pter perpetuitatem inſitam libera diſpoſi- 68
tione fructum corroboratam, ideo gau-
dent priuilegiis Eccleſiaſticis, cap. demo-
nialib. de ſentent. excommun. abſcindũt
enim mulieres capillos in ſignum deſer-
tionis ſæculi, vt notat Abbas in cap. vxo-
ratus de conuer. coniugat. ideo benè di-
cuntur habere beneficia, vt eſt in textu,
cap. indemnitatib. de elect. in 6. Rebuff.
quo ſuprà, ampliat. 1. nu. 5. & dico in illa
reg. de pacif. in 5. diſput. licet non poſ-
ſint mulieres vaſa ſacra tangere, can. ſa-
crarus, 23. diſt. quemadmodũ nec poſſunt
remanentes in ſæculo poſtulare, iudicare,
& docere, can. mulierem, 33 q. 5. & ma-

69 ximè in tegno, vbi poſſident prælaturas, A
vt ſeruatur de praxi, & doceo in illa tegu-
70 la, vbi dico non poſſe moleſtari ſuper piæ-
latuiis poſſeſſis pacificè per triénium, quæ
71 ſunt etiam liberæ, anni decima, & anna-
ta, ex conſtitut. Pij quarti.
72 Assertio 7. Alia ſunt beneficia
Cathedralia, alia Collegialia, veritas aſſer-
tionis patet ex ſupradictis, vbi de capitulis
73 in 1. diſput. q. penul. vbi oſtendi maiorem
idoneitatem tequiri io illis, quam in iſtis,
extrau. etſi de præb. in communib. reg. 17.
74 Cancell. ſunt enim canonici cathedrales
in dignitate coostituti, cap. ſtatutum de
reſcript. in 6. Lotet. in ſua re beneficiaria, B
lib. 1. q. 40. num. 24. & dixi in illa quæſt.
75 penult. ideo pueti non poſſunt eſſe cano-
nici in cathedrali, cap. ſuper inordinata,
& ibi Doct. de præb. licet decem anni ſuf-
76 ficiant in collegiali, teſte Ægidio de
Bellam. deciſ. 727. & ſeptem anni in be-
77 neficiis ſimplicibus, vt fuſius oſtenſum
fuit ſuprà.
78 Assertio 8. Alia ſunt beneficia te-
ſetuata, alia non reſeruata, prima dicuntur
illa, quæ ſunt de collatione ſolius Summi
79 Pontificis, vel ex ſeſeruatione generali,
vel ſpeciali, cap. licet de præb. in 6. cap. C
præſenti. §. 1. illo tit. & lib. extrau. ad re-
gimen, illo tit. in commun. notat. in cap.
ſi eo tempote de elect. in 6. extrau. etſi, vbi
Clemens V. qui ante ſuam promotionem
etat Archiepiſcopus Burdegalenſis, reſet-
uauit ſibi beneficia omnia Eccleſiæ Ca-
thedralis, illo eodem tit. in extrau. com-
munib. quæ beneficia reſeruata ſolus Pa-
pa confert, Rota deciſ. 30. illo tit. in no-
uis, Atchid. in cap. cum inſtantia de cenſi-
bus, & dictum fuit ſuprà in 1. diſput. qu. 3.
non teſeruata ſunt illa quæ ab ordinariis
liberè poſſunt conferri, can. omnes baſi-
licæ, 16. q. 7. c. ad decorē de inſtitutionib. D
80 Assertio 9. Beneficia alia ſunt
affecta, alia non affecta, primæ dicuntur
illa, quæ cettas qualitates exigunt in be-
neficiandis, vt nobilitatem, ordinem preſ-
byteratus, doctoratum, & cætera id genus,
cap. cui de non ſacerdotali de præb. io 6.
81 non affecta, vt illa quæ debentus omnibus
cuiuſcumque genetis, dict. cap. ad deco-
82 tem, primi genetis ſunt beneficia patri-
monialia, quæ ſunt illa, quæ debentur ſo-
lis otiginariis vnius loci, vel familiæ, Go-
mes in reg. de noo tollendo ius quæſitum,
q. 1. n. 10. Mendoſa in seg. 19. q. 15. nu.
16. & ſeq. Ioann. de Selua in ſuo tractat.
benef, part. 2. q. vlt. & etiam vocantur be-
neficia patronata, quia ſcilicet debētur ex
fuodatione, ſoli cletico de origine patro-
ni, cuius præuia nominatio eſt omnino
neceſſaria, cap. ex inſinuatione de iure
patronatus, ex his.
Collige 1. omnia beneficia vno dempto 83
(Sūmo Pontificatu) eſſe de iure poſitiuo
humano, can. Eccleſias, 13. q. 1. & ibi gloſ.
cap. paſtoralis de his quæ fiunt à prælatis
ſine conſenſu capituli, idem de Selua in
dict. tract. part. 1. q. 4. ideo rectè diſpen- 84
ſat Papa ſuper illa, gloſa in cap. dudum, 2.
de elect. Abbas in cap. fraternitati de
ſchiſmat. Felinus in cap. ad audientiam,
col. 2. nu. 4. de reſcript. quod non poſſet 85
ſi eſſent de iure diuino, ſupra quod nulla
admitti debet diſpenſatio Papalis, vt vo-
lunt Doct. in cap. litesas de reſtitut. ſpol.
can. qui omnipotentem, 2. q. 3. can. ſunt
quidam, 25. q. 1. idem Abbas in cap. ſuper
eo de vſuris, Præpoſitus in can. ſicut, 14.
diſt. D. Thomas in cap. finali, §. is itaque,
diſt. 6. & ptobatum fuit, vbi de Summo
Pont. in fine, 1. quæſt. diſput. ptimæ.
Collige 2. materiam beneficiorum eſſe 86
bona temporalia, quæ illis voiuntur ſicut
anima corpori, teſte Puteo deciſ. 374. lib.
1. nu. 1. & ſine quibus non debent eſſe be-
neficia, vt ptobatum fuit ſuperius in præ-
cedenti quæſtione, Patiſ. lib. 2. qu. 8. n. 1.
quemadmodum cauſa formalis conſiſtit
in his quatuor, *poteſtate conferendi*, cum 87
pro non dato habeatur, quod datur ab eo
qui non poteſt de iure dare, cap. cura pa-
ſtorali de iure patronatus, *habilitate reci-
pientis*, cap. cum in cunctis de elect. *quali-
tate beneficij*, cap. ei cui, de præbend. in 6.
modo prouiſionis, toto tit. de elect. poſtu-
lat. prælat. & renunciat. de quibus omni-
bus in ſequenti diſputatione.
Collige vltimo, cauſam finalem inſtitu- 88
tioois beneficiorum eſſe cultum diuinum
qui ideo ampliari debet, cap. cum acceſ-
ſiſſent, & cap ex patte de conſtitutionib.
qui debet tribui ſempes Domino, cap.
cum ſecundum de præbend. ipſi honor &
gloria in ſæcula.

Finis Diſputationis ſecundæ.

Digitized by Google

DISPVTATIO TERTIA.

De modis Canonicis habendi beneficia.

Hæc diſputatio, quia inuentrix eſt, & inuentionem amat, modos omnes à canonibus inuentos ad habenda legitimè beneficia, nobis exponet, idque variis quæſtionibus aſſequetur, diſcutiet enim electiones priſtinas, nominationes regias hodiernas, nec omittet tranſlationem, poſtulationem prælatorum, reſignationes, permutationes, præſentationes patronorum, nominationes vniuerſitatum regiarum, vt illis omnibus diſcuſſis ad collationes ordinariorum deuoluatur, & tandem de indultis dicat tum Regum, tum Eminentiſſimorum Cardinalium.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS PRIMÆ.

1. *Electio eſt vnus è modis Canonicis habendi beneficia.*
2. *Definitio electionis hic apponitur.*
3. *Duo non poſſunt eligi ad vnum & idem beneficium.*
4. *Idonei debent eligi ad prælaturas.*
5. *Idoneis tantum debent dari beneficia.*
6. *Idoneitas debet eſſe tempore electionis.*
7. *Peccat ſuperior recuſans confirmare idoneum.*
8. *Confirmatio debet fieri intra tres menſes.*
9. *Prælatus debet eſſe doctus.*
10. *Docti abhorrent vitia.*
11. *Licet ſtudio vacare diebus feriatis.*
12. *Electio fit propriè ad prælaturam.*
13. *Prælatura non vacans non poteſt dari.*
14. *Lex abrogata non debet amplius allegari.*
15. *Beneficium non vacans poteſt vniri.*
16. *Pro non dato habetur, quod ab eo datur, qui non poteſt de iure dare.*
17. *Canonici cathedrales eligunt de iure ſuos prælatos.*
18. *De conſuetudine poteſt ius eligendi prælatos ad alios pertinere.*
19. *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
20. *Electio non libera eſt ipſo iure nulla.*
21. *Conditio, & pactum reprobantur de iure in electionibus.*
22. *Forma electionis ſeruari debet, alias electio corruit.*
23. *Forma electionis, quæ ſit à iure introducta.*
24. *Canonici impuberes non agunt de contemptu.*
25. *Canonici excommunicati non agunt etiam de contemptu.*
26. *Excommunicatus nec poteſt eligere, nec eligi.*
27. *Qui excommunicatus fuit, poteſt eligi dummodo tempore electionis non ſit talis.*
28. *Electio facta in præſentia excommunicati, eſt ipſo iure nulla.*
29. *Negligentia qualibet eſt nociua ſuo authori.*
30. *Quinam confirment de iure hic dicitur.*
31. *Confirmationis definitio hic inſeritur.*
32. *Per electionem electus habet ius ad prælaturam.*
33. *Confirmatio poteſt peti à parentibus electi.*
34. *Finito tempore à iure conceſſo ad obtinendam confirmationem electio eſt nulla.*
35. *Conſuetudo excuſat à pœna.*
36. *Abſentes debent de iure vocari ad electionem.*
37. *In Eccleſia Cathedrali debet fieri electio.*
38. *Electio dicitur Canonica, quæ fit altero ex tribus modis contentis in cap. quia propter de electione.*
39. *Publicata electione eligentes non poſſunt*

Digitized by Google

variare.
40. *Electus debet conſentire electioni ſuæ intra vnum menſem.*
41. *Confirmatio præſulatuum Gallorum fit hodie à ſolo Papa.*
42. *Caſſata electione defectu formæ, electus poteſt iterum de iure eligi.*

QVÆSTIO PRIMA.

De electione.

1 QVia electio eſt vnus ex modis
Canonicis habendi beneficia,
vt volunt Doctor. in hac rub.
ideo de electione, hic.
2 ASSERTIO 1. Electio eſt *vnius perſonæ idoneæ ad prælaturam vacantem ab habentibus poteſtatem canonicè facta vocatio*, ita communiter Canoniſt. hic, Abbas in rub. de poſtulatio prælat. Hoſtienſis in ſumma, hoc tit. de electione, Petrus de Bay in ſuo directorio electionum, cap. 1. parte 1. Goffred. in ſumma illa rub. §. 1. in principio, Rebuff. in concordat. rub. de regia ad prælat. nominatio. ſuper verbo ad electionem, licet aliam det Boerius deciſ. Burdegal. quæſt. 1. hæc tamen melius eſt, ideo tenenda.
3 *Vnius*, duo enim poſſunt eligi ad vnum, & idem beneficium, cap. conſiderauimus, hoc titulo, ſtante prohibitione Concilij Turonenſis, quod habetur in cap. maioribus de præbend. quod anathematizat ſectiones præbendarum, cap. tuæ fraternitatis & cap. dilecto, ibidem cap. prohibemus, de cenſibus, & tota rub. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.
Idoneæ, quia ſi, vt ait Innocent. III. in
4 cunctis beneficiis Eccleſiaſticis ætatis maturitas, literarum ſcientia, & morum grauitas veniat inquirenda, quanto magis in prælato hæc inquiri oportet, qui ad curam aliorum poſitus in ſeipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari, cap. cum in cunctis de elect. cap. indecorum de ætat. cap. ad decorem de inſtitutio. & nihil eſt quod Eccleſiæ magis efficiat, quam quod indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum, ait textus, in cap. nihil eſt, hoc tit. ideo priuantur eligentes non idoneum poteſtate eligendi in electione proxima occurrente, cap. cum Vuintonenſis ibidem. cap. cum vos de officio ordinarii, & cap. eum qui de præb. in 6. Rebuff. in praxi, tit. de re-
A quiſitis ad collationem, num. 23. & 24.
idoneis enim ſolis debent dari beneficia, 5
Doct. in dict. cap. cum in cunctis, Antonius de Butrio, in cap. conſtitutus, num.
2. de conceſſ. præbend. & hæc idoneitas 6
debet eſſe tempore electionis, cap. dudum, 1. de electione, gloſa in cap. ſi eo tempore, verbo, effectum de reſcript. in 6. obſeruandum namque eſt initium gloſa in clement. vt hi, verb. conſtitutus de ætate & qualitate, nec conſideratur ſuperueniens idoneitas, Doctores in dict. cap. ſi eo tempore, Geminian. in cap. ei cui de præbend. in 6. Decius in cap. poſt ceſ-
B ſionem de probationib. quare debet eſſe Epiſcopus triginta annorum tempore electionis, ex decreto Concilij generalis relati in dict. cap. cum in cunctis, & ibi Doctores iuncta gloſa, textus eſt notabilis in cap. cum nobis, ibi. *cum autem ſecundum prædicti ſtatuta Concilij, nullus debeat in Epiſcopum eligi qui trieceſimum ætatis annum non attigerit*, hoc tit. in antiqua, Abbates vero 25. annorum, Doct, in dict. cap. cum in cunctis. §. 1. probatumque fuit.
Debet autem idoneus electus confir- 7
mari à ſuperiore, per illum textum, qui non poteſt recuſare confirmationem, cap.
C poſtquam, & cap. qualis, hoc titul. alias peccaret ſuperior, per textum ſingularem in cap. paſtoralis, ibi. *verumtamen conſtituimus vt Epiſcopus qui præſentatum idoneum malitiosè recuſauit admittere de iure patronatus*, & hæc confirmatio debet fieri ante conſecrationem, alias non valeret, cap. prouida, hoc tit. in 6. Doctores in cap. cùm olim, iuncta gloſa de dolo, & conſecratio, ſic dicitur, quia ſimul cum alio fit ſacratio, can. pudenda, 24. q.
1. quæ regulariter fieri debet intra tres 8
menſes à die confirmationis computandos, can. 1. centeſima diſtinctione.
2. Debet prælatus eſſe doctus, cap. cum
D ex eo de elect. in 6. dico infrà, quia tali- 9
bus doctis illuminantur Eccleſiæ, Felinus in cap. nonnulli, col. 21. num. 16. de reſcriptis, Hoſtienſis in ſumma, §. vltimo, verſicul. quid ſit magiſter, rub. de iudiciis, notatur in cap. vltimo de magiſtris, Doct. in dict. cap. cum in cunctis, & in cap. niſi de renunciatione, &, vt plurimum tales docti abhorrent vitia, can. 10
numquam de conſecratione, diſtinct. 5. quia perpetuo laborant cum ſtudioſi, labor ſit ſpiritualis, dict. cap. vltimo, & notatur in clem. exiui, §. licet de verb. ſignificat. ideo ſtudium vti labor ſpiritualis 11
permittitur diebus feriatis, Doctores in

cap. 1. de feriis, Archid. in can. ieiunia de A
conſecratione, diſt. 3. Diuus Thomas 2.
2. quæſt. 122. articul. 4. Archiepiſcopus
Florent. in ſua ſumma parte 2. tit. 9. cap.
7. in fine, Angelicus de Clauaſio in ſua
ſumma, verb. feriæ, Rebuff. in tract. priuileg. ſcholarium, priuil. 1.

12 *Ad prælaturam*, ad quam propriè ſit
electio, vt patet in tota rub. de elect. ſic
dicta, quia earum poſſeſſores ſunt elati
præ aliis in dignitate, Doctores in rub. ne
prælati vices ſuas, notat. in cap. 1. de reb.
Eccleſiæ alienand. & in cap. accedentes
de exceſſ. prælatorum, Doctores iuncta
gloſa in clement. 1. verb. prælatum, hoc
tit. de electione. Tales ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij inferiores qui
per electione aſſumūtur ad dignitates, vt
priores Conuentuales perpetui, cap. nullus de elect. in 6. Bonifacius in clement.
1. col. 1. per illum textum, de ſupplenda
neglig. prælatorum, & dixi ſuprà.

13 *Vacantem*, quia non vacans dari nequit,
can. ſi quis Papa, 79. diſt. cap. 2. de conceſſ. præb. cap. deteſtanda, illo tit. in 6.
ne promitti, nec enim obligat promiſſio
talis promittentem, per cap. ex tenore, illo
tit. in decretalibus Gregorij, etiam ſi talis
promiſſio eſſet iuramento vallata, Antonius de Butrio in dict. cap. ex tenore, & C
ex dict. cap. deteſtanda, quæ eſt Bonifacij
VIII. qua abrogatur conſtitutio Innocentiana, quæ incipit accedens, quæ volebat vt obligaretur promittens, & quæ
14 ideo, vt abrogata non debet amplius allegari, gloſa in cap. nouit, verb. quicumque
de iudiciis, *nec acceptari*, Rota deciſione
431. ſi impetrans in nouis, licet non va-
15 cans poſſit vniri, cap. vltimo de rebus Eccleſiæ alienand. notat. in cap. penult. de
Eccleſiis ædificand. Ancharus in cap. conſultationib. de donat. dico infrà vbi de
regulis Cancell. imo & conferri dummodo fama ſit de vacatione, gloſ. in can. non
oportet de conſecratione, diſt. 5. ſed re- D
uertente prælato, electio non tenebit nec
collatio, Cardinal. conſ. 44. pro domino.

16 *Ab habentibus poteſtatem*, nec mirum
cum pro non dato habeatur, quod ab eo
datur qui de iure non poteſt dare, ait textus in cap. quod autem de iure patronat.
& cum nemo poſſit dare quod non habet,
cap. paſtorali, ibidem, regula nemo poteſt
de reg. iuris in 6. quinam autem ſint qui
de iure eligunt ſuos prælatos, dic 1. quod
17 ſunt Canonici Cathedrales qui eligunt
ſuos Epiſcopos, toto tit. de electione, notatur in cap. cum Eccleſia, ibi, cum ſecundum ſtatuta canonica electiones Epiſcoporum ad Cathedralium Eccleſiarum
clericos regulariter pertinere noſcantur de cauſa poſſeſſionis, cap. per tuas
de voto, vbi eſt bonus textus, monachi
vero, ſuos Abbates, cap. ſi poſtquam, hoc
titulo de elect. & cap. cum dilectus de
conſuetud. notat. in can. Abbatem, &
can. quam ſit, 18. qu. 2. poſſunt & alij de
conſuetudine intereſſe electionib. dummodo clerici ſunt, dicto cap. cum Eccle-
ſia, ibi, niſi alibi ſecus de conſuetudine 18
ſpeciali, illa enim dat iuriſdictionem ha-
bili, cap. vltimo de officio Archidiaconi, 19
B cap. cum contingat de foro competenti,
cap. Romana de officio ordinarij in 6. &
notat. in cap. Romana. §. neque de foro
competenti, illo lib. non vero dat talem
poteſtatem inhabili vti laico, qui debet ab
electionibus amoueri quauis contraria
conſuetudine nonobſtante, quæ vt inimica canonibus debet deteſtari, vtpote facta
in grauamen Eccleſiaſticæ libertatis, cap.
Maſſana, hoc tit. cap. cum terra, & cap.
ſacroſancta, ibid. diximus vbi de Epiſcop.

Canonicè, id eſt liberè, & ſine vi nec me- 20
tu, alias eſſet nulla, ſecus facta electio, vt
toto titulo de his quæ vi metuſve cauſa,
cap. per inquiſitionem de elect. Innoc.
in cap. quod ſicut, ibid. talis eſt electio facta per minas regum, vel principum ſecularium, cap. vbi periculum. §. cæterùm
de elect. in 6. ſiue fiant minæ ipſis electoribus, ſiue parentibus, vel conſanguineis, gloſa pragmat. rub. de electione. §.
item nec credit, verb. violentius, Benedict. in repetit. cap. Raynutius, verbo, &
vxorem nomine Adelaſiam, num. 382. vel
pura & ſine pacto modo & conditione, 21
quæ omnia reprobantur in electionibus,
can. 1. & 2. 8. qu. 3. gloſa in can. quam
pro, 8. quæſt. 2. Ancharus in cap. diligenti de ſymonia, notat. in cap. venerabilem de elect. Doct. in dict. cap. per inquiſitionem, iuncta gloſa, toto tit. de ſymonia, quod vitium viguit longo tempo- 22
re in hoc regno, can. fertur, 1. qu. 1. vide
proœmium concordat. in rub. de elect.
derrogatione, vel canonicè, id eſt, ſeruata forma à canonibus præſcripta in electionibus, quæ habetur in cap. quia propter, hoc tit. quæ vult vt vocatis omnibus,
qui de iure, vel de conſuetudine ſunt vocandi aſſumantur tres de collegio fide
digni, qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter inquirant, & in ſcriptis
redacta mox publicent, & ille nullo prorſus obſtaculo appellationis interiecto

collatione habita eligatur, in quē omnes
vel maior pars, & ſanior capituli conſen-
ſerit, & hæc forma præſcripta fuit ab In-
nocent. III. in Concilio generali, ſecun-
dum quam procedere eſt facere, 2. ſan-
ctiones canonicas, cap. cauſam de reſcri-
ptis, cap. cum olim de dolo, cap. 1. de filiis
preſbyterot. in 6. ex his nota quid ſeruan-
dum in electionibus.
23 Primo debent vocari omnes qui de iure.
vel conſuetudine poſſunt & debent io-
tereſſe. cap. bonæ memoriæ, & cap. cum
in Eccleſiis, hoc tit. vt omnes canonici,
alias vnius contēptus plus noceret, quam
contradictio multorum, ait textus in dict.
cap. bonæ memoriæ, & ad requiſitionem
contēpti anoullaretur electio, vt ibi dici-
tur, nam quod omnes tangit, ab omnibus
approbari debet, cap. adhæc de officio
Archidiac. regula quod omnes de regul.
iuris in 6.
24 Fallit in canonicis impuberibus, qui
non poſſunt agere de contemptu, cap. ex
eo quod, hoc tit. in 6. qui non debent
etiam admitti ad collationes per turnum
faciendas quidquid dicat, Rebuffus per
clement. vt hi qui de ætate, nec ad loca
capitularia, iuxta arreſtum Senatus Pa-
riſienſis, die 5. Iunij, anni 1554. per quod
ſi ad ea admittantur non habeot vocem
deliberatiuam.
25 Fallit 2. in canonicis excommunicatis
qui non agunt de cootemptu, cap. ſi ce-
lebrat de clerico excommunicat. mini-
ſtrante, notat. in cap. cum inter, R. &
cap. illa, hoc titulo, cap. conſtitutus, &
ibi, gloſa de appellationibus. Henricus
Boſc in dict. cap. illa, Rebuff. io repetit.
cap. poſtulaſtis de clerico excommuni-
cat. miniſt. & in concordat. rub. de ex-
communicat. vitand. ſiue minor fuerit
excommunicatio, ſiue maior, Decius in
cap. dilecti, colum. 1. de exceptionibus,
Cardinal. in clement. 1. quæſt. 5. de re-
26 ligioſis domibus, illi enim non poſſunt
eligere, nec eligi, dict. cap. cum inter, R.
Felinus in cap. dilectæ, colum. 2. & ſe-
quenti de exceptionibus, quemadmo-
dum nec ſuſpenſi, cap. Apoſtolicæ, illo
titulo de exceptionib. gloſa in cap. dile-
ctus de conſuetudine.
27 Limita ſi noo erant excommunicati, vel
ſuſpenſi tempore electionis, tunc enim
bene agerent de contempru, cap. propo-
ſuit de clerico excommunicationis, Rota
deciſ. 23. 8. noua gloſa in antiquioribus,
alias nec eliguot, nec eliguntur, oec con-
ferunt, nec eis confertur, dict. cap. poſtu-
A laſtis, ſiue fuerint excommunicati, vel
ſuſpenſi à iure, ſiue ab homine, Rota de-
ciſione 363. nota quod illo libro, gloſa in
cap. cum bonæ de ætate & qualitat. & in
cap. propterea de vſuris, Doctores iuncta
gloſa, in cap. generalem, illo tit. de ætate.
Obiicies contratium ſuadetur ex dicto
cap. illa, vbi eligentes excommunicati ex-
communicatione minori, quæ priuat à
perceptione ſacramentorum, non vero à
communione fidelium rite eligunt, ergo,
Reſp. in dict. cap. ſupplere Papam ex ple-
nitudioe poteſtatis defectum talium ele-
ctorum ob incurſam minorem excom-
municationem, vt paret ex textu, ibi. *ſup-*
B *plentes ex plenitudine poteſtatis ſi quis in ea*
ex eo fuiſſet defectus, quod quidam interfue-
runt electioni eiuſdem, qui ex ſola participa-
tione in ſimplicis excommunicationis laqueum
inciderunt, quod non debet trahi in exem-
plum, cap. cum quid vni de regul. iuris
in 6. ligati enim non eligunt, vt dixi cap.
vno ne ſede vacante io 6. gloſa in cap.
vltimo de exceſſ. prælatorum, Boerius in
additione ad Mandagotum, 1. part. cap.
6. & nulla eſt electio facta ipſis præſenti- 28
bus, & opinantibus, gloſa in can. vltimo,
9. quæſt. 1. Doctores in cap. in illa, idem
in cap. vlt. de procuratorib. Imol. In cap.
cum dilectus, num. 28. de conſuetudine,
C vide gloſa pragmat. ſic concludentem in
rub. de elect. verb. cenſura.
4. Amittitur tale ius eligendi per ne- 29
gligentiam, quæ nocet ipſis electoribus
quando ſcilicet intra tres menſes, electio-
nem non faciunt, quibus finitis ius deuol-
uitur ad confirmantem, cap. ne pro defe-
ctu de electione, quod trimeſtre currit
etiam impeditis impedimento euitabili,
cap. vlt. hoc tit. & cap. ſciſcitatus de re-
ſcriptis.
Quis autem confirmet dic quod Papa 30
ſemper & vbique, qui omnium ſuperior
eſt, Innoc. in cap. nihil eſt, hoc tit. cap.
cupientes, illa rubr. in 6. Rebuff. in con-
D cord. rub. de reg. ad prælatur. nominat.
verb. ſolemniter peti, ſiue eligētes ſubſint
immediatè Romano Pontifici ſiue non
cum concurrat in iuriſdictione cum quo-
libet inferiore, can. cuncta per mundum,
9. quæſt. 3. oſtendimus ſuprà vbi de po-
teſtate Papæ ſupra benef. ideo poteſt præ-
uenire eligentes, vt docet ibi Rebuff. in
concordat. rub. de reg. ad prælat. nomi-
nation. §. ad præmiſſa, in principio.
Idem dicendum de Legato, cap. cum
venerabilis de cooſuetud. cap. ſi Abbatem
de elect. Doct. in cap. 1. nihil eſt, hoc tit.

Patriarcha ceu Primas confirmat Ar-
chiepiſcopos, ſi quis ſit, alias Papa id fa-
cit, Archidiacon. in can. de perſona, 60.
diſtinct. gloſa in cap. quis igitur, 63. diſt.
notatur in cap. 1. de tranſl. Epiſcopi.
Archiepiſcopus confirmat electiones
Epiſcoporum non exemptorum, licet
conſecratus non fuerit, vt dixi vbi de Ar-
chiepiſcopis, cap. tranſmiſſam de electio-
ne, can. quoniam, 100. diſt.
Epiſcopus Abbates, & alios inferiores,
cap. cum olim de maioritate, & gloſa in
cap. 1. 18. quæſt. 2. notatur in cap. 3. de
inſtitutionibus, vel Cathedrale Capitu-
lum ſede vacante, notatur in dict. cap.
B cum olim, gloſa in cap. 1. de tranſlatione
Epiſcopi, Doctor. in cap. ad abolendam
de hæreticis, quia in his quæ ſunt iuriſdi-
ctionis neceſſariæ ſuccedit Capitulum, vt
dixi vbi de Capitulis, Pauinus in tractat.
de poteſtate Capituli ſede vacante, p. 2.
qu. 27. non in his quæ ſunt de gratia, per
textum, cap. illa vbi Abbas ne ſede va-
cante.
31 Et hæc confirmatio definitur *iuris quæ-
ſiti per electionem à ſuperiore ad preces ele-
cti intra debitum tempus facta plenitudo.*
Card. ſaltem cum verbis æquipollentib.
in clement. 1. §. non itaque, notab. 2. de
iureiurando, Rebuff. in concordat. rub.
C de reg. ad prælat. nomin. §. monaſteriis,
verb. confirmationes, dixi *iuris quæſiti*
32 *per electionem*, quia *per eam ius habet ele-
ctus ad prælaturam*, can. quanto, 64. diſt.
cap. qualiter, & cap. publicato, hoc titul.
ideo tenetur eum ſuperior confirmare,
cap. dudum, ibidem, nec poſſunt eligen-
tes variando recedere à prima electione,
clement. vnica de renunciatione, Docto-
res in cap. bonæ memoriæ de poſtulatio-
ne prælatorum, quia in electũ conſenſe-
runt tamquam in ſponſum Eccleſiæ, cap.
cùm inter Canonicos, hoc tit. cap. vltim.
de tranſl. Epiſcopi, Abbas in cap. ſcriptum
33 eſt, hoc titul. de electione, *ad preces electi,*
D *vel eius amici*, dummodo ratam habeat
intra tres menſes confirmationem, gloſa
in cap. dudum, 2. in principio, hoc titul.
Præpoſitus in can. poſtquam, 50. diſtinct.
gloſa pragmat. §. facta, rub. de elect. ver-
bo, præſentata, vel ad preces electorum,
quorum intereſt vota ſua perfici, Ancha-
rus in cap. cum Eccleſia de cauſa poſſeſ-
ſionis, religioſorum, cap. quod Dei timo-
rem de ſtatu monachorum, vel etiam ci-
uium, quorum animis diſpendioſa eſt lon-
ga vacatio. Peruſius in cap. qua fronte de
appellationibus, cap. quam ſit de electio-

A ne in 6. intra debitum tempus, quod eſt
trium menſium à die præſtiti conſenſus
election. computandorum, dict. cap. quam
ſit, & cap. ſi electio, illo tit. & lib. quo fi-
nito, trimeſtri ius perditur electo, & poſ-
ſunt eligentes de nouo eligere, per tex-
tum dicti Capituli ſi electio. *plenitudo*, cum 34
per eum poſſit electus libere adminiſtrare
in ſua prælatura, quod non poterat antea,
cap. noſtri de elect. cap. auaritiæ, illo tit.
in 6. & ſi id attentaſſet, priuatus fuiſſet
ipſo iure prælaturæ, vt ibi dicitur, niſi cõ-
ſuetudo fuiſſet in contrarium, quo caſu 35
excuſatus fuiſſet à tali priuatione, vt rectè
limitat idem Petrus de Anchar. in conſi-
lio 51. incipiente, conſuetudo, in fine.
quod enim fit mediante conſuetudine li-
citum eſſe dicitur. Abbas in cap. cum M.
Ferrarienſis, col. 1. de conſtitut. Innoc.
in cap. 2. col. 1. de fide inſtrumentorum,
Baldus in additione ad ſpecular. rub. de
conſuetud. in principio. Hinc videmus
quod conſuetudo habendi plura beneficia
ſimplicia excuſat multa tenentem, Doct.
iuncta gloſa in cap. 1. de conſuetud. in 6.
ideo debet confirmatio cito peti, & obti-
neri, cap. vlt. de elect. illo lib.
Ex his collige ea, quæ ſunt neceſſaria ad 36
validitatem electionis, 1. debent vocari
abſentes qui commoda vocari poſſunt, ne
contemptus vnius noceat electioni, cap.
bonæ memoriæ, hoc tit. cap. cum in Ec-
cleſiis de præbend. in 6. dummodo ſint
in poſſeſſione eligendi, licet non ſint veri
electores, & poſtea ius eligendi eis euinca-
tur per ſententiam, cap. cum inter de
elect. cap. cum olim de cauſa poſſeſſionis,
cap. conſultationibus de iure patronat.
2. celebrari debet Miſſa Spiritus Sancti,
quod ſeruatur de conſuetudine, cap. cùm
terra, hoc titul. & cap. cum Eccleſia de
cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, 3. vt
qui eligunt ſint capitulariter aggregati,
deſcendit enim Spiritus Sanctus in diſci-
pulos congregatos, in loco capitulari de-
fectu, cuius loci nulla eſſet electio, dicto 37
cap. cùm terra, & cap. in Geneſi, quem-
admodum nulla eſt ſententia iudicis non
ſedentis pro tribunali, cap. finali de iudi-
cis in 6. 4. vt procedatur ad electionem,
vel per ſcrutinium, vel per compromiſ- 38
ſum, vel per inſpirationem, cap. quia pro-
pter, ibidem, & ille habeatur pro electo
in quem maior pars conſenſit, cap. Eccle-
ſia veſtra, illo tit. & Rota rub. de his quæ
fiunt à maiori parte capit. vt illico publi-
cetur electio, qua publicatione facta ele- 39
ctores non poſſunt variare, cap. publicato,

Digitized by Google

ibidem,idem ſeruati debeter in receptionibus Canonicorum, iuxta cap. in Eccleſiis de præb. in 6. & ita ſetuatur de ſtylo in noſtro capirulo Lodouenſi. 6. vt intra
40 menſem conſentiat electus electioni, dict. cap. quam ſit, hoc tit. in 6. & vltimo, vt obtineat confirmationem ſuperioris intra tres menſes, vt in dict. cap. quam ſit, Doctores iuncta gloſa in can. cum in cunctis, per illum textum.

41 Nota tamen confirmationes præſulatuum regni dati à ſolo Papa, iuxta con-
A cordatum, rub. de reg. ad prælatur. nominatione, ibi nobis, & ſucceſſoribus noſtris, vt oſtendo in ſequenti quæſtione, in quo regno electiones non ſunt hodie in vſu, vt patet ex rubtica de electionis derrogatione.

Nota vltimo annullata electione ob 42
defectum formæ poſſe electuum denuo eligi, cap. conſiderauimus, & cap. ſuper eo, hoc titulo, non enim debet damnum reportare ex culpa aliena, cap. non debet de regul. iuris in 6.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SECVNDÆ.

1. *Nominatio regia ſucceſſit in regno electioni priſtinæ.*
2. *Nominatio regia quid ſit.*
3. *Prælatus Gallus debet eſſe in 27. ætatis ſuæ anno ex textu concordati.*
4. *Conſanguinei regis excuſantur à rigore dicti concordati.*
5. *Erga ſublimes perſonas facillimè diſpenſatur.*
6. *Conſanguinei qui dicantur.*
7. *Nomine prælatura dignitates maiores Eccleſiaſtica comprehenduntur.*
8. *Solus Rex Chriſtianiſſimus nominat ad prælaturas regni vacantes.*
9. *Solus Rex Chriſtianiſſimus vocatur Rex per antonomaſiam ſine additamento.*
10. *Nominatio regia inhæret coronæ, vti priuilegium regium.*
11. *Hodie dominus Rex vti pupillus, debet nominare ad prælaturas de conſilio Eminentiſſimi noſtri Cardinalis.*
12. *Solus Rex Galliæ vocari debet Chriſtianiſſimus.*
13. *Nomen illud antonomaſticam debetur domino meo regi ob eius beneficia Eccleſiæ Romanæ praſtita.*
14. *Rex Chriſtianiſſimus confert beneficia ex priuilegio conceſſo ob talia beneficia.*
15. *Regnum Galliæ dicitur vinea Eccleſiæ.*
16. *Orans pro noſtro Rege lucratur indulgentias Pontificias.*
17. *Concordatum quid ſit.*
18. *Soli Papæ debet Rex noſter nominare.*
19. *Collegio Cardinalium non poteſt fieri nominatio, etiam ſede vacante.*
20. *Rex Chriſtianiſſimus eſt patronus omniũ maiorum Eccleſiarum ſui regni.*
21. *Inſtitutio facta à Summo Pontifice ſine præuia nominatione regia eſt ipſo iure nulla.*
22. *Inſtitutio quid ſit.*
23. *Tenetur Papa admittere nominationem factam de habili.*
24. *Caſus in quibus conueniant electio priſtina, & nominatio hodierna.*
25. *Solus nominatus non poteſt de iure adminiſtrare.*
26. *Tenetur dominus Rex nominare ad Abbatias religioſos profeſſos in talibus Abbatiis.*
27. *Caſus in quibus differant & electio, nominatio hodierna.*

QVÆSTIO SECVNDA.

De Regia ad prælaturas nominatione.

B CVm ex prædicto concordato 1
inito inter Summum Pontificem Leonem huiuſce nominis decimum, ex vna parte, & Franciſcum I. Galliarũ Regem ex altera, ſuppreſſa fuerit electio, & nominatio regia illi ſucceſſerit, de ea hic ago immediatè poſt electionem, ſit igitur.

Assertio vnica. Nominatio re- 2
gia *eſt vnius perſonæ, idoneæ ad prælaturam vacantem à Rege Chriſtianiſſimo, in vim concordati, intra debitum tempus facta Papæ præſentatio, confirmationem inducens, idque neceſſario*, iſta definitio deſumitur ex viſceri-
C bus concordati, ideo tenenda, dixi vnius, quia, vt dictum eſt, vna prælatura debet eſſe vnius, non multorum, can. vnico, diſtinct. vltima, quemadmodum non poſſunt duæ vni committi, can. ſingula, 89. diſt. cap. cum ſingula de præbend. in 6. can. in apibus, 7. quæſt. 1. cap. quoniam de iure patronatus.

Idoneæ, quæ dicitur illa tunc, quando
3 prælatus eſt 27. annorum, quoad Epiſcopatus, vel Archiepiſcopatus, & 23. annorum quoad Abbatias, & Prioratus perpetuos, vt patet ex dict. concord. rub. ad reg.

A teg. ad prælatur. nominatio. ibi. *in vige-*
ſimo ſeptimo ætatis ſuæ anno, & in §. mona-
ſteriis, ibidem, ex his vides concordatum
facere ius nouum in Gallia, nam de iure
antiquo debebat prælatus eſſe 30. anno-
rum, Doct. in dict. cap. cum in cunctis de
elect. dixi ſuperius.

4 Nota 2. Conſanguineos regis non in-
cludi in hoc rigore concordati, vt patet
5 ex illa rub. §. *conſanguinei vero*, conſan-
guineis enim regum multum deferri de-
bet, can. principes, & can. regum, 23. q.
5. cap. 1. de officio legati in 6. Doctores
in cap. de multa de præb. clement. vna
de baptiſmo, gloſa in extrauag. execra-
B bilis, illo titulo de præbend. verb. filius,
Ioann. 22. tamquam ſublimioribus pote-
ſtatibus, circa quas iura relaxantur, cap.
ſolita de maioritate, cap. nouit de iudi-
ciis, cap. cum parati de appellatione, cap.
6 ne aliqui de priuileg. in 6. ſic dicti, quia
eundem cum rege ſanguinem habent,
Hoſtienſ. in ſumma, rub. de conſangui-
nitate. §. vnde dicatur, Ioannes Andræas
in declaratione arboris conſanguinitatis,
Rebuff. in concord. hac rub. de regia ad
prælatur. nominatione, illo §. t. verbo,
conſanguineis.

7 *Ad prælaturam*, quæ comprehendit om-
C nes dignitates Eccleſiaſticas maiores re-
gni, cap. vt clericorum, de vita & honeſt.
cleric. cap. contingit de iureiurando in 6.
cap. vt Apoſtolicæ de priuileg. illo libro,
notatur in cap. vltimo de accuſationibus,
Doct. in rub. de ſuppl. negligent. præla-
torum, quamuis aliquando illa vox re-
ſtringatur ad ſolos Epiſcopos iuxta ſub-
iectam materiam, cap. 1. de ſymonia, &
cap. præterea ne prælati vices ſuas, ali-
quando ad Abbates tantum, vt in dicto
cap. vt Apoſtolicæ, clement. vnica de
ſupplend. neglig. prælatorum, aliquando
ad Priores conuentuales, cap. cæterum
D de donationib. in clementinis, quia om-
nes hi habent ſubditos, ideo rectè hi om-
nes dicuntur prælati, cap. reprehenſibilis
de appellationib. cap. peruenit de exceſſ.
prælatorum, & clement. 1. de celebrat.
Miſſarum.

8 *Vacantem*, quoquo modo ſiue per mor-
tem, ſiue per reſignationem, quæ duo
ſunt diuerſa genera vacationum, cap. ſu-
ſceptum de reſcriptis in 6. quemadmo-
dum intereſt diſcrimen inter inſtitutio-
nem, & præſentationem, cap. cum in illis,
§. cùm autem de præbend. illo lib. ideo
debet dominus Rex toties nominare quo-
ties prælatura vacat, cap. 2. de conc. præb.

Fallit ſi beneficium vacaret per obitum
in curia, tunc enim poſſit Papa prouidere
de eo, etiam nulla expectata regia nomi-
natione, per cap. 2. de præbendis, lib. 6.
& ex in concordato, ibi. *nec non apud præ-*
dictam ſedem vacantibus, &c. dixi ſuprà.

A Rege, ſic dicitur per antonomaſiam, 9
in cap. per venerabilem qui filij ſint legi-
timi, licet alij dicantur reges cum addita-
mento, vt Rex Hiſpaniæ, Rex Angliæ,
ſed Rex noſter verè dicitur Rex ſimplici-
ter, qui ſolus poteſt nominare, eſt enim
nominario priuilegium regium, regiæ in-
hærens coronæ, cap. quoniam Abbas de
offic. delegati, ideo temerum eſſet alium
ſibi ſua authoritate præſumere, quod Ec-
cleſia principi noſtro certa ratione inſpe-
cta ſingulari voluit beneficio indulgere,
cap. ſanè de priuilegiis.

Hinc non poteſt dominus Delphinus,
viuente patre nominare propter ratio-
nem allatam, quidquid dicat Rebuffus.

Obicies ex can. Adrianus, 1. 63. diſt.
filij Imperatorum vocantur augusti, & fi-
lius Regius viuente patre dicitur Rex,
can. capit. 24. quæſt. 1. ergo poteſt domi-
nus Delphinus nominare viuente Rege
patre, Reſpondeo, poſſe quidem domi-
num Delphinum largo modo dici Regem
viuente patre, ſed non ſtricto modo pro-
pter defectum adminiſtrationis, quæ tota
remanet erga patrem, vt benè gloſa in
dicto can. Adrianus.

Quæres quid faciendum, ſi dominus 11
Rex moriatur, relicto domino Delphino
in ætate pupillari (quod hiſce tempori-
bus eueniſſe dolet vniuerſa Gallia) Reſp.
debere dominum Regem nominare de
conſilio dominæ Reginæ regentis, & E-
minentiſſimi noſtri Cardinalis, tamquam
tutoris quoad hoc relicti à patre per ſuum
edictum regiminis paulo ante mortem
promulgatum, patris enim ſeruari debet
à filio voluntas vltima, toto titulo de te-
ſtamentis, quemadmodum tenetur pa-
tronus pupillus præſentare de conſilio ſui
tutoris, Panormitan. in cap. finali de con-
ceſſione præbend. & in cap. 1. de iure pa-
tronatus, Ioannes Andræas in cap. cùm
ex eo de electione in 6.

Chriſtianiſſimo, quis inuidus ſplendoris 21
regij audeat epitheton illam domino re-
gi denegare, quem hæreſeos expugnato-
rum vniuerſa vidit Europa, & eſt demita-
ta tantam rem, tamque difficilem ab eo
tam breui tempore confici potuiſſe, quid
de pietate regia dicã, & protectione erga 13
ſedem Apoſtolicam contra hoſtes Eccle-

Q

ſiæ, can. omni, & canone ſequenti, 23. A
quæſt. 8. Rebuff. in concordat. rub. de
approb. conuentuum, per Lateranenſe
Concil. facta, verb. bene meritis, gloſa
pragmat. in prooemio, verb. tueretur, Ru-
zæus in ſuo tractat. an Rex Franciæ reco-
gnoſcat Imperat. col. 10. & ſequent. quæ
ideo multis decorauit priuilegiis noſtros
Imperatores, can. Adrianus, 63. diſtinct.
can. ego Ludouicus, ibidem, cap. nouit
de iudiciis, vbi poterant olim legere Sum-
54 mos Pontifices, & hodie conferũt ex pri-
uilegio, Ruzæus in tract. iuris regaliæ,
fol. 7. & ſeq. Rebuff. in tract. nominat.
quæſt. 21. num. 58. Benedict. in repetit.
cap. Raynutius, verb. & vxorem, à num. B
15 356. vſque ad 366. quia regnum Galliæ
dictum ſemper fuit vinea Eccleſiæ, Ioan-
nes de Terra rubea in præludio lib. nun-
cupati vinea Eccleſiæ, Benedictus in dict.
repetit. cap. Raynutius, verb. relinquens,
1. num. 153. de teſtament. & ideo præ
omnibus aliis ſemper floruit & flore-
bit, quia in deuotione ſanctæ Sedis in-
deſinenter permanſit, vt agnouit Inno-
cent. III. in dicta decret. nouit. can. hor-
16 tatu, 23. quæſt. 8. qua de cauſa Summi
Pontifices conceſſerunt cuilibet orantĩ
pro Rege indulgentias, dicta gloſa pragm.
in prooemio, verbo, tueretur, de Selua in C
ſuo tractat. benef. 2. part. quæſt. 23. Cle-
mens, per centum dies, Leo vero X. per
vnum annum integrum, teſte eodem Be-
nedict. vbi ſuprà, verb. ſi abſque liberis
de vulgari ſubſtitution. num. 44. de te-
ſtament. Rebuff. in prooemio concordat.
in princip. verb. Franciſcus.

17 *In vim concordati*, quod definitur con-
tractus initus inter ſedem Apoſtolicam, &
Regem Galliæ concordiæ cauſa, & illud
concordatũ fuit factum Bononiæ Kalend.
Ianuarij anni 1516. vbi dominus Fran-
ciſcus huiuſce nominis I. inuiſit dictum
Leonem Papam X. & in vim illius domi-
nus Rex nominat, antea enim Canonici
eligebant ſuos Epiſcopos, iuxta cap. cùm D
Eccleſia de cauſa, & iuxta decretũ Conci-
lij Baſilienſis, ſed propter abuſus Canoni-
corum, & aliorũ electorum ſublatum fuit
priuilegium, vt dicitur in prooemio dicti
concordati.

18 *Papæ*, non vero alteri, vt Legato, id vult
citatum concordatũ in dict. rub. de regia
ad prælat. nominat. ibi. *nobis, & ſucceſſo-
ribus noſtris Romanis Pontificibus.*

19 Hinc non poteſt fieri nominatio Colle-
gio Cardinalium ſede vacante, per tex-
tum clement. ne Romani de electione.

Præſentatio, quia Rex Chriſtianiſſimus 20
eſt patronus omnium Eccleſiarum ſui re-
gni, vt ait Baldus in capitul. quanto de iu-
diciis. Rebuff. in praxi, tit. de reſcript.
mixtis, & in tractat. nominat. quæſt. 1.
num. 1. vſque ad finem illius quæſtionis,
Archid. in can. lectis, 63. diſtinct. Bene-
dictus in repetit. cap. Raynutius, verb. &
vxorem nomine Adelaſiam, num. 372.
& 379. ideo ſemper debet præcedere no- 21
minatio regia, alias inſtitutio nulla eſt,
can. decernimus, 16. q. 1. cap. cum ex offi-
cii de præſcript. cap. ex inſinuatione de
iure patronat. Rebuff. in concord. ſuper
hac rub. de regia ad prælaturas nomina-
tione, verbo, præcedente.

Inſtitutionem, quæ eſt *Eccleſiaſtici bene-* 22
*ficij prouiſio, facta per ſuperiorem mediante
præuia præſentatione*, ita Hoſtienſis in ſum-
ma, titul. de inſtitutionibus, & eſt ca-
nonicus titulus, Doctores in illa rub. Pa-
normitanus in cap. authoritate, illo tit.

Neceſſario, tenetur enim Papa admitte- 23
re nominationem regiam factam de ido-
neo, qui non debet recuſari, per textum
ſingularem, dicti cap. paſtoralis.

Quæres in quibus conueniant, & in 24
quibus differant electio priſtina, & nomi-
natio regia hodierna. Reſpondeo, conue-
nire 1. in eo quod debet & electus, & no-
minatus eſſe idoneus, ſcientia, moribus,
& ætate, iidem Doctor. in dict. cap. cum
in cunctis, Ioannes de Selua in ſuo tract.
benef. part. 3. quæſt. 2. num. 34. & in
tota ſumma, 18. diſtinct. ne (vt dictum
manet vbi de Epiſcopis) culpæ inferio-
rum retundantur in eum, qui docendi of-
ficium accepit, quod per ignorãtiam exe-
qui non poterat, cap. irrefragabili de offi-
cio ordinarij, Rota deciſ. 881. in antiq.
concordatum, ibi. *vnum grauem*, rub. de
reg. ad prælat. nominatio. 2. debet & ele- 25
ctus, & nominatus confirmari à ſuperiore,
vt probatum manet. 3. quemadmodum
non poterat electus ante habitam confir-
mationem ſuperioris adminiſtrare, cap.
noſti de electione, cap. auaritiæ, illo tit.
in 6. ita nec nominatus ante confirma-
tionem pontificiam, dict. cap. paſtoralis,
& ibi Doctores, vltimo conueniunt, in eo
quod Rex Chriſtianiſſimus tenetur no- 26
minare ad monaſteria religioſos profeſ-
ſos in talibus monaſteriis, vel ſaltem eiuſ-
dem ordinis, concordatum in illa rub. §.
monaſteriis, verb. *religioſum, &c* quod
ſeruabatur in electionibus, cap. nullus de
electione in 6. non enim erat arandum
cum boue, & aſino, cap. cum cauſam, illo

titulo apud Gregorium, clemeot. cum ra- A
27 tioni, eodem titulo, differunt vero in eo quod debebat Epiſcopus electus eſſe 30. aoaorum, Abbas vero, 25. dicto cap. cum in cunctis, & ibi Canooiſtæ, hodie vero debet Epiſcopus eſſe 27. Abbas vero, 23. 2. electio priſtina fieri debebat iotra tres menſes, quibus elapſis ius deuoluebatur ad ſuperiores eligentium, cap. ne pro defectu de elect. cap. quam ſit, eo titulo in 6. nominatio vero fit intra oouem menſes, vt vult concordatum loco citato, vltimo publicata electione, eligentes non poterant variare, cap. publicato, ibidem, Rex autem Chriſtianiſſimus poteſt ex dicto concordato, vno nominato non idoneo intra ſemeſtre, alium nominare idoneum intra trimeſtre quod facit ſuum tempos nouem menſium: & en omnia quæ de oominatione regia dici poſſunt, veoiamus ad tertiam quæſtionem, quæ agit de poſtulatione prælarorum.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS TERTIÆ.

1. Ordinaria remedia minus feriunt, quam extraordinaria.
2. Poſtulationis definitio hic inſeritur.
3. Idoneus non debet poſtulari, ſed eligi.
4. Superiori debet fieri poſtulatio.
5. Solus Papa poteſt admittere poſtulationem.
6. Ad prælaturas propriè fiunt poſtulationes.
7. Ad prælaturas fiunt propriè electiones.
8. Defectus ſupplendus non debet venire ex delicto.
9. Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. B
10. Crimina clericorum diffamant Eccleſias.
11. Symoniaci non poſſunt poſtulari.
12. Difficile eſt vt bono exitu peragantur, quæ malo fuerunt inchoata principio.
13. Suſpenſi non poſſunt poſtulari.
14. Per diſpenſationem inhabilis fit habilis ad prælaturam.
15. Diſpenſatio quid ſit.
16. Iuſta debet eſſe cauſa diſpenſationis, vt ſit tutus diſpenſatus.
17. Iuſta cauſa ſemper præſumitur in diſpenſatione Pontificia.
18. Diſpenſatio Summi Pontificis non datur per breue Apoſtolicum.
19. Illegitimus non poteſt eligi, ſed poſtulari.
20. Non profeſſus non poteſt eligi, ſed poſtulari in Abbatem. C
21. Per poſtulationem nullus ius acquiritur poſtulato, & ratio hic apponitur deprompta ex iure canonico.
22. Per poſtulationem nullum initiatur matrimonium inter poſtulatum, & Eccleſiam ad quam poſtulatur.
23. Per electionem ius acquiritur electo.
24. Sufficit electo ad obtinendum docere de ſua electione.
25. Habens plura beneficia debet poſtulari, ſed non eligi.
26. Qui habet vnum beneficium, non eſt idoneus ad alterum.
27. Vnus non debet occupare ſtipendia plurimorum.
28. Poſtulantes non poſſunt variare, facta ſemel poſtulatione.

QVÆSTIO TERTIA.

De poſtulatione Prælatorum.

B QVamuis Compilator decretalium præmiſerit rubricã iſtam de poſtulatione prælatorum rubricæ de electione, illum tamen ibi non ſequimur, qui priorem fecimus electionem, tamquam viam ordinariam, & extraordinariam poſtulationem, vt doceo in hac quæſtione, prius enim remediis vti debemus ordinariis, quæ minus feriunt, quam extraordinariis, quæ corpora torquent, vt notant Doctores in hac rubrica, quare ſit. 1

Assertio vnica, poſtulatio eſt *vnius perſonæ non idoneæ ad prælaturam vacantem ſuperiori facta præſentatio, & obnixa deprecatio, vt tollat defectum, & cum poſtulato diſpenſet.* iſta definitio deſumitur ex cap. 1. hoc titulo, Hoſtienſ. in ſumma, illa rubrica, aliam definitionem, vide apud gloſam in can. Oſius, 61. diſt. & Rebuffum in concord. verb. poſtulationem, rub. de regia ad prælaturas nominatione. 2 C

Dixi *non idonea*, nam ſi eſſet perſona idonea, non deberet poſtulari, ſed eligi, Doctores io dict. cap. cùm in cunctis, cum poſtulatio vtl extraordinaria, vt dictum manet, fieri debeat tantum in defectu electionis, cap. vno, hoc titulo in 6. gloſa in cap. etſi, illo titulo io decretalibus Gregorij. 3

Superiori, qui poſſit diſpenſare ſupra non idoneitatem, gloſa in cap. indemnitatibus 4

verbo, eligatur de electione in ſexto, A
gloſa in cap. vltimo, hoc titulo de poſtu-
5 latione apud Gregorium, & hic eſt ſolus
Papa, vt volunt Doctores in cap. vno de
filiis preſbyterorum, illo lib. 6.

6 *Ad prælaturam*, ad quam propriè fit po-
ſtulatio, vt conſtat ex hoc titulo de poſtu-
7 latione prælatorum, quemadmodum ad
eandem propriè fit electio, Innocent. in
cap. ex parte, num. 4. de conceſſione
præbend. Felinus in cap. in noſtra, num.
25. verſicul. & nota diligenter de reſcri-
ptis, Rota deciſione 1. de electione in an-
tiquioribus, & dixi vbi de electione, in pri-
ma quæſtione huiuſce diſputationis ter- B
tiæ, verb. illo *prælaturam*, dixi *propriè*, quia
poſtulatio fieri poteſt etiam in beneficiis
minoribus, vt notant Canoniſtæ in cap. 1.
de obligatis ad ratiocinia, Decius in iſta
rub. col. 3.

8 *Defectus*, qui ſcilicet non proueniat ex
delicto perſonæ poſtulatæ, cap. 1. hoc tit.
criminoſi enim minimè debent admitti ad
dignitates, & prælaturas, cap. ad repri-
mendam de officio ordinarij, notatur in
rub. de accuſationibus per totum, & toto
titulo de exceſſibus prælatorum, textus
eſt ſingularis in cap. per inquiſitionem de
electione, cum ſint infames, can. infames,
9 6. quæſt. 1. turpius quippe eiicitur, quam
non admittitur hoſpes, cap. quemadmo- C
dum de iureiurando, Rebuff. in tract. pri-
uilegiorum ſcholarium, priuilegio 8. &
10 crimina clericorum diffamant Eccleſias,
cap. 1. de officio ordinarij in 6. quemad-
11 modum ſymonia, ideo ſymoniaci non
poſſunt poſtulari, Doctores, iuncta gloſa
12 in cap. niſi. §. 1. de renunciat. qui ſemper
diffamarunt, & diffamabunt ordinem no-
ſtrum clericalem, cum difficile ſit, vt bono
exitu peragantur, quæ malo fuerunt in-
choata principio, ait textus, in can. Prin-
cipatus, 1. quæſt. 1. Benedictus in repetit.
cap. Raynutius, verb. & vxorem, num.
381. idem dic de ſuſpenſis, qui non poſſunt D
13 etiam poſtulari ad prælaturas, quas habere
non poſſunt, gloſa in cap. cum bonæ de
ætate, Ioannes de Anani, in rub. de cle-
rico excommunic. miniſtrant. vti nec in-
ſordeſcentes, Pariſius in cap. 1. de iudiciis.

14 *Diſpenſetur*, per quam diſpenſationem
fit habilis, qui erat antea inhabilis, dixi vbi
de Summo Pontifice in tribus primis
quæſtionibus diſputationis primæ, & no-
tant Doctores in cap. de multa de præb.
15 in quibus quæſtionibus dixi, quod diſpen-
ſatio eſt iuris communis relaxatio facta ab
16 habente poteſtatem, iuſta de cauſa, ſine
qua non eſſet tutus apud Deum diſpenſa-
tus, dicit Diuus Thomas, 1. 2. quæſt. 97.
Doctores in cap. non eſt de voto, Archi-
diaconus in cap. licet de electione, An-
gelus in ſua ſumma, verb. diſpenſat. §. 3.
cum non debeat de facili ius peruerti,
quod fuit multis vigiliis peritorum exco-
gitatum, & inuentum, dicit Gregorius
IX. in cap. Eccleſia veſtra de electione,
quod non habet locum in Summo Ponti- 17
fice, à quo diſpenſatus, eſt tutus, & apud
Deum, & apud homines, Felinus in cap.
quæ in Eccleſiarum, num. 60. de conſti-
tutionibus, ipſi enim dictum fuit in per-
ſona Petri à Domino, *Quodcumque ligaue-
ris, &c.* cap. ſignificaſti de elect. in antiq.
quod tamen non placet aliquibus, quibus
ignoſcendum eſt, cum neſciant quid di-
cant, vel quid faciant: & hæc diſpenſatio 18
pontificia non datur hodie per breue, pro-
pter regulam Alexandri VI. rub. de ſi-
gnatura gratiæ.

Hinc illegitimus non poteſt eligi, ſed 19
poſtulari, *cum ad obtinendam diſpenſatio-
nem, procedendum ſit non per electionem pro-
hibitam, ſed per poſtulationem permiſſam*,
dicit textus ſingularis, in cap. innotuit de
electione, quemadmodum non profeſſus, 20
qui non poteſt eligi ad Abbatiam, ſed be-
ne poſtulari, cap. cùm monaſterium, &
cap. cùm ad noſtram, ibidem, ex his.

Collige 1. per poſtulationem nullum 21
ius acquiri poſtulato, vtpote quod totum
pẽdeat ex poteſtate ſuperioris, qui poteſt,
vel admitendo poſtulationem, gratiam fa-
cere, vel denegare, recuſando, cap. poſtu-
lationem, hoc titulo de poſtulat. prælato-
rum, cap. bonæ, ibidem, ideo nullum ini- 22
tiatur matrimonium ſpirituale inter po-
ſtulatum, & Eccleſiam, ad quam poſtula-
tur, vt ait Abbas in cap. ſcriptum eſt de
electione, in quo differt poſtulatio ab ele-
ctione, per quam ius acquiritur electo, 23
cap. poſtquam, illo titulo, quæ inducit
confirmationem, qua indiget, gloſa in cle-
ment. 2. verb. electionem de religioſis
domibus, ideo per mortem electi noua
vacatio non inducitur, ſed ſemper durat
prima vſque ad habitam dictam confir-
mationem, cap. admonet de renunciat.
gloſa in clement. 1. verb. collatio, vt lite
pendente nihil innouet. Rota deciſ. 17.
num. 4. de electione in nouis. & tam ve- 24
rum eſt, vt nempe quæratur ius electo per
ſuam electionem, vt ſufficiat ei ad obti-
nendum docere de ſua electione, Doct. in
cap. veniens, 2. de teſtib. Decius in edicto
Diui Adriani tollendo, num. 16.

25 Nec poteſt eligi, plura qui poſſidet beneficia, ſed bene poſtulari, cum talis diſpenſatione indigeat, dict. cap. de multa, cum qui vnum habet beneficium ſufficiens, non ſit idoneus ad alterum, cap. is cui, de præbend. in 6. extrauag. execrabilis, illo tit. in extrauag. Ioann. 22. Panormitan. in cap. ſuper ordinata, illa rub. apud Gregorium, non enim debet vnus occupare ſtipendia plurimorum, cap. quia A in tantum, ibidem, cap. quia nonnulli de clericis non reſidentibus, qui poſſunt viuere de illis, can. 1. 16. quæſt. 7. can. vulterana, 12. quæſt. 2. cap. auaritiæ de electione in 6.

Collige 2. facta ſemel ſuperiori poſtulatione non poſſe poſtulantes variare, ne illudatur ſuperior, Doctores in dicto cap. bonæ, hoc titulo de poſtulatione prælatorum.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS QVARTÆ.

1. Tranſlatio eſt Canonicus titulus.

2. Vera definitio tranſlationis hic apponitur.

3. Publica vtilitas præualere debet priuatæ.

4. Poteſt Summus Pontifex iuſta de cauſa transferre.

5. Neceſſitas facit licitum, quod eſt illicitum.

6. Neceſſitas non habet legem.

7. Virgo non dicitur corrupta, quæ non conſenſit ſtupro, licet corpus corruptum fuerit.

8. Cauſa neceſſitatis cenſetur ſemper excepta.

9. Neceſſitas eſt iuſta cauſa diſpenſandi.

10. In caſu neceſſitatis poteſt beneficiatus reſignare, etiam reluctante ſuperiore.

11. Cauſæ legitimæ transferendi hic inſeruntur.

12. Quinam poſſint transferri.

13. Archiepiſcopi, & Epiſcopi poſſunt transferri.

14. Solus Papa transfert ad prælaturas.

15. Legatus à latere non poteſt transferre prælatos.

16. Patriarcha, ceu Primas non poteſt transferre prælatos.

17. Collegium Cardinalium non poteſt transferre.

18. Papa non transfert in regno, inconſulto Rege Chriſtianiſſimo.

QVÆSTIO QVARTA.

De tranſlatione Epiſcopi.

1 CVm tranſlatio ſit canonicus titulos, vt notant Doctores in hac rubrica, gloſſa pragmat. rub. de elect. §. quibus, verb. cauſis, de ea hic agere operæ pretium eſt, ſit igitur.

2 ASSERTIO VNICA. Tranſlatio eſt *vnius prælati de ſua dignitate ad aliam ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis ab habente poteſtatem rite facta tranſmutatio.* patet definitio ex ſumma, 7. quæſt. 1. per totum, can. ſi quis iam translatus, 21. qu. 2. cap. poſt tranſlationem de renunciatione, & ex hac rubr. de tranſlatione Epiſcopi, aliter definitur permutatio ſuperioris authoritate facta, Oldrad. conſil. 267. Ioannes Andræas in cap. quæſitum de rerum permutatione.

Publicæ vtilitatis, quæ ſemper præualere
3 debet peculiari, cui venit præferenda, can. ſancta, 2. quæſt. 7. cap. bonæ memoriæ, 1. de poſtulatione prælatorum, cap. cùm nobis in fine, de electione, ideo poteſt

Papa transferre Epiſcopum, Theologum, 4
B & Concionatorem de ſuo epiſcopatu ad alium, in quo ſont multi hæretici, propter conuerſionem illorum, & ita fecit Innocent. III. qui Epiſcopum Conuenarum tranſtulit ad Epiſcopatum Tholozanum, vt ibi conuerſioni vacaret hæreticorum Albigenſium vna cum Sancto Dominico habetur, in cap. in cauſis de electione.

Neceſſitatis, quæ facit licitum quod ex 5
ſe illicitum habetur, can. ſcias, & can. temporis, 7. quæſt. 1. can. vlt. 26. quæſt. 6. regula quod eſt de regulis iuris in 6. &
dicitur non habere legem, can. ſicut de 6
C conſecratione, diſtinct. 1. can. ſanctorum, & can. in neceſſitate, ibi de conſecrat. diſt. 4. cap. quanto de conſuetud. cap. conſilium, §. de feſtiuitate de obſeruatione ieiuniorum, nec dicitur mutatus cauſa dominationis, auaritiæ, aut propriæ voluntatis, vel delectationis, qui ex neceſſitate tranſit de vna ciuitate ad aliam, can. tribus de conſecratione, diſtinct. 1. cap. quanto, hoc tit. locus enim non cenſetur mutatus, cum animus non ſit mutatus, quemadmodū virgo illa cenſetur cu- 7
ius animus nō corruptus fuit, licet corpus corruptum fuerit, ait can. ita ne, 32. qu. 5.

can. occidit, 23. quæſt. 8. can. propoſito, 32. quæſt. 3. gloſa in can. mutationes, verb. transfertur, 7. quæſt. 1.

8 Hinc neceſſitas ſemper cenſetur excepta, cap. venientes de iureiurando, cap. quæſitum de rerum permutatione, clem. vnica de baptiſmo.

Hinc licet diſpenſationes ſint odioſæ, Doctores in cap. 1. per illum textum de filiis presbyterorum, & ideo reſtringendæ iuxta regulam odia de regul. iuris in 6. ta-
9 men propter neceſſitatem rectè conceduntur, cap. in cauſis de re iudicat. & in caſu neceſſitatis vaſa ſacra poſſunt venundari, vt eſt in cap. 1. de pignoribus.

10 Hinc licet non poſſit beneficiatus reſignare ſine conſenſu ſuperioris, cap. admonet de renunciatione, Abbas in cap. audita, num. 3. de reſtitutione ſpoliar. alias habetur pro non facta, nec abdicat ius à reſignante, Molinæus in regul. de publicand. num. 195. tamen ſi ſit neceſſitas poteſt beneficiatus reſignare, Doctores in cap. niſi de renunciatione etiam reluctante ſuperiore, Geminianus, & ibi alij, in cap. 1. illo tit. in 6. vide alias
11 cauſas legitimas transferendi, in can. antepenult. 16. quæſt. 7. can. ita nos, 25. quæſt. 1. & apud gloſam in dict. can. tribus, verbo, difficultas de conſecrat. diſtinct. 1.

12 Quæres qui poſſint transferri. Reſp. qui poſſunt poſtulari, Hoſtienſis in ſumma de poſtulat. prælator. §. quis ſit poſtulandus, & in ſumma, hoc tit.

13 Ideo poſſunt transferri Archiepiſcopi, & Epiſcopi, cap. bonæ, 2. de poſtulat. prælator. cap. ſcriptum eſt de electione, Abbas in cap. venerabilis de conſuetud. Præpoſitus in cap. dudum, 2. de electione, & Cardinales, cap. dilectus, 1. de præb.

14 *Ab habente poteſtatem*, & hic eſt ſolus Papa quoad dignitates, textus. & ibi Abbas in cap. 1. hoc tit. Ioannes Andræas in cap. quod ſedem de officio ordinarij, cap. quamuis de elect. in 6. cap. vt debitus de appellationibus, idem Abbas in cap. quod translationem de officio legati, notat. in cap. non licet de clericis non reſidentib. & in cap. licet de regularibus, cum enim dictum ſit à Domino, quos Deus coniunxit homo non ſeparet, homo non ſeparat, ſed Deus, quando eius ſucceſſor, & Vicarius ſeparat, ait Innocent. III. in cap. quanto, hoc titulo, non enim humana ſed diuina potius poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per translationem authoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium Chriſti, Epiſcopus ab Eccleſia remouetur, ait idem Papa in cap. licet, ibidem.

Ideo non poſſunt legati transferre prælatos, vt eſt textus, in cap. niſi de officio 15
legati, hoc enim datur Papæ ex plenitudine poteſtatis quam habet, gloſa in can. conſequens, diſt. 15. Barbat. in dict. cap. quod translationem, num. 92. & ſequenti, Doctores in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus, clement. 1. vt lite pendente, quod non datur Patriarchæ, nec Primati, & ſi id attenta- 16
rent translatio eſſet nulla, & ſuſpenſi hoc ipſo eſſent à confirmatione Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, vt eſt in textu dict. cap. 1. vbi Innocentius ſuſpendit Antiochenum Patriarcham, qui talem translationem attentauerat, paruificando maiorem, & minorem augendo, vt ipſe ait in dicta decretali.

Nec Collegium Cardinalium ſede va- 17
cante, cap. 2. ne ſede vacante, clement. ne Romani de electione.

Nec Epiſcopi, can. Epiſcopum, can. placuit, can. non oportet, & can. nemo te, 7. quæſt. 1. niſi in minoribus beneficiis, dict. cap. admonet de renunciat. & toto titulo de rerum permutatione, ſicut poſſunt dare Coadiutores in illis, cap. de rectoribus de clerico ægrotante, Abbas in cap. vltimo, illo titulo.

Nota tamen tamen translationem præ- 18
latorum fieri non debere in Gallia à Papa, inconſulto Rege Chriſtianiſſimo, ne priuentur ſua nominatione, vti non poteſt cum nemini iniuſtitia fieri debeat, cap. ex parte de foro competenti, & cap. nuper de donatione inter virum & vxorem.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS QVINTÆ.

1. *Reſignatio quid ſit.*
2. *Quod noſtrum non eſt, à nobis dari nequit.*
3. *Reſignatio fieri debet coram ſuperiore.*
4. *Reſignatio non acceptata à ſuperiore non abdicat ius à reſignante.*
5. *Quiſnam ſit ſuperior, hic dicitur.*
6. *Coram Summo Pontifice fieri poſſunt reſignatione, quorumcumque beneficiorum.*
7. *Coram Ordinario poſſunt fieri reſignationes.*
8. *Vicarius Epiſcopi dicitur Ordinarius.*
9. *Laicus quauis dignitate fulgeat, non eſt ſuperior clericorum.*
10. *Inferiores Epiſcopis poſſunt de conſuetudine admittere reſignationes.*
11. *Reſignatio admiſſa à ſuperiore, non poteſt reuocari à reſignante.*
12. *Reſignans (admiſſa ſemel renunciatione) non poteſt repetere beneficium.*
13. *Fallit ſi adſit nouus titulus.*
14. *Reſignans ante admiſſionem reſignationis poteſt pœnitere.*
15. *Ratio cur poſſit reſignans pœnitere, hic inſeritur.*
16. *Reſignans non poteſt pœnitere (admiſſa ſemel reſignatione.)*
17. *Variatio eſt prohibita de iure perſonis Eccleſiaſticis.*
18. *Variatio denotat leuitatem iudicij.*
19. *Illudi non debet ſuperior ab inferiore.*
20. *Reſignationem etiam admiſſam in Curia Romana poteſt reſignans reuocare, dummodo conſenſus non fuerit praſtitus.*
21. *Conſenſus eſt cauſa perfectiua reſignationis.*
22. *Exempti debent renunciare coram Summo Pontifice dumtaxat.*
23. *Summus Pontifex eſt ſolus immediatus ſuperior exemptorum.*
24. *Reſignatio coacta non abdicat ius à reſignante.*
25. *Reſignatio coacta, etiam iuramento vallata de non repetendo, non abdicat.*
26. *Reſignatio coacta, eſt ipſo iure nulla.*
27. *Coercentes ad reſignandum, ſunt excommunicati ipſo iure.*
28. *Coactiones, ſolent difficiles frequenter exitus habere.*
29. *Pactum, conditio, & modus reprobantur à iure in reſignationibus.*
30. *Reſignatio fieri debet iuſta de cauſa.*
31. *Cauſa legitima renunciandi, hic apponuntur deducta ex iure Canonico.*
32. *Morbus epilecticus, eſt iuſta cauſa renunciandi.*
33. *Metus vt operetur nullitatem reſignationis, debet eſſe talis, vt peritorum iudicio cadat in conſtantem virum.*
34. *Reſignatio eſt dimiſſio.*
35. *Quilibet poteſt iuri ſuo renunciare.*
36. *Furioſi non poſſunt renunciare.*
37. *Furor excuſat à pœna homicidij.*
38. *Caſus, in quo furioſus renunciat valide.*
39. *Phrenetici non poſſunt renunciare.*
40. *Minores 25. annis in Gallia non poſſunt renunciare.*
41. *Serui (inſciis dominis ſuis) in Gallia non poſſunt renunciare.*
42. *Scholaris non poteſt renunciare in regno, in fauorem ſui præceptoris.*
43. *Minor quatuordecim annorum, non poteſt de iure renunciare.*
44. *Ægrotus reſignans, redit ad ſuum beneficium de praxi regni.*
45. *Reſignatio non præſumitur, niſi probetur.*
46. *Renunciatio eſt donatio.*
47. *Papatus poteſt renunciari.*
48. *Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & Abbatia poſſunt renunciari.*
49. *Renunciatio, alia tacita, alia expreſſa.*
50. *Tacita renunciatio, quæ dicatur.*
51. *Tacitè renunciat, qui fit miles.*
52. *Tacitè renunciat, qui contrahit matrimonium, per verba de præſenti.*
53. *Tacitè renunciat, qui acceptat ſecundum beneficium incompatibile.*
54. *Idem dic de eo, qui conſentit ſuum beneficium conferri alteri per triennium.*
55. *Idem dicendum de eo, qui acquieſcit ſententia priuationis.*
56. *Tacita renunciatio eoſdem effectus operatur, quos expreſſa.*
57. *Reſignatio, alia ſimplex, alia conditionalis.*
58. *Simplex reſignatio, quenam ſit.*
59. *Reſignatio hypothetica, quænam dicatur.*
60. *Summus Pontifex debet reſignare purè, & ſimpliciter.*
61. *Summus Pontifex poteſt edere conſtitutionem quoad modum eligendi ſuum ſucceſſorem.*
62. *Summus Pontifex renuncians Papatui, remanet Cardinalis.*
63. *Epiſcopus renuncians epiſcopatui, & loco, retinet ea, quæ ſunt ordinis.*
64. *Talis renunciatio dignitati, & loco, fit regulariter propter crimen.*

65. *Epiſcopus renuncians hoc modo, non poteſt conferre ſacros ordines, etiam de conſenſu Ordinarij.*

66. *Epiſcopus renuncians loco, & dignitati, non poteſt redire ad epiſcopatum, etiam cum nouo titulo.*

67. *Epiſcopus renuncians tantum loco, poteſt redire ad epiſcopatum per viam noui tituli.*

68. *Epiſcopus renuncians tantum loco, poteſt conferre ſacros ordines de conſenſu diæceſani.*

69. *Beneficiatus renuncians cum retentione fructum, ſtalli in choro, & vocis in capitulo, habetur loco veri titularis.*

70. *Renuncians cum ſola retētione fructuum, habetur loco penſionarij.*

71. *Renuncians cum ſola retentione collationum beneficiorum, habetur loco penſionarij.*

72. *Beneficia reſignata in curia, ſunt de collatione Summi Pontificis duntaxat.*

73. *Omnia maiora beneficia debent reſignari tantum coram Summo Pontifice.*

74. *Ille non poteſt admittere reſignationes, qui non poteſt conferre beneficia reſignanda.*

75. *Beneficia reſeruata debent renunciari in manibus Papæ tantum.*

76. *Beneficia vacantia tempore vacationis ſedium Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, & Abbatialium, ſunt de reſeruatis Summo Pontifici.*

77. *Beneficia exemptorum ſunt de reſeruatis ſanctæ Sedi.*

78. *Reſignatio conditionalis fit tantum coram domino Papa.*

79. *Ratio hic inſeritur deducta ex iure canonico.*

80. *Legatus à latere non poteſt admittere reſignationes conditionatas in vim ſolius legationis.*

81. *Quod non poteſt fieri iure ordinario, poteſt fieri de iure commiſſionis.*

82. *Reſeruationes omnium fructuum fieri debent coram Summo Pontifice duntaxat.*

83. *Reſeruationes omnium fructuum non ſunt in vſu in hoc regno Gallico.*

84. *Renuncians in fauorem indigni, peccat mortaliter.*

85. *Cauſæ legitimæ conſtituendarum penſionem hic apponuntur.*

86. *Reſeruationes omnium fructuum fieri non poſſunt niſi in fauorem Eminentiſſimorum Cardinalium, vel ex magna cauſa.*

87. *Medietas fructuum poteſt licitè reſeruari in hoc regno pro penſione.*

88. *Renunciatio conditionalis non abdicat ius à reſignante, niſi prius ſeruatis conditionibus.*

89. *Procurator non ſeruans fines mandati, nihil agere dicitur.*

90. *Omnia capita actus procuratorij ſunt correlata.*

91. *Renuncians ſub conditione, (ea non expleta) cenſetur non reſignaſſe.*

92. *Conditio ſuſpendit actum, in euentum duntaxat conditionis.*

93. *Tenetur Summus Pontifex conferre ei, pro quo ſcribitur in reſignatione.*

94. *Numquam abdicatur beneficium à reſignante, ſi non quæratur reſignatario.*

95. *Pendente non acceptatione reſignatarij, ius remanet in ſuſpenſo.*

96. *Moriente reſignatario, acceptatione non facta, beneficium non vacat per eius mortem.*

97. *Renunciatio non abdicat ius à reſignante, niſi ſecuta publicatione reſignatarij.*

98. *Acceptatio quid ſit.*

99. *Acceptatio fieri poteſt per procuratorem, ad id ſpecialiter deputatum.*

100. *Laicus poteſt conſtitui procurator ad reſignandum.*

101. *Laicus poteſt habere præbendam, modo hic inſerto.*

102. *Laicus non poteſt habere penſiones.*

103. *Penſiones non ſunt beneficia Eccleſiaſtica.*

104. *Penſiones non faciunt incompatibilitatem.*

105. *Laici non debent nutriri de bonis Eccleſiæ.*

106. *Penſio, quid ſit.*

107. *Summus Pontifex poteſt hodie ſolus imponere penſiones.*

108. *Epiſcopi poterant de iure veteri imponere penſiones.*

109. *Penſio ſoluitur de fructibus beneficij.*

110. *Qui non percipit fructus, non tenetur ad ſolutionem penſionis.*

111. *Penſiones ſunt onera realia.*

112. *Penſiones imponi debent, cum cauſa cognitione.*

113. *Penſiones, vt odioſæ, ſunt reſtringendæ.*

114. *Permutatio eſt contractus bonæ fidei.*

115. *Tempus publicandi reſignationes hic apponitur.*

116. *Renunciatio habet hanc tacitam conditionem,* dummodo publicetur.

117. *Renunciatio, vt bona ſit, debet non fuiſſe reuocata, & inthimata ante admiſſionem ſuperioris.*

118. *Facta per legatum, etiam reuocatum tenent, nulla facta notificatione reuocationis.*

119. *Reuocatio non præſumitur, niſi probetur.*

120. *Renunciatio iuris patronatus fieri debet de conſenſu patroni.*

121. *Renun-*

121. *Renunciatio facta ſine conſenſu patroni, non eſt ipſo iure nulla, ſed venit annullanda.*
122. *Procuratorium ad reſignandum admitti debet intra annum.*
123. *Ad validitatem reſignationis conditionalis factæ in curia, requiritur conſenſus reſignantis, & reſignatarij.*
124. *Vterque conſenſus poteſt fieri vno, & eodem tractu.*
125. *Conſenſus virtualis reſignatarij, ſufficit ad validitatem reſignationis.*
126. *Per acceptationem, reſignatarius lucratus fructus.*
127. *Reſignans (facta publicatione reſignatarij) non poteſt in conſcientia retinere beneficium.*
128. *Reſignans (facta publicatione ſui reſignatarij) cenſetur mortuus.*
129. *Reſignatarius tenetur ſtare locationi factæ per ſuum reſignantem.*
130. *Reſignatarius tenetur ſoluere debita ſui reſignantis, contracta intuitu Eccleſiæ.*
131. *Reſignatarius tenetur ſoluere debita, contracta à reſignante in ſua extrema neceſſitate.*
132. *Idem dic de debitis realibus, ſi hæredes reſignantis ſoluendo non ſint.*
133. *Idem dicendum de debitis contractis, fauore ſtudij.*
134. *Caſus, in quo ſucceſſor tenetur ſeruare tranſactiones prædeceſſoris.*
135. *Reſignatarius debet eſſe clericus.*
136. *Reſignatarius non poteſt ſe ingerere beneficio, ante captam poſſeſſionem.*
137. *Fructus diuidi debent inter reſignantem, & reſignatarium pro rata temporis.*
138. *Reſignatarius non tenetur docere de titulo ſui reſignantis.*
139. *Reſignatarius tenetur docere de poſſeſſione ſui reſignantis.*
140. *Beneficia reſignata non debentur expectantibus.*

QVÆSTIO QVINTA.

De renunciatione beneficiorum.

QVia modus iſte habendi beneficia venit quotidie in vſu, vt nos praxis edocet quotidiana, de reſignationibus hic agere decreuimus, vbi quidquid dici poſſunt oſtendemus (reliquis, quæ ſupererunt apponendis in regula Cancellariæ de publicandis.)

1 Assertio 1. Renunciatio, eſt *proprij* A *beneficij in manibus ſuperioris, ſponte, & cum cauſa facta dimiſſio*, ita communiter Doctores in hac rubrica de renunciatione, ſaltem cum verbis ſimilib. & hæc definitio deſtruit illam, quæ ponitur à Cardinali in rub. de cenſibus, lib. 6. & ab Hoſtienſi in ſumma, hoc titulo, numer. 2. Speculat. in tit. de pactis, lib. 4. §. 1. nu. 6. & definitionem Rebuffi in praxi, titulo de reſignationib. in principio, vbi dicit quod eſt, iuris proprij legitima refutatio, quæ non ita placet, cum talis refutatio iuris, non ſit propriè reſignatio beneficij, de qua hic, ſed potius iuris ceſſio, Mendoſa in tractat. de ſignat. gratiæ, verb. reſigna- B tiones, quare noſtram tene, Pariſ. lib. 1. quæſt. 1. num. 34.

Proprij, quia quod noſtrum non eſt, à nobis dari nequit, dicit textus, in cap. dilecto, in fine de præbend. notatur in cap. vno, ibi. *ſua dimiſerint beneficia*, de rerum permut. in 6. cap. ſi beneficia, illo tit. de præbend. illo lib. cum nemo poſſit dare quod non habet, cap. nuper de donationibus inter virum & vxorem, nec in alium plus transferre, quam non habet, cap. quod autem, & cap. cura de iure patronatus, regula nemo poteſt de regulis iuris in 6. 2

Beneficij, non iuris, contra citatos Doct. C dicto cap. vno, ibi. *beneficia*, dedi definitionem beneficij ſuprà in præcedenti diſputat. quæſt. 1.

In manibus ſuperioris, ita loquitur textus in dict. cap. vno, ibi. *in manibus tuis ipſa reſignant*, & benè. nam regulariter renunciatio fieri debet coram ſuperiore, cap. admonet de renunciat. nec valet conſuetudo in contrarium, per textum ſingularem, in cap. cum venerabilis de conſuetud. alias non abdicat ius à reſignante, vt dixi ſuprà, ſtat enim, inquit Molinæus in illa regula de publicandis propugnata, communis, & vera concluſio, quod reſignatio non admiſſa nullam inducit vaca- D tionem, & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis anno 1618. Protopræſide de Verdun, aſſerit Bauny in ſua praxi iuris canonici, titul. de reſignationib. lib. 3. cap. 35. pro quodam Canonico Agathenſi, nomine de Rieux, contra Riues. 3 4

Quiſnam autem ſit ſuperior, dic quod eſt ordinarius reſignantis, non reſignatarij, cap. cum olim de rerum permut. dict. cap. vno, Antonius de Butrio in cap. quod Dei timorem., num. 18. de ſtatu monachorum, Pariſ. lib. 7. de reſignat. qu. 10. num. 1. 5

6 Papa, coram quo fiunt reſignationes
beneficiorum ex qualibet parte mundi,
can. dudum, 3. quæſt. 7. can. audiuimus,
24. quæſt. 1. can. denique, 6. quæſt. 8.
Legatus à latere, cap. ſi à ſede de præb.
in 6. Doctores in cap. ſi Abbatem de ele-
7 ctione, illo lib. Quilibet ordinarius, cap.
conquerente de officio ordinarij, cap. ad
decorem de inſtitutionib. cap. ordinarij,
8 illo titul. de officio ordinarij in 6. Vica-
rius Epiſcopi, cap. 2. de officio Vicarij,
illo libro, Ioannes Andræas in cap. tua.
9 illo titul. apud Gregorium. Non verò
laicus quauis dignitate fulgeat, Baldus in
cap. quod in dubiis, in princip. de renun-
ciat. niſi habuerit priuilegium Papale,
Abbas in cap. ad ſupplicationem, num. 4.
10 illo titulo, ſed bene poſſunt clerici infe-
riores Epiſcopis de conſuetudine admit-
tere reſignationes, idem Abbas in dicto
cap. quod in dubiis, num. 6. propè finem,
verſicul. de conſuetudine, Ioannes An-
dræas in cap. ſignificatum, verb. dimitte-
re de præbend. Bonifacius de vitall. in
clement. multorum de pœnis, & ita fit in
noſtra Eccleſia Cathedrali, vbi hebdo-
madarius Canonicus admittit reſignatio-
nes beneficiorum reſignatorum in ſuo
turno, Zabarella in clement. 1. num. 16.
& ibi gloſa, verb. manibus, illo titulo de
renunciatione.

11 Et has reſignationes ſemel admiſſas à
ſuperiore, non poſſunt reſignantes reuo-
care, cum per admiſſiones ius fuerit abdi-
catum à reſignantibus, & tranſlatum ad
ſuos reſignatarios, Innocentius commu-
niter receptus in dict. cap. quod in dubiis,
12 ideo reſignantes non poſſunt amplius re-
petere beneficia ſemel reſignata, can. ſi
quis Epiſcopus, diſtinct. 92. can. denique,
6. quæſt. 3. can. dudum, 18. quæſt. vlti-
ma, can. ſi quis presbyter, 7. quæſt. 1.
can. ſi ille, 23. quæſt. 4. gloſa in cap.
quamuis tibi, verb. cedentium de præb.
13 in 6. & dico infrà, ſaltem ſine nouo titulo,
gloſa in can. quam periculoſum, 7. qu. 1.
Abbas in cap. accepta de reſtitutione ſpo-
liat. & in cap. ſuper hoc, num. 7. de re-
nunciat. Geminianus in cap. ſi te præ-
bendam, num. 9. illo tit. in 6. & eſt com-
munis opinio Doctorum, in cap. ex tranſ-
miſſa, illo titulo in decretalibus, ſed (vt
melius res pateat) facio has concluſiones,
quia ſuper his vidi ſæpius doctiſſimos vi-
ros hæſitare.

14 Assertio 2. Reſignans poteſt pœ-
nitere de iure, ante admiſſionem reſigna-
tionis à ſuperiore regulariter facien-
A dam, communis eſt opinio Doctorum, in
cap. 2. de renunciat. in 6. Nauarrus in
dict. cap. accepta, oppoſ. 7. num. 28. de
reſtitut. ſpoliat. Antonius de Butrio in
cap. 2. num. 5. de renunciat. apud Gre-
gorium, ratio hæc eſt, quia re integra po- 15
teſt, quis pœnitere, cap. cum ſuper de
officio delegati, clement. vnica de procu-
ratorib. ſed in caſu concluſionis, res eſt in-
tegra, cùm per reſignationem ſolam reſi-
gnans, nec ius, nec poſſeſſionem perdide-
rit, Abbas in cap. vltimo de renunciatio.
idem Innoc. in dict. cap. quod in dubiis,
Nicolaus Millius in ſuo repertorio, verb.
renunciatio. num. 6. ergo.

B Assertio 3. Admiſſa ſemel reſi- 16
gnatione reſignans non poteſt pœnite-
re, Innocent. ab omnibus approbatus
in dicto cap. quod in dubiis, vbi dicit, 1,
quod hoc eſt quia ius omne, quod erat in
reſignante fuit tranſlatum à ſuperiore in
reſignatarium, ergo ad eum non poteſt re-
dire, ſaltem ſine nouo titulo, Antonius de
Butrio in cap. cum vniuerſorum, num. 20.
de rerum permutatione, 2. quia variatio 17
perſonis Eccleſiaſticis eſt à iure prohibi-
ta, can. dilectiſſimi, 8. quæſt. 2. cap. pu-
blicato, & ibi Doctores de electione, cap.
bonæ, 1. de poſtular. prælator. cap. 1. de
C appellationibus, cap. ſuper geſtum de
præbend. cap. nulli de elect. in 6. cap.
vno de rerum permut. clement. cum il-
luſio de renunciatione, nam variatio de- 18
notat leuitatem quandam ingenij, gloſa
in can. quæ dignior eſt, 24. quæſt. 1. Re-
buff. in tractat. priuileg. ſcholar. priuile-
gio 9. verſus finem, ergo non poteſt re-
uocare quod egit, 3. quia illuderetur ſu- 19
perior qui admiſit renunciationem, vt in
ſimili dicitur à Doctoribus, in dict. cap.
bonæ, Hoſtienſ. in ſumma, tit. de renun-
ciat. Pariſius lib. de reſignationibus, 1.
quæſt. 13. num. 1. cum quatuor ſequen-
tibus, & quod non poſſit variari, vult Ho-
D ſtienſis, & Abb. in cap. cum autem, vbi
gloſa de iure patronatus, & dixi ſuprà.

Limita, & dic hoc eſſe verum in reſi- 20
gnationibus, quæ fiunt in manibus ordi-
narij tantum, non in his, quæ fiunt co-
ram Papa, nam (etiam admiſſa reſignatio-
ne) poteſt reſignans pœnitere, niſi præ-
ſtitus fuerit ſuus conſenſus, qui neceſſa-
riùs eſt in omnibus reſignationibus, per
regulam 40. Cancellariæ, quæ eſt Sixti
I. de præſtando conſenſu vti pluribus, pro-
bat dictus Pariſius in dicto lib. 1. quæſt.
12. à num. 16. vſque ad num. 55. vbi di-
cit ita fuiſſe ſæpius iudicatum à Rota,

21 tatio hæc eſt, quia conſenſus eſt cauſa A
formalis reſignationis, & per quem actus
reſignationis perficitur, Gomes in reg. de
infirmis reſignant. quæſt. 31. col. 2. & in
regula de ſubrogand. collitig. quæſt. 10.
ſed ante perfectionem gratiæ poteſt reſi-
gnans pœnitere, ergo.

22 Debent autem exempti reſignare co-
ram domino Papa tantum, cap. vltim. de
renunciat. Doctores iuncta gloſa, in cap.
ſi Abbatem de electione, verb. deferen-
di in 6. Zabarella in conſilio 112. dub. 5.
Mendoſa in ſignat. gratiæ, titul. reſigna-
tiones, colum. penult. Rota deciſ. 4. nu.
1. de renunciat. in antiquioribus, Pauinus B
de poteſtate cap. ſede vacante, parte 2.
quæſt. 2. num. 16. notatur in clement.
vnica de ſupplend. negligent. prælator.
quia Papa eſt immediatus ſuperior, & ſo-
lus exemptorum, can. nulla, 93. diſtinct.
cap. authoritate de priuilegiis in 6. Abbas
in cap. nihil eſt de electione, nec ideo
23 poſſunt renunciare priuilegio exemptio-
nis inconſulto Papa, cap. cum tempore de
arbitris, probauimus fusè vbi de Papa.

24 *Spontanea*, quod verbum excludit om-
nem vim, dolum, & metum, cap. ad au-
dientiam de his quæ vi, metus, & ſecus
facta, & coacta non præiudicat reſigna- C
ti, vt eſt communis opinio Doct. in cap.
Abbas, illo titul. qui beneficium repetere
poteſt, etiam ſine nouo titulo, vt ait Abbas
in cap. ſuper hoc, num. 11. de renuncia-
25 tione, licet adeſſet iuramentum de non
repetendo, cap. ſi vero, & ibi Felinus de
iureiurando, Rebuff. in tractat. de pacif.
poſſeſſ. num. 1550. Doctores in cap. in
præſentia de renunciatione, Corraſius in
tract. de beneficiis, parte 1. cap. 8. num.
9. & 10. quia reſignatio debet eſſe ſpon-
tanea, & fieri ſpontaneo, & hilari animo
adhoc vt valeat, per textum ſingularem,
in cap. ordinarij, vbi Geminianus, §. in
conferendis, num. 3. ibi. *ſi ea, quæ ſic obti-* D
net, liberè, & ſponte reſignet, de officio or-
dinarij in 6. Hoſtienſis in ſumma, tit. de
renunciat. §. qualiter, Canoniſtæ in cap.
licet de rerum permutat. in 6. Rota de-
ciſ. 8. num. 2. de renunciat. in nouis, &
deciſ. 6. num. 2. eodem titulo in antiqu.
26 alias nulla ipſo iure, vt dicit Ioannes Mo-
nach. in dict. cap. licet, quin etiam tales
27 coercentes clericos ad reſignandum, ſunt
excommunicati ipſo facto, per clement.
multorum de pœnis, quod non aduertit
ille Epiſcopus, qui ob talem vim illatam
clerico ſuo fuit damnatus ad centum li-
bras pro mulcta, præter damna dicti cleri-
ci per arreſtũ Senatus Pariſienſis, de die
12. Aprilis, anni 1510. teſte Papone in ſuis
arreſtis, titul. de reſignationib. nam *tales* 28
coactiones, ſolent difficiles frequenter exitus
habere, ait textus in cap. requiſiuit de
ſponſalibus, quos tamen non præuidet
cæca auaritiæ cupiditas, quæ animos ob-
tundit, cap. auaritiæ de elect. in 6.

Libera, id eſt pura ab omni pacto, con- 29
ditione, & modo, quæ omnia ſunt dam-
nabilia, cap. cùm pridem de pactis, gloſa
in can. Apoſtolica, 8. quæſt. 1. Doctores
in cap. ex parte 1. per illum textum de off.
delegati. Oldrad. conſilio 324. Calde-
rinus in cap. mandatum, num. 4. de re-
ſcriptis, & eſt textus in dict. cap. ordi-
narij.

Cum cauſa, quæ ſemper requiritur in 30
reſignationibus, notat. in cap. ſuper eo de
renunciat. Doct. in cap. niſi, ibidem, nam
quemadmodum non poteſt ſine iuſta cau-
ſa fieri ſeparatio inter coniuges quoad
thorum in matrimonio carnali, toto tit.
de diuortiis, ita nec vinculum poteſt tolli
ſine iuſta cauſa inter beneficiatũ, & ſuam
Eccleſiam, valet enim hoc argumentum,
cap. inter de tranſlatione Epiſcopi, quæ-
nam autem ſit cauſa legitima renuncian- 31
di, dic 1. quod eſt ignorantia, can. Petrus,
diſtinct. 39. can. præcipimus, 34. diſt. 2.
can. regenda, 10. quæſt. 1. dict. cap. niſi,
cap. cum te de ætate, & qualitate, imo ta-
les illiterati debent cogi ad renuncian-
dum, cap. vltimo, ibidem, & tot, tantique
ſunt hodie ignari, vt pauci ſint docti, can.
multi, 40. diſtinct. Decius in cap. ſciſci-
tatus, col. penul. de reſcriptis, 2. ſenectus
extrema, qualis eſt illa, quæ reddit benefi-
ciatum inhabilem ad officium peragen-
dum, can. petiiſti, 7. qu. 1. dict. cap. niſi,
nam non omnis ſenectus dat legitimam
anſam reſignandi, cap. 1. de renunciatio-
ne, vbi Panormit. & Hoſtienſis, 3. mor- 32
bus epilecticus, cap. cum inter de elect.
plura vide in dict. cap. niſi in textu, & in
gloſa.

Nota tamen non omnem metum inua- 33
lidare reſignationem, ſed eum ſolum, qui
de bonorum iudicio poteſt cadere in con-
ſtantem virum, communis opinio Doct.
in cap. ad audientiam, de his quæ vi, &
notatur in cap. ſi iuſtus de appellationib.
& in cap. cum dilectus, & cap. veniens,
illo titulo de his quæ, Decius conſil. 209.
Rebuff. in praxi, tit de reſignatio. metu
extortis, num. 8. dicitur enim metus, quia
mentem tenet conſtantis, Card. in clem.
cauſam. §. verum de elect.

Digitized by Google

34 *Dimiſſio*, ita loquitur textus, in cap. ſi A beneficia de præb. in 6. nam reſignans repudiat ſuum beneficium, Mendoſa in reg. de infirmis, 13. num. 10 & refutat, can. Gonzaldus, & ibi gloſa, verbo, refutauit, 17. qu. 2. Doctores in dicto cap. quod in dubiis, Rota deciſ. 6. de rerum 35 permutat. in nouis. quilibet enim poteſt iuri ſuo renunciare, cap. ſi diligenti de foro competenti, cap. audita de reſtitur. ſpoliatorum, cap. ſi clericus de præbend. in 6. Ioannes Andræas in cap. penultimo, illo titulo, & libro, & eſt textus, & ibi Doctores in clement. gratiæ de reſcript. gloſa pragmat. rub. de collat. §. ſi quis cuiuſcumque, verb. irritum. B

36 Fallit in furioſis, qui non poſſunt reſignare, can. quãuis, & ibi gloſa, verb. triſte, 7. quæſt. 1. dict. can. Gonzaldus, & cap. vltimo de ſucceſſionib. ab inteſtat. Archidiac. in can. quod autem, num. 1. 7. qu. 1. Gomeſ. in reg. de infirmis reſignantibus, quæſt. 10. in principio, Rebuff. in praxi, tit. ratione perſonæ vitiatur reſignatio, nu. 7. Boetius deciſ. 350. per totum, Pariſ. lib. 1. quæſt. 13. num. 41. 37. quia non ſunt liberi, ideo eos excuſat furor ab homicidij pœna, & crimine, vt dicunt Doctores in cap. 1. de homicidio in clement.

38 Limita in hoc caſu, & dic quod poteſt C furioſus reſignare inter interualla ſanæ mentis, vel ratam habere tunc, factam reſignationem in furore, dict. can. quamuis triſte, & can. Gunzaldus, & bona eſt tunc reſignatio, quæ tenet Roſſiniacus de beneficiis, cap. 25. num. 2. Gomes loco citato, Præpoſitus in dict. can. quamuis, num. 5. verſiculo quæro, vbi dicit, quod hoc caſu non poteſt furioſus repetere beneficium.

39 Et quod dixi de furioſis, qui non poſſunt reſignare, idem dic de phrænecticis, & ebrioſis, dict. cap. vlt. de ſucceſſ. ab int. Sarnen vbi ſuprà, & demente, qui dicitur ille, qui quod vult, aut non vult non D poteſt exprimere, can. vno de clerico ægrotante in 6. qui furor præſumitur durare ſemel probatus, niſi contrarium probetur à reſignatario, gloſa in can. iudicia, 9. qu. 9. verb. oſtenderint, gloſa in cap. dilectus, verb. compotem de ſucceſſ. ab inteſtat. Rebuff. in praxi, reg. de infirmis, gloſ. 2. n. 2. & ideo incumbit ei onus probandi reſignãtem fuiſſe ſanæ mentis tempore reſignationis, per gloſam ſingularem in dict. can. Gonzaldus, Gemin. in cap. 1. §. ſi verò, num. 4. de clerico ægrotant.

quod facit pro domino Michaele de Bellechere contra ſuum reſignatarium.

Nec minores 25. annis in Gallia de conſuetudine poſsũt reſignare, vt ſunt multa, quoad hoc arreſta Senatus Pariſienſis, teſte Loüeto in arreſtis, verb. beneficium, cap. vltim. de iudiciis in 6. & ita fuiſſe dictum ab eodem Senatu, die 1. Maij, anni 1553. referente domino Bertrando Senatore, ait Papon. libro arreſtorum, titul. de reſtitution. ſecus de iure, dicto capitulo vltimo, vbi gloſa, verb. debebis, Doct. in cap. ex parte, & ibi gloſa, verbo, quamuis minor de reſtitut. ſpoliat. Antonius de Butrio in dict. cap. ex parte. 40

Nec ſerui reſignant inſciis ſuis dominis de conſuetudine regni, vt iudicatum fuit Pariſiis anno 1564. aſſerit Bochellus in ſumma, verb. reſignatio. 41

Nec ſcholares in fauorem præceptorum tempore ſtudij, in quo oritur ſuſpicio doli, qui nemini opitulari debet, cap. ſedes de reſcriptis, vt aſſerit Peleus, lib. actuum forenſ. fuiſſe prohibitũ per arreſtum eiuſdem Senatus ipſis præceptoribus, ſub pœna nullitatis, & multæ irrogandæ. 42

Nec minor 14. annis de iure poteſt renunciare, & ſi renunciet reſtituitur, Doct. in dict. cap. vlt. de iudiciis, lib. 6. Ioannes Andræas in cap. ex ratione de ætate, Felinus in cap. edoceri de reſcriptis, Nicolaus Millius in ſuo repertorio, verb. minor 14. annorum, vide Fallentias apud Rebuffum in praxi, fol. 354. num. 13. 43

Idem dic de ægroto reſignante, qui redit ad ſuum beneficium reſignatum tempore morbi, ſemel ſanus factus. Loüetus quo ſuprà, num. 3. Fontanus tomo 4. ordinationem regiarum, titul. de ſymonia, & ita ſeruatur de praxi in regno, Ducloſ. in ſuis commentariis ſuprà Pariſium, lib. 1. quæſt. 7. 44

In ſcriptis, alias non præſumitur, ſi non probetur per ſcripturam, clement. 1. ibi: *confectis prius literis*, de præbend. gloſa in cap. cum à nobis de teſtibus, Doctores in rub. de conſtitutionib. Abbas in cap. qualiter de electione, *cum nulla ratio hoc veriſimile reddat, vt quiſpiam beneficium multis fortè expenſis, & laboribus acquiſitum, quo ſuſtentari debet, facilè ſine cauſa magna ſua ſponte reſignet*, ait textus in dict. cap. ſuper hoc, Hoſtienſ. in cap. poſt electionem, num. 6. de conceſſ. præb. & eſt communis, & veriſſima opinio Doctor. teſte eodem Pariſio lib. 8. quæſt. 1. nu. 2. 45 reſignatio enim eſt donatio, Baldus in 46 cum olim, verſicul. quæro numquid

de poteſtate delegati, ſed donatio non
præſumitur, niſi probetur, teſte Maſcar-
do de probationibus, concluſione 554.
ergo, &c. ex his.
Collige primo quemlibet beneficiatum
poſſe reſignare ſuum beneficium, dicto
cap. admonet, vti Papam, cap. 1. de re-
47 nunciat. in 6. Papatus enim eſt benefi-
cium, vt dixi ſuprà, & eſt textus in cap. 1.
ibi. *in officij, & beneficij noſtri ſuppreſſionem*,
de maled. Archiep. Salern, de reditibus
Eccleſiaſt. cap. 11. nu. 2. Hoiedus de in-
compatibilit. benef. part. 1. cap. 1. num.
2. Ioannes de Selua de benef. part. 1. qu.
2. num. 35. idem Pariſius lib. 2. quæſt. 1.
nu. 5. ideo per aſſumptionem ad Papatum
vacant priora beneficia, Collectaneus in
cap. finali de conceſſ. præb. Gomeſ. in
procemio regularum Cancell. & hæc re-
ſignatio Summi Pontificatus fit in mani-
bus Cardinalium repræſentantium Ec-
cleſiam, vt vult Archidiac. in can. Abba-
tibus, 12. quæſt. 2. & dixi vbi de Eminen-
tiſſimis Cardinalibus, quæſt. 4. diſput. 1.
48 Idem dic de Patriarchis, ceu Primatib.
Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus,
qui omnes poſſunt reſignare in manibus
Papæ tantum, idem Archidiaconus in cap.
ſi electio de electione in 6. Hoſtienſis in
dicto cap. admonet, num. 6. Abbas in
cap. 2. num. 7. de tranſlat. Epiſcopi, Do-
ctores, & ibi gloſa, verb. manibus de re-
nunciat. in clementinis, ob reuerentiam
ſacri officij, & eminentiam dignitatis,
Innocentius in cap. graue de præbendis,
& eſt in regula 3. Cancell. quæ eſt Gre-
gorij XIV. verſicul. *item reſeruauit*, Re-
buffus in concordat. rub. de mandatis A-
poſtolicis. §. ſtatuimus, verb. monaſteria,
& ſatis fusè probatum fuit ſuperius.
49 Collige 2. Duplicem eſſe reſignatio-
nem, alteram expreſſam, alteram tacitam,
ita idem Hoſtienſ. in cap. veniens, 1. num.
1. de renunciat. Rota deciſione 15. de of-
ficio delegati in nouis, Ioannes Andræas
in cap. clerici, num. 6. de iudiciis, Roffi-
niacus in tractatu de beneficiis, cap. 14.
num. 3. Expreſſa eſt illa de qua nunc egi-
mus, & quæ fit verbis expreſſis coram no-
tario, & duobus teſtibus, cap. audita de re-
ſtitutione ſpoliatorum, idem Rebuff. in
tract. nominat. quæſt. vlt. num. 17. idem
Pariſ. lib. 1. quæſt. 1. num. 29. Petrus
Gregorius lib. 17. ſyntagmat. iuris, cap.
50 17. num. 23. Tacita dicitur illa, quæ fit
ſine vlla expreſſione verborum, intelli-
gitur tamen fieri ipſo iure, faciendo ali-
quid contrarium, vel omittendo facien-
A dum, notatur in cap. de multa de præb.
cap. cum ex eo de elect. in 6. cap. ſi cle-
ricus de præbend. illo lib. clement. gra-
tiæ de reſcriptis.
Hinc tacitè renunciat, qui fit miles, 51
gloſa in cap. finali, verb. redierint de cle-
ricis non reſidentibus, cum præterquam
quod nobis non licet interficere quem-
quam, dicit textus in cap. 1. de apoſtatis
inhabiles ſumus ad pugnandum ex cleri-
catu, cap. ex multa. §. 1. de voto. 2. qui
contrahit matrimonium per verba de 52
præſenti, Doctores in cap. quod à te, iun-
cta gloſa de clericis coniugat. & in cap. 1.
B illo tit. in 6. malè enim concordat pſal-
terium cum cithara, dicit Innocentius
III. in cap. diuerſis, illo titulo de clericis
non reſidentibus, ſicut non bene conſo-
nant voluptates cum diuinis obſequiis,
dict. cap. quod à te. 3. qui acceptat ſe- 53
cundum beneficium incompatibile, cap.
1. de conſuetudine, dict. cap. de multa,
Doctor. & ibi gloſa in dict. clement. gra-
tiæ, 4. qui conſentit beneficium ſuum 54
conferri alteri, vel vniri, nihil dicendo,
nam hoc caſu illud pro derelicto habere
cenſetur, gloſa in cap. beneficium, verb.
aſſenſu de regularibus in 6. dummodo
per triennium taceat, Imol. in cap. ex
C ore, de his quæ fiunt à maiori parte capi-
tuli, Rota deciſ. 3. de renunciat. in nouis,
idem Hoſtienſis in cap. veniens, 2. illo ti-
tul. 5. qui acquieſcit ſententiæ priuatio- 55
nis, ab ea non appellando intra terminum
iuris, gloſa in cap. 1. de conceſſ. præbend.
Dominicus in cap. 1. de litis conteſtat.
in 6. multo plura dixi, vbi de Summo
Pontifice, & eius iure reſeruationis in 3.
quæſtione dicta diſputatione prima.
Collige 3. Tacitam reſignationem eoſ- 56
dem operari effectus, quos operatur ex-
preſſa, cap. ex literis de tranſactionibus,
Ioannes Andræas in cap. in noſtra de re-
D ſcript. vtraque enim veram inducit vaca-
tionem beneficij, idem Ioannes Andræas
in cap. clerici, num. 6. de clericis coniu-
gat. Decius conſilio 166. num. 2. veriſ-
ſima opinio, teſte Mendoſa in additione
ad Lapum, allegat. 16. litera A. idem
Hoiedus de incompatib. beneficij, part.
1. cap. 3. & ſequenti, num. 7. & priuat
renunciantem, clement. cum veniſſent
de inſtitutionibus, gloſa in dicto cap. ex
ore, verb. renunciaſſent, Rota deciſ. 4.
de renunciat. in nouis, ideo poſſunt ordi-
narij conferre talia beneficia vacantia per
reſignationem tacitam non ſecus, ac per
expreſſam reſignationem, ex cap. ex tranſ-

miſſa, illo titulo de renunciatione.
57 Et hæc reſignatio expreſſa ſubdiuiditur
in ſimplicem, & hypotheticam, ceu con-
ditionatam, communis opinio, teſte Pa-
riſio lib. 1. qu. 2. num. 1. Roſſiniacus de
beneficiis, cap. 14. num. 3. verſic. prior,
Petrus Gregorius dicto libro ſyntagmat.
iuris, 17. cap. 27. Rebuff. in praxi titulo
de reſignatione expreſſa, num. 2.
58 Simplex dicitur illa, quæ fit purè, &
ſimpliciter in manibus ſuperioris, nullam
adiiciendo, horam, conditionem, mo-
dum, vel nomen, vt fertur in can. pleri-
que, 8. quæſt. 1. Puteo deciſ. 158. &
hæc vt plurimum fit coram locorum or-
dinariis, vt ſeruatur de ſtylo, Doctores, &
ibi gloſa in cap. ex parte, 1. de officio de- B
legati, Zabarella in cap. cum dilecti, nu.
2. de præbend. Rota deciſ. 6. num. 2. de
renunciat. in antiq. Bonifacius in clem.
vna, num. 1. de rerum permut. Maſcar-
59 dus de probationib. concl. 1365. hypo-
thetica vero, eſt illa, quæ fit in manibus ſu-
perioris, ſub certa conditione, modo, vel
pacto, vt in fauorem *Titij, cum penſione,
vel cum regreſſu, & ſimilibus*, notatur in
dicto can. plerique, ibi. *feruntur alios
in locum ſuum deſignatis nominibus ſubro-
gare*. Caſſad. de ſymonia, deciſ. 2. nu. 6.
Mendoſa in praxi ſignat. gratiæ, titul. re-
greſſus, & acceſſus, colum. 2. idem Re- C
buffus loco citato, idem Gregorius vbi
60 ſuprà, primo modo poteſt Summus Pon-
tifex tantum reſignare, non vero ſecun-
do, & in fauorem, cum non poſſit eligere
ſucceſſorem, nec inducere hæreditariam
ſucceſſionem in Papatu, idem Cardinalis
Zabarella in clement. ne Romani, num.
5. de renunciatione, dixi vbi de Summo
Pontifice, in prima quæſtione in fine, diſ-
putatione prima, dici enim debet ei *pa-
tere legem, quam tu ipſe tuliſti*, ait textus
61 in cap. cum acceſſiſſent de conſtitutioni-
bus, licet poſſit facere conſtitutionem ſu-
per electione ſui ſucceſſoris, vt notant
Doctores in cap. licet de electione, de
conſenſu Cardinalium, ſaltem de hone- D
ſtate, ſi non de neceſſitate, & ita factum
fuiſſe à Sancto Celeſtino, huiuſce nomi-
nis V. dicit Bonifacius VIII. in ſua boni-
facina conſtitutione poſita in cap. 1. de
renunciat. in ſuo lib. 6. dixi vbi de Emi-
nentiſſimis Cardinalibus, in quarta quæ-
ſtione dictæ diſputationis primæ, vbi dixi
62 quod Summus Pontifex renuncians Pa-
patui, remanet Cardinalis, Sotus in com-
mentat. regul. Cancell. Antel. nona, &
vltima parte, col. 2. Pariſius lib. 1. qu. 17.

A num. 2. Epiſcopus autem renuncians di- 63
gnitati, & loco, retinet ea quæ ſunt ordi-
nis, Doctores in cap. 1. de ordinat. ab eo,
qui renunciauit Epiſcopatui, Zoch. in re-
petit. cap. omnis, num. 356. de pœniten-
tiis, quod potiſſimum fit propter crimen, 64
vt ait Abbas in dict. cap. 1. tunc enim re- 65
nunciatur dignitati, & denominationi il-
lius, & talis renuncians non poteſt confer-
re ordines ſacros, etiam de conſenſu diœ-
ceſani, vt volunt iidem Doctores in dict.
cap. 1. ſed bene minores, accedente tamen
conſenſu diœceſani, cum illi ordines con-
ferantur etiam à non Epiſcopis, cap. cum
contingat de ætate & qualitate, & eſt tex-
tus in dict. cap. 1.
B Nec poteſt taliter renuncians loco, & 66
dignitati, redire amplius ad Epiſcopatum,
etiam per nouum titulum, Doctores in
cap. poſt tranſlationem, & in cap. niſi de
renunciatione, iidem in cap. cupientes de
elect. in 6. Contrarium dicendum de his 67
qui renunciant tantum loco, quod fit
communiter, vt praxis edocet Pariſ. vbi
ſuprà, num. 14. ita fecit hodie noſter E-
piſcopus Lodouenſis, & ſic renunciantes
poſſunt redire ad ſuos Epiſcopatus per
nouam viam electionis, poſtulationis, vel
nominationis, vt vult gloſa communiter
recepta, in cap. ad noſtram, 2. verb. pro-
C barent de iureiur. Doct. in cap. 2. de re-
nunciat. etiam ſi iurauerint ſe illos non
repetituros, ait Anton. de Butrio in dict.
cap. 2. nam iuramentum illud non ex-
tenditur ad incognita, Doctores in cap.
clericus, illo tit. de iureiurando, & poſ-
ſunt ordinare clericos, vt dicitur in dicto 68
cap. 1. de ordinatis ab eo qui renunciauit
Epiſcopatui, de conſenſu tamen diœce-
ſani, alias non, idem Abbas in cap. ad ſup-
plicationem de renunciatio, gloſa magna
in clement. Archiepiſcopo de priuilegiis.
Sed qui reſignat retentis fructibus om- 69
nibus, ſtallo in choro, & voce in capitulo
habetur loco titularis, textus, & ibi Abbas
in cap. cum inter, num. 1. & ſequenti de
D renunciat. Gomes in reg. de publicand.
quæſt. 2. & in reg. de annali, quæſt. 60.
Mendoſa in tractat. ſignat. gratiæ, titul.
fructuum reſeruationes, col. 2. verb. con-
ceſſus, ſed ſi ſoli fructus conceſſi fuerint
à Papa, habetur loco penſionarij, ita idem 70
Gomes in dict. reg. de annali, quæſt. 60.
Pariſ. lib. 11. qu. 7. num. 43. nam penſio
ſoluitur de fructibus, idem Pariſ. lib. 6.
qu. 2. num. 29. in fine.
Idem dic ſi reſeruatæ tantum fuerint
collationes beneficiorum reſignanti, vt

fit aliquando, idem Mendoſa vbi ſuprà, A
verſ.concedi, tit. fructuum reſeruationes,
Rebuff. in concord. rub. de mandat. A-
poſtol. §. 1. verſ. quod ſi collationes, nam
collatio cenſetur eſſe fructus, vt dixi vbi
de Capitulis.

72 Et hæc beneficia ſic reſignata in curia,
debent conferri à ſolo Papa, quia illa tan-
tum vacant in curia, gloſa in clement. 1.
vt lite pendente, nihil innouet, Archi-
diaconus in cap. 2. de præbend. lib. 6.
& eſt vera opinio Doct. in illo cap.

73 Quemadmodum omnia beneficia ma-
iora debent reſignari coram ſolo Papa,
Hoſtienſ. in ſumma, tit. de renunciat. B
num. 6. verſicul. ſi vero, Innocent. in cap.
quod in dubiis, num. 3. & eſt reg. 1. Can-
cellar. Gregorij XIV. ibi. *item reſeruauit*
generaliter, eſtque etiam in regul. 3. Can-
cellariæ eiuſdem Papæ, Mendoſa in reg.
1. reſeruatio. in præludio, nu. 1. in Con-
ſiſtorio, ideo vocantur conſiſtorialia, vt
dico infrà, Pariſius lib. 7. qu. 11. nu. 370.
74 cum non poſſit ille admittere reſignatio-
nes beneficiorum regulariter, qui non
poteſt conferre, Innocent. in cap. ad au-
dientiam, num. 4. de his quæ vi, met. Bo-
nifacius de vitall. in clement. multorum,
num. 59. de pœnis, Rebuff. in concord. C
rub. de mandatis Apoſtolicis, §. ſtatui-
mus, verb. monaſterium, (præcedente ta-
men nominatione domini Regis in Gal-
lia,) vt dixi vbi de nominatione regia, &
hæc beneficia dicuntur maiora reſpectu
inferiorum, vt docui ſuprà vbi de benefi-
ciis in abſtracto, textus, & ibi gloſa in cap.
penult. de verborum ſignificatione, Ol-
drad. conſ. 14. col. 1. Gomes in reg. de
75 annali, quæſt. 11. col. 2. idem dic de be-
neficiis reſeruatis, quæ debent reſignari
coram Papa duntaxat, cum ea ſolus Papa
conferat, vt probatum manet ſuprà, vbi de
poteſt. Pap. in 2. quæſtione, diſputat. 1.
Rota deciſ. 3. de officio legati, & collatio D
ab alio facta, eſt ipſo iure nulla, Ioannes
Andræas in cap. ſi eo tempore de elect.
in 6. vt ſunt illa, quæ ſunt reſeruata per re-
gulas Cancellar. Nicolaus Millius, verb.
reſeruatio, beneficia vacantia per promo-
tionem ad prælaturas. Gammar. in tract.
de authoritate legati, lib. 3. nu. 125. &
76 126. & illa quæ vacant tempore vacatio-
nis ſedis Patriarchalis, Archiepiſcopalis,
Epiſcopalis, vel Abbatialis, iuxta conſti-
tutionem Pij V. quæ incipit, Sanctiſſi-
mus Pontificatus ſui anno 3. beneficia
curialium, & familiarium Papæ iuxta re-
ſeruationem Iulij III. Pontificatus ſui

4. beneficia deuoluta per negligentiam
inferiorum, Æneas de Falconibus in tra-
ctatu de reſeruationibus, quæſt. 4. in prin-
cipio, beneficia exemptorum, cap. vltim. 77
de renunciatione, quæ omnia ſunt reſer-
uata Summo Pontifici, per reſeruationes
ſpeciales, de quibus Pariſius lib. 2. quæſt.
16. num. 30.

Assertio 4. Reſignatio conditionalis 78
fieri debet tantum coram Summo Ponti-
fice, Felinus in cap. ad audientiam, 2. co-
lum. 1. de reſcriptis, ita ſeruatur de praxi,
Mendoſa in regula de infirmis reſignanti-
bus, quæſt. 16. num. 11. in regula de an-
nali, quæſtione 46. num. 2. & in praxi
ſignatur. gratiæ, titul. regreſſus, colum. 2.
verſicul. notandum, Redoanus in tracta-
tu de ſymonia, parte 2. cap. 12. Rebuffus
in praxi, tit. de reſeruationibus, tam ge-
neralibus, quàm ſpecialib. num. 16. idem
in additione ad Ioannem Nauclerum, tit.
de ſymonia, & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis
anno 1513. aſſerit ipſe in tractatu de paci-
ficis poſſeſſoribus, num. 154. Rationem
dixi ſuprà vbi de poteſtate Papæ in tribus
primis quæſtionibus, diſputat. primæ, &
in quæſt. quinta vbi de legatis, in quibus
omnibus oſtendi tales reſignationes hy- 79
potheticas præ ſe ferre aliquam ſpeciem
ſymoniæ, quam ſolus Papa poteſt purga-
re, Panormitanus in cap. non ſatis, num.
8. de ſymonia, Pariſius lib. 5. reſignation.
benef. quæſt. 5. num. 3. & in tractatu de
confident. quæſt. 29. num. 36. 2. quia di-
uidunt beneficia contra prohibitionem
Concilij Turonenſis, cap. vno, vt Eccle-
ſiaſt. benefic. ſine diminut. conferant.
& cap. prohibemus de cenſib. ſupra quam
vti conciliatiam Summus Pontifex ſolus
diſpenſat, Ioannes de Anan. in cap. audi-
uimus de colluſione detegend. idem Pa-
riſius dicto libro reſignationis beneficia-
lis, 6. quæſt. 1. num. 3. idem Rebuffus in
praxi, tit. de regreſſibus.

Nec poteſt, vt dixi ſuprà, in dict. quæſt. 80
5. Legatus à latere admittere tales reſi-
gnationes hypotheticas, Boerius in tract.
de authoritat. legati, col. antepenultim.
idem Rebuffus loco citato, tit. de condi-
tionatis reſignationibus, num. 50. niſi ha-
beat poteſtatem à Papa, cap. conſtitutus
de conceſſ. præbendæ, & tunc quod non 81
poſſet de iure communi, poſſet Legatus
de iure commiſſionis, cap. is cui, & cap.
vltimo de officio delegati, vide Gamb. de
authoritate Legati à latere.

Idem dic de reſeruationibus omnium 82
[illegible], quas ſolus Papa poteſt de

iure concedere, Gomeſ. in illa regula de
annali, quæſt. 60. & in regul. de publi-
cand. quæſt. 2. Staphilæus ſuper ſignatu-
ra gratiæ, folio 154. verſicul. hinc eſt,
idem Mendoſa in illo tractat. de ſignatur.
gratiæ, titul. fructuum reſeruationes, & in
reg. de annali, quæſt. 30, idem Rebuffus
in illo tractatu de reſeruationib. tam ge-
neralib. quàm ſpecialibus, num. 16. & hoc
83 ſeruatur de conſuetudine, maximè in re-
gno, vbi tales reſeruationes ſunt prohi-
bitæ, teſte eodem, illo tit. num. 14. Boe-
rius deciſ. 2. num. 58. Papon. lib. arreſt.
2. tit. 8. arreſto 3.

84 An autem reſignans in fauorem indi-
gni peccet, dicendum eſt quod ſic, Abbas
communiter receptus in cap. conſtitutus,
2. de appellation. Archidiac. in can. qui-
cumque, 1. quæſt. 1. Nauarrus in manua-
li, cap. 23, num. 107. verſic. ad decimum,
Diuus Thomas, 2. 2. quæſt. 63. articul. 8.
Sotus lib. 2. de iuſtitia, & iure, quæſt. 6.
idem Rebuffus in praxi, regula de infirmis
reſignantibus, gloſa 14. num. 3. & hæc eſt
vnanimis ſententia omnium, tum Theo-
logorum, cum Canoniſtarum, quod facit
contra ferè omnes beneficiatos, quos ſan-
guis caligine implet.

85 Quæres cur hodie licitæ ſint penſiones,
cum Eccleſiaſtica beneficia ſine diminu-
tione conferri debeant, vt patet ex illa ru-
brica in decretalibus Gregorij, & notatur
in cap. de maioribus de præbend. Reſp.
propter maius bonum, 1. enim ſic conſu-
litur egeſtati pauperum clericorum, can.
diaconi. 54. diſtinct. Petrus Gregorius
ſyntagmat. iuris, lib. 17. cap. 17. num. 2.
qui alias nimirum diſpendium paterentur,
Oldrad. conſilio 275. 2. propter bonum
pacis, non enim debent clerici litibus im-
plicati, cap. finem de dolo, clement. diſ-
pendioſam de iudiciis, ideo poſſunt paruo
incommodo magnam redimere vexatio-
nem, dicit textus in can. qui verè, 16. qu.
1. cap. 1. de ſyndico, 3. propter bonam
fidem, quæ non patitur, vt quis alieno
commodo grauetur, regul. bona fides de
regul. iuris in 6. quod habet locum in
permutationibus, vt oſtendo paulo infe-
rius, verb. *propter bonum publicum*, ex his.

86 Nota 1. illas reſeruationes omnium fru-
ctuum non fieri niſi ex magna cauſa, teſte
eodem Rebuffo, in dicto tractat. de reſer-
uat. illo num. 14. in fine, vt in fauorem
Eminentiſſimorum Cardinalium, ex con-
ſtitutione domini Alexandri VI. qui mul-
tum fauit in vita Cardinalibus, vt patet
ex titulo de reſeruatione iuris patronatus,

A vide quoad hoc dictum Mendoſam in illo
tractat. de ſignat. gratiæ, titul. fructuum
reſeruationes, col. 3. verſicul. nunc reſer-
uata, & Concilium Tridentinum ſeſſione
24. cap. 13. de reformatione.

87 Nota 2. Quamuis iſtæ reſeruationes
omnium fructuum non ſint receptæ in
hoc regno, reſeruationes tamen medieta-
tis eſſe licitas, ita Molinæus in regula de
publicand. num. 274. Staphilæus in ſi-
gnatur. folio 154. verſicul. quandocum-
que vſque ad medietatem, Rebuffus, loco
citato, & ita fuiſſe iudicatum pluries à
Senatu Burdegalenſi, aſſerit Boerius de-
B ciſ. 2. num. 52. & à Senatu Pariſienſi, di-
cit Papon. lib. 3. arreſtorum, titul. 8. ar-
reſto 4. Parinus lib. de reſignat. benefi-
cial. 6. quæſt. 1. num. 56.

88 Assertio 5. Reſignatio conditio-
nalis non abdicatius à reſignante non ſer-
uatis conditionibus, ſecundum quas facta
fuit, veriſſima eſt hæc opinio, & ideo ſer-
uanda in iudiciis, Mendoſa in regul. Can-
cellar. de impetratione benefic. vacant.
per obitum familiar. Cardinal. quæſt. 31.
num. 16. & in praxi ſignat. gratiæ, titul.
regreſſus, & acceſſus, cap. 2. verſiculo
notandum, Rota deciſione 4. de rerum
permut. in antiqu. idem Pariſ. lib. 1. qu.
C 3. nu. 7. in fine, facit quod dicit, Gomeſ.
in regula de triennali, vbi dicit quod hoc
tam verum eſt, vt ſi poſſeſſio tollatur reſi-
gnanti, poſſit agere actione ſpolij, qu. 27.
& quæſt. 73. Ratio hæc eſt, quia condi-
tiones habentur pro forma, cuius omiſſio
facit actum corruere, Decius in cap. pru-
dentiam, notab. 4. de officio delegati, &
nihil hoc caſu fieri dicitur in formalibus,
cum ſuperſit aliquid faciendum, cap. 1.
de baptiſmo, Geminianus in cap. ſi bene-
ficia, num. 5. de præb. in 6. idem Gome-
ſius in regula de idiomate, quæſt. 7.

89 Hinc procurator, qui non ſeruat fines
D mandati, nihil facere dicitur, textus eſt
ſingularis, in cap. ex parte, & cap. cum
olim de officio delegati, Doctores in cap.
dilecta de reſcriptis, idem Decius conſ.
77. num. 1. Panormitan. in cap. cum pri-
dem, in fine, de pactis.

90 Hinc ſi fiat procuratorium ad reſignan-
dum, cum reſeruatione fructuum, ſtalli
in choro, vocis in capitulo, & cum reſer-
uatione collationum beneficiorum, pro-
curator vero omittat alterum reſeruato-
rum, nulla eſt reſignatio, & inde ſecuta
prouiſio, & reſignans cenſetur non reſi-
gnaſſe, ita in terminis deciſum fuit à Ro-
ta, deciſ. 7. titul. de renunciat. illo libro,
nam

nam omnia capita procuratorij ſunt cor- A
relata, ideo corruunt, vno collabente,
Baldus in cap. cum adeo, num. 3. de re-
ſcriptis, idem dic de aliis conditionibus,
vt ſi reſignatum fuit in fauorem alterius,
quam nominati in actu procuratorio pro-
pter verba inſerta, ibi. *nec aliter, nec alias,*
nec alio quouiſmodo, quæ important condi-
tionem, ſine qua non, Suarez lib. ſenten-
tiar. veteris procurator; idem Rebuffus in
tractatu de pacificis, num. 146. tam verum
91 eſt, vt non impletis conditionibus, reſi-
gnans cenſeatur non reſignaſſe, Innoc.
in cap. inter cætera de officio ordinarij,
92 cum conditio ſuſpendat actum in euen- B
tum conditionis, clement. vna de con-
ceſſ. præbend. & dicitur gratia imperfe-
cta, antequam impleatur per euentum, &
poſitionem illius, Doctores iuncta gloſa,
in cap. ſi pro te de reſcriptis in 6. Capu-
taq. deciſ. 72. lib. 1. notatur in cap. ſi tibi
de præb. eodem lib. 6.

93 Quæres an teneatur Summus Pontifex
conferre ei, in cuius fauorem fuit reſigna-
tum. Reſp. affirmatiuè, ſaltem via ordi-
naria, teſte Mendoſa in tractat. ſignatur.
grat. tit. reſignation. colum. 3. verſ. item,
Caſſad. deciſ. 2. num. 6. & id numquam
etiam recuſat Papa, qui de ſtylo admittit C
reſignationes ad vota ſupplicantium re-
ſignantium, vt videmus quotidie, imo &
reſignatio eſſet nulla, quia numquam
præſtaret conſenſum reſignans, ſine quo
numquam expeditioni mandarentur li-
teræ, per regulam Cancellar. *de præſtand.*
conſenſu.

94 Assertio 6. Numquam abdicatur
beneficium à reſignante, ſi non acquira-
tur reſignatario, ita millies fuit iudica-
tum à Rota, & potiſſimum in menſe A-
prili anni 1542. deueniendum eſt enim
ad mentem reſignantis, qui non vult re-
mittere ſuum beneficium, niſi in fauorem
reſignatarij, nec aliter, nec alio modo, ita D
Rebuff. in loco citato.

95 Hinc pendente tempore acceptationis
reſignatarij ius remanet in ſuſpenſo, Go-
meſ. in regul. de triennali, quæſt. 27. nu.
34. & non poteſt tolli à reſignatario, Do-
ctores in dict. cap. ſi tibi, & ſi nolit acce-
ptare ius, & poſſeſſio remanet penes reſi-
gnantem, quæ ſemper durare cenſetur;
gloſa in cap. cùm pridem, & ibi Abbas de
pactis, Mendoſa vbi ſuprà, Gomeſ. in re-
gul. de triennali, quæſt. 24. num. 14. &
quæſt. 27. Cardinal. Zabarella in clem.
quia contingit, oppoſitione 3. de religioſis
domibus.

Hinc ſi reſignatarius moriatur non pu- 96
blicata reſignatione, beneficium non va-
cabit per eius mortem, quidquid dicant
aliqui Doctores, vt Rebuffus, & alij, ideo
non poterit impetrari à quoquam, quia
defectu talis poſſeſſionis, ius & poſſeſſio
cenſetur continuata à reſignante, à qua
numquam fuit abdicata, Gomeſ. in reg.
de publicand. multis in locis, & hæc de-
bet eſſe conſtans & firma opinio in iudi-
cando ſecundum meum conſilium, & ita
vidi iudicari à Senatu Tholozano, in 2.
camera Inquiſitionum, anno 1630. menſe
Ianuario, licet à ſupremo Senato Pari-
ſienſi contrarium deciſum fuerit.

Ex his nota per reſignationem abdicare
Ius à reſignante, niſi ſecuta publicatione 97
reſignatarij, regula eſt de publicandis, de
qua dicemus infrà, quæ publicatio eſt in-
tegritas gratiæ, communis opinio, Roffi-
niacus in tract. de benef. cap. 14. nu. 26.
Rebuff. in praxi, titul. de immiſſione in
poſſeſſ. vel poſſeſſio in principio, nam
cum reſignatio fiat aliquando in fauorem
abſentis, dict. cap. ſi tibi, cap. gratia de
reſcript. in 6. requiritur acceptatio, per
quam ſolam conſtat reſignatarium velle
vti ſibi facta gratia, vt volunt Doctores
in dict. cap. ſi tibi, & facta acceptatione
poteſt dici ſuum beneficium, idem Zaba-
rella in clement. gratiæ, illo tit. de reſcri-
ptis, notab. 2. Mendoſa in 3. reg. reſer-
uationis, quæſt. 14. num. 3. & hæc acce-
ptatio definitur, *declaratio voluntatis, ten-*
dens ad executionem gratiæ, idem Zabarel- 98
la in clement. vna. §. ſecus, 6. de conceſſ.
præbend. Ruzæus in tractat. de iure re-
galiæ, verſ. venio nunc, num. 18. & ſeq.
Geminianus in dict. cap. ſi tibi, Rebuff.
in tractat. nominat. quæſt. 17. num. 65.
quæ poteſt fieri per procuratorem, gloſa 99
in dict. cap. ſi tibi, verb. habuerint, adhuc
ſpecialiter deputatum, gloſa in illa clem.
vna, verb. præſenti, Ioannes Andræas in
cap. ne captandæ de conceſſ. præb. in 6.

Quæres an laicus poſſit conſtitui pro- 100
curator ad reſignandum. Reſpond. poſſe,
gloſa in clement. vna, verb. procurato-
rum de renunciat. Barbat. in cap. cum
olim, num. 13. & ſequenti de reſcript.
Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 14. nu.
96. melius tamen erit conſtituere cleri-
cum in procuratorem, ſecundum meum
iudicium.

Imo poteſt laicus habere præbendam, 101
quatenus eſt præbenda, ius percipiendi
fructus, non annexum Canonicatui, gloſa
in cap. cum M. de conſtitutionib. Rebuff,

in concord. §. 1. verb. præbendam Theo-
logalem, rub. de collationib. ſecus ſi præ-
benda ſit annexa Canonicatui, quia
tunc eſt ius ſpirituale, cap. dilecto, & cap.
maioribus de præbendis, Panormita. in
hoc cap. de maioribus, & ibi alij Doctor,
Cardinal. in clem. vltima, quæſt. 12. illo
tit. de præbend. & ideo tunc ſolis clericis
competit, cap. cauſam de præſcriptionib.
102 Non vero poteſt habere penſiones be-
neficiales, quæ licet onera ſint tempora-
lia, Puteo deciſ. 202. num. 5. lib. 3. Pariſ.
103 lib. 10. quæſt. 15. num. 10. non autem
beneficia Eccleſiaſtica. Doctores in cap.
quamuis de præbend. in 6. Abbas in cap.
ad audientiam, 2. de reſcript. Gomeſ. in
tractat. de gratiis expectatiuis, verb. gra-
tias, num. 92. Ioannes de Selua in ſuo
tractatu beneficiali, parte 1. qu. 3. nu. 10.
104 ideo penſio non facit incompatibilitatem
cum beneficio, vel cum alia penſione,
Imol. & ibi alij in clement. gratiæ de re-
ſcriptis, Abbas in cap. de multa de præb.
nec obligat ad reſidentiam, Archidiac. in
dict. cap. quamuis, & eſt communis opi-
nio, teſte de Selua loco citato, nec ad re-
citationem magni officij, Sotus lib. 10. de
iuſtit. & iure, quæſt. 5. art. 23. ſed bene
ad recitationem officij Beatæ Mariæ, ex
conſtitut. Pij V. non tamen poſſunt te-
105 neri penſiones à laicis, qui non debent nu-
triri de bonis Eccleſiæ, Nauarr. conſ. 6.
de ſymonia, ideo quando reſeruatur pen-
ſio laico, hæc clauſula ſolet apponi à Papa,
*Cùm primum clericali charactere inſignitus
fueris*, per quam clauſulam ſuſpenditur
ſolutio penſionis vſque ad euentum con-
ditionis, Mendoſa in tractatu de penſio-
nibus, col. 6. verſ. penſio, ideo bene de-
106 finitur penſio, *ſubſidium à ſuperiore ſupra
reditus beneficij clerico cum cauſæ cognitione,
conceſſum, propter bonum publicum inuentum*,
dicitur *ſubſidium*, quia per illud ſuccur-
runtur clericis, vt diximus ſuprà, qui alias
per ſuas reſignationes grauia diſpendia
paterentur, Oldrad. conſilio 275. col. 2.
Nauarrus in manuali, cap. 23. num. 3. &
tomo conſiliorum 2. lib. 5. conſ. 43. de
ſymoniis, Gomeſ. in regula de annali, qu.
60. in principio, Rebuffus in praxi, tit. de
reſeruationibus, num. 13. Pariſ. lib. 3. re-
ſignationibus, quæſt. 2. num. 260. *à ſu-
periore*, qui eſt de conſuetudine ſolus Papa,
107 qui hodie tales penſiones imponere po-
teſt, Mendoſa in tractat. de ſignatura gra-
tiæ, tit. de penſionib. Rebuff. vbi ſuprà,
108 Zerola, verb. penſio, parte 2. licet de iure
poſſent olim Epiſcopi penſiones impone-

A te, textus eſt in cap. niſi eſſent de præben-
dis, Doctores in cap. extirpandæ, illo tit.
Panormit. in cap. conquerente, col. 1. de
clericis non reſidentibus, Piaſecius in ſua
praxi epiſcopali, part. 2. cap. 5. articul. 3.
num. 63. iuſta de cauſa, vt debili, & ſeni,
Ancharus conſilio 279. quæſt. proponi-
tur, ideo exclamat Rebuffus contra ordi-
narios in loco citato, recurrendum tamen
eſt ad Papam iuxta ſtylum, idem Rebuff.
in tractatu de pacif. poſſeſſoribus, num.
105. in fine.
Supra fructus benefi. ij, de quibus ſoluitur 109
penſio, Gigas de penſionibus, conſilio 19.
num. 4. & ſequenti, idem Rebuffus in
B dict. titul. de reſeruationibus, num. 23. in
praxi, idem Pariſius lib. 6. quæſt. 2. num.
29. in fine.
Hinc qui non percipit fructus ob caſum 110
fortuitum, bellum, v. g. & incurſiones ho-
ſtium, non tenetur ſoluere penſionem, &
ita fuit deciſum à Rota, teſte Puteo, de-
ciſ. 15. & cenſib. & fuit iudicatum Tho-
lozæ anno 1635. in 2. Camera Inquiſitio-
num, pro domino Epiſcopo Sancti Pontij
Thomeriarum, contra ſuum Capitulum.
Hinc penſiones ſunt onera realia, vt de- 111
cimæ, cenſus, & alia ſimilia, gloſa in dict.
cap. niſi de præbendis, Felinus in cap. ad
C audientiam, 2. num. 5. de reſcriptis, Ge-
minianus in cap. finali de officio ordinarij
in 6. dictæ à verb. pendeo, pendet enim
à beneficio cui alligatur, cap. vltimo de
pignoribus, cap. ſignificauit de cenſibus,
Cardinal. in cap. vno de ſupplend. ne-
glig. prælat. in clement. quia regulariter
ſoluitur in fructu, Romanus in tractat. de
penſionib. cap. 1. licet aliquando ſoluatur
in pecunia, dict. cap. niſi, & hoc fit, vt plu-
rimum in hoc regno, Rebuff. in dict.
tractat. de pacific. poſſeſſ. num. 99.
Cum cauſæ cognitione. ſine qua imponi 112
nequit penſio, gloſa in ſumma, 12. quæſt.
2. dict. cap. ſignificauit, Doctores in dict.
cap. extirpandæ, Panormitan. in cap. va-
D cante de præbend. vide cauſas legitimas
conſtituendarum penſionum, apud eun-
dem Paulum Romanum loco præallega-
to, & apud Rebuff. vbi ſuprà, num. 108.
& quæ diximus paulo ſuperius, vbi appo-
ſuimus tres ſolos caſus, in quibus penſio-
nes admittuntur in regno, extra quos non 113
admittuntur, quia penſiones ſunt odioſæ,
Gomes in reg. de infirmis reſignantibus,
qu. 16. cum per eas ſeruitus beneficiis im-
ponatur, Gigas vbi ſuprà, q. 96. num. 1.
& 2. ergo reſtringendæ regula odia de
reg. iuris in 6.

Digitized by Google

Propter bonum publicum, quod inde col- A
ligitur, 1. quia pauperibus clericis ſuccur-
ritur, cap. Epiſcopus, & cap. cum ſe-
cundum de præbendis, cap. ſi pro clericis
pauperibus, & cap. ſi pauper, illo tit. in 6.
2. quia legitima fit compenſatio, cap. re-
114 prehenſibilis de appellationibus, potiſſi-
mum in permutationibus, quæ ſunt con-
tractus bonæ fidei, cap. cum venerabilis
de exceptionibus, 3. litibus ianua præclu-
ditur, quibus clerici multum læderentur,
præſertim de beneficio Eccleſiaſtico liti-
gantes, cap. finem de dolo.

Obiicies beneficia Eccleſiaſtica ſine di-
minutione conferri debent, cap. vno. §.
penult. illo tit. vt Eccleſiaſtica beneficia B
ſine diminutione conferantur, cap. auari-
tiæ de præb. cap. prohibemus de cenſib.
ſed ſi beneficia conferantur cum penſion.
conferentur cum diminutione, vt nemo
non videt, ergo. Reſp. maiorem eſſe ve-
ram quoad inferiores, non vero quoad
Papam, qui habet omnimodam poteſta-
tem ſupra res, & perſonas Eccleſiaſticas, &
beneficiales, vt diximus ſup. vbi de Papa,
in 1. diſput. cauſa autem conſtituendæ il-
lius rubricæ fuit rumur delatus domino
Innocent. III. de Archiepiſcopo Medio-
lanenſi, qui ſolebat retinere medietatem
fructuum beneficiorum, quæ conferebat,
contra prohibitionem Concil. Turonen- C
ſis, qua non licet collatorib. retinere ſibi
fructus beneficiorum, quæ conferunt, ne
ſequatur ſectio præbendarum, dict. cap.
prohibemus, & notatur in cap. auaritiæ de
præbend. ſed tamen negari non poteſt,
quin Papa poſſit imponere penſiones in
beneficiis, Doct. in dict. cap. ad audien-
tiam, 2. ex plenitudine poteſtatis quam
habet, Barbat. in cap. quod tranſlationem,
num. 92. & ſequenti de officio legati, qui
multa maiora de iure poteſt, vt volunt
Doct. in cap. ſicut de exceſſ. prælat.

115 Et hæc publicatio debet fieri intra men-
ſem à reſignatario, cui fuit prouiſum ab D
ordinario, & intra ſex menſes ſi à Papa, vt
eſt in reg. 34. Cancellar. de publicand. de
qua infrà, vbi de reg. receptis in regno,
116 cum reſignationes omnes hanc habeant
conditionem, dummodo publicétur. Ro-
manus conſilio 433. num. 90. Pariſius lib.
2. qu. vlt. n. 3. Rebuff. in ſua praxi, ſuper
hac regula, gloſ. 1. verſicul, item, Gomes
in illa regula, quæſt. 9.

117 Collige 2. reſignationem, vt abdicet
ius à reſignãte, debere non fuiſſe reuoca-
tam, & inthimatam ante admiſſionem à
ſuperiore factam, communis eſt Doctor.

A ſententia, iuxta multa arreſta Senatus Pa-
riſienſis, quibus fertur ante admiſſionem
poſſe reſignantem reuocare, oſtendi ſup.
Abbas in cap. quod in dubiis de renuncia.
nam per eaſdem cauſas per quas res naſci-
tur, & diſſoluitur, regula per quaſcumque
de reg. iuris in 6. Puteo deciſ. 105. lib. 3.
Gomes deciſ. 20. lib. 1. Pariſ. lib. 6. q. 25.
nu. 2. dixi, & *inthimatam* coniunctiuè,
alias non obſtaret reuocatio facta ſine no-
tificatione, Rebuff. in concordat. rub. de
ſublat. clement. literis, tit. de reuocatio-
ne procurat. num. 3.

Hinc tenent facta per Legatum, etiam 118
B reuocatum à Papa, ante notificationem
factam ei, Doctores in cap. audita de reſti-
tutione ſpoliatorum.

Et facta per Vicarium reuocatum, igno-
rantem reuocationem tenent, & collatio
ab eo facta valet, Innocent. in cap. ex con-
queſtiune, illo tit. Philip. Petruſius in cap.
ſuper eo, 2. notab. vlti. de appellationib.
Roma. ſingul. 57. fuit, qu. Roma, & eſt
communis opinio, eaque veriſſima.

Et hæc reuocatio non præſumitur niſi 119
probetur, Maſcard. de probationib. con-
cluſ. 1280. nec notitia illius, Rota deciſ.
21. de conceſſ. præb. Felinus in cap. cæte-
rum, col. 8. verſ. valet pro caſus de reſcri.
C Rebuff. in ſua praxi, ſuper reg. de infirm.
nu. 33. cum illa omnia ſint facti, quæ non
præſumuntur niſi probentur, cap. cum
Ioannes, §. verum de fide inſtrument.
Abbas in cap. in præſentia de probationi-
bus, & eſt communis opinio Doctor. in
cap. ſi tibi de præb. in 6.

3. Debere factam fuiſſe de conſenſu 120
patroni, ſi beneficium ſit iuris patronatus,
Innocent. in cap. vlt. de renunciat. & ibi
Doct. Abbas in cap. ſignificat. col. 2. de
præb. & in cap. de multa, col. 4. ibidem,
Lambert. in tract. de iure patronat. art. 5.
qu. 3. n. 5 Mendoſa conſil. 7. nu. 1. alias
reſignatio eſſet nulla, vel ſaltem veniret
D annullanda, ita à Rota deciſum fuiſſe ſæ-
pius, ait Puteo deciſ. 412. nu. 2. lib. 1. niſi 121
interueniret explicitus conſenſus patro-
ni, Hoſtienſ. in ſumma, illo tit. de iure pa-
tronat. §. vlt. verſ. quod ſi Eccleſia, Feli-
nus in cap. cum Bertholdus, num. 9. de re
iudicat. Iuan. Andræas in cap. per veſtras,
illo tit. de iure patron. vel implicitus, qua-
lis eſſet ille, ſi intra ſuum tempus non re-
clamaret patronus, Felinus in dict. cap.
cum Berthold. num. 14. & Card. in clem.
vna de ſuppl. neglig. prælat. vel niſi Papa
derrogaſſet expreſse & formaliter iuri pa-
tronat. in fauorem reſignatarij, Archid.

in can. hortamur, diſt. 71. Doctores in
cap. 2. de præbendis in 6. & Innocenr. in
cap. cum dilectus de iure patronatus, Antonius de Butrio in cap. quoniam, ibidem, alias eſſet nulla, vt eſt communis opinio, non enim debent retrahi patroni à fundationibus, gloſa in dict. cap. dilectus de iure parronatus.

122 Collige 3. debere fuiſſe admiſſam procurationem ad reſignandum intra annum, vt fuiſſe iudicatum à Senatu Tholozano, aſſerit Rebuffus in concordat. rubrica de collationibus, §. ita tamen, verbo reſignationem.

123 Collige 4. ad validitatem reſignationis hypotheticæ, quæ fit in Curia, requiri conſenſum reſignãtis, & reſignatarij, Doctor. in cap. tibi qui de præbend. in 6. dixi ſuprà, *reſignatarij*, vt videatur ſi acceptet reſeruationes, quibus non acceptatis, ius, vt dixi, remanet penes reſignantem, Rota deciſ. 63. ſi quis permutauerit de rerum permut. in nouis, Rebuffus in ſua praxi, tit. illo de permutat. nu. 2. vbi dixit, non eſſe opus noua collatione reſignanti, & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis, aſſerit Loüetus, verb. beneficium, arreſto 2. & Papon in arreſtis, tit. de reſignationib. *Reſignantis*, 1. quia ante præſtationem talis conſenſus poteſt pœnitere, vt deciſum fuit à Rota, teſte Paleot. deciſ. 25. incipient. Gomeſius, nam res dicitur integra ante conſenſum, Gomes in illa regula de infirmis, q. 31. 2. quia numquam expedirentur literæ ſine tali conſenſu, vt eſt in regula de præſtand. conſenſu, quæ eſt Sixti V. incipiente, *item voluit*, Caſſad. deciſ. 1. & 2. de renunciatione, & ita ſeruatur de ſtylo, Burſar. conſilio 3. & in talibus reſignationibus conſenſus habetur pro forma, Doctor. in cap. cum vniuerſorum de rerum permutatione.

124 Et hi duo conſenſus reſignantis, & reſignatarij poſſunt fieri vnô, & eodem tractu, vt benè Boerius deciſ. 201. licet conſenſus reſignatarij poſſit eſſe tantum virtualis, non formalis, idem Boerius deciſ. 348. num. 4. & ſequenti, Caſſad. deciſ. 1. de renunciat. vt fit regulariter quando reſignationes fiunt in fauorem abſentiũ, vt notatur in dict. cap. ſi tibi, ad quod addi poteſt dictam regulam Sixti V. de præſtando conſenſu requirere tantum formalem conſenſum reſignantis, vel per ſe, vel per procuratorem, ibi. *niſi reſignans, vel cedens, &c.* non vero reſignatarij, cuius
125 ſufficit virtualis, qualis eſt acceptatio, & publicatio, per quam ſatis oſtendit velle
A vti ſua reſignatione, Abbas in conſilio 99. lib. 1. Gomes in reg. de publicand. qu. 3.

Per quam publicationem lucratur fru- 126
ctus reſignati beneficij, Roffiniacus de beneficiis, cap. 14. num. 26. Gomes in reg. de triennali, quæſt. 27. Rebuff. in praxi, tit. de reſignationibus ſymoniacis, num. 41. & in tractat. nominat. qu. 14. n. 157. Pariſ. lib. 10. qu. 8. num. vltimo, & ad onera beneficij realia ſeſe obligat, penſiones, cenſus, decimas, & alia id genus, Gigas de penſionibus, qu. 51. Guido Pap. qu. 577. & ad reſidentiam, Præpoſitus in can. ſi quis, nu. 2. diſt. 22. tunc enim eſt
B verus dominus beneficij, Decius in cap. cum omnes, num. 6. lect. 1. de conſtitut.
& reſignans non poteſt in conſcientia ſeſe 127
amplius intermittere in beneficio, gloſa in cap. quamuis tibi, verb. cedentium de præbend. in 6. cum perdiderit ius & poſſeſſionem, Doct. in cap. quod in dubiis de renunciat. Abbas in cap. veniens, nu. 6. & 7. illo tit. Antonius de Butrio in cap. ſollicitæ de reſtitut. ſpoliat. Rota deciſ. 4. & deciſ. 5. nu. 2. illo titul. de renunciat.
Capella Tholozana deciſ. 286. ideo dici- 128
tur mortuus quoad beneficium, Doctores iuncta gloſa in cap. ſuſceptum, verb. non
C morte de reſcript. in in 6. Abbas in cap. niſi eſſent, gloſa vltima de præb. gloſ. in dict. cap. quamuis tibi, verb. cedentium, illo titul. in 6. Roffiniacus de beneficiis, cap. 22. num. 5. eſtque vnanimis Doct. ſententia, in dict. cap. quod in dubiis.

Hinc poteſt reſignatarius cogere ſuum reſignantem in iudicio, vt reddat omnes quoſcumque actus, quos habet penes ſe concernentes beneficium, quemadmodum priuilegia, locationes, tranſactiones, & ſimilia, Abbas communiter receptus in cap. cum pridem, nu. 5. de pactis.

Quæres an teneatur reſignatarius ſtare 129
conductioni factæ per ſuum reſignantem.
D Reſpond. affirmatiuè (quidquid alij ſentiant,) probat. ſucceſſor in beneficio cenſetur vna, & eadem perſona cum prædeceſſore, in cuius locum ſucceſſit, Innoc. in cap. quod ſicut de elect. notatur in cap. cum ſecundum de præbend. vbi prælatus ſucceſſor obligatur pro prædeceſſore in caſu inſerto in dict. cap. Speculat. in rub. de ſentent. §. nunc de effectu, col. 2. ſed prædeceſſor tenebatur ex contractu, cap. vlti. ne prælati vices ſuas, ergo, 2. ſucceſſor in beneficio, eſt ſucceſſor prædeceſſoris, idem Innocent. in cap. cum te de reſcriptis, & in cap. 2. de ordine cognit. & notatur in cap. aduerſus de immunit. Ec-

eleſiarum, ſed ſucceſſor prædeceſſoris te-
netur ex contractu illius, cap. 1. de pro-
bat. cap. Abbate de ſentent. excommun.
in 6. ergo, 3. æquitas id ſuadet, vt nempe
ille facta prædeceſſorum cuſtodiat, qui
ſua vult à ſucceſſoribus mandata ſeruari,
can. iuſtitiæ, 15. qu. 1. Rebuff. in concor-
dat. rub. de collationib. vbi dicit hanc
eſſe communem & veram opinionem, &
ideo tenendam in iudicio facit, cap. licet
de voto, Boerius deciſ. 204.

130 Hinc tenetur ſucceſſor ſoluere debita
ſui reſignantis, contracta intuitu Eccleſiæ,
cap. 1. de ſolutionibus, cap. quod de qui-
buſdam de fideiuſſorib. Puteo deciſ. 43.
lib. 2. num. 3. notatur in cap. dilecti de
foro competenti, Guido Pap. deciſ. Gra-
tianopolit. qu. 547. & eſt communis o-
pinio Doct. in dict. cap. 1. iuncta gloſa.

131 Idem dic de debitis contractis pro ne-
ceſſitate reſignãtis, quia, v.g. incarceratus
fuit, captus ab hoſtibus, & pro ſe liberando
debita contraxit, quæ tenetur ſucceſſor
ſoluere, Abbas in cap. præſenti, num. 5. de
pignorib. & in cap. per ſuas de donatio-
nibus. talia enim debita dicuntur contra-
cta intuitu Eccleſiæ, vt benè Mendoſa in
cap. 1. nu. 11. de probationib. ad quæ ſuc-
ceſſor obligatur, dict. cap. 1. de ſolutioni-
bus.

132 Amplia etiam quoad debita realia, ſi hæ-
redes ſoluendo non ſint, (illis enim prius
diſcuſſis) tenetur ſucceſſor. Dominicus de
Sanct. Geminia. conſilio 3. Boerius qu.
204. qui aſſerit ita fuiſſe iudicatum à Se-
natu Burdegalenſi, die 3. Iunij, anni 1531.
pro quodam mercatore Cathurcenſi, con-
tra Epiſcopum illius vrbis.

Obiicies ex dict. cap. 1. de ſolutionib.
tenetur tantum ſucceſſor ad debita con-
tracta intuitu Eccleſiæ, vt ibi Doct. com-
muniter, ergo, quoad alia non tenetur,
Argu. cap. nonne de præſumptionibus,
cum ceſſante cauſa, nempe Eccleſiæ vti-
litate, vel neceſſitate, ceſſare debeat & ef-
fectus, nempe obligatio ſoluẽdi, cap. cum
ceſſante de appellationib. Reſp. negando
in illo, cap. vocem illam *tantum* legi, &
hoc cap. tantum abeſt, vt contra nos ſit,
quinimo pro nobis pugnat, cum ibi domi-
nus Alexander III. obliget ſucceſſorem
ad ſoluenda debita ſui prædeceſſoris, ſicut
filius tenetur ſoluere debita patris ſui, ſed
tenetur filius ſoluere debita realia patris,
alias ſucceſſione paterna ſe redderet indi-
gnum, dict. cap. licet de voto, & cap. iu-
dicante de teſtamentis, ergo, & ſucceſſor
(diſcuſſis, tamen prius hæredib.) qui ad id

A primario tenentur, cap. ex præſentium de
pignorib. & hoc de æquitate ſeruandum
credo, alias enim poſſent fame confici cle-
rici ſine auxilio, cum non poſſint ob debi-
ta excommunicari, nec incarcerari, cap.
Odoardus de ſolutionibus, ideo ſucceſſor
in beneficio per viam reſignationis ad id
pietatis opus obſtrictus manet.

Idem dic de debitis contractis ratione 133
ſtudij, quæ cenſentur facta in vtilitatem
Eccleſiæ Dom. in cap. cum ex eo de elect.
in 6. Felinus in cap. cum M. col. 11. de
conſtitutionib. quare debet approbari à
ſucceſſore locatio facta ab ſcholari cauſa
ſtudij, Panormitan. in cap. finali, ne præ-
B lat. vices ſuas, Rebuff. in tract. priuilegio-
rum ſcholarium, priuileg. 145. in fine.

Quæres 2. an ſucceſſor teneatur ſerua- 134
re tranſactiones prædeceſſoris. Reſp. non
teneri, ſi per eas Eccleſia grauata fuerit,
toto tit. de rebus Eccleſiæ alienand. vel
non, fallit ſi authoritas Papæ interuene-
rit, cap. veniens de tranſactionibus, Do-
ctores in cap. penultimo de confirmatio-
ne vtili, vel ſi facta fuerit tranſactio ad vti-
litatem Eccleſiæ, vt eſt communis opinio.
Rebuff. conſilio 104. n. 21. verſ. 5.

Collige penultimo, reſignatarium de- 135
bere eſſe clericum, cap. cum ad eo, & ibi
C Decius, num. 3 de reſcriptis, & expreſſiſ-
ſe ſua beneficia in ſupplicatione Papæ
porrigenda, Abbas in cap. ad aures, nu. 2.
ibidem, Ioannes de Selua in ſuo tract. be-
neficiali, part. 3. qu. 2. nu. 1. alioquin nul-
la eſſet reſignatio, & inde ſecuta prouiſio,
cap. ſi motu de præb. in 6. Decius in cap.
ſuper literis, illo tit. de reſcriptis.

Collige vltimo, non poſſe reſignata- 136
rium ſe ingerere in beneficio ante captam
poſſeſſionem, Abbas in cap. ex tranſmiſſa,
col. 3. de elect. Aufrerius deciſ. Capella
Tholoz. 444. Roffiniacus de beneficiis,
cap. 23. num. 8. Ioannes de Selua in illo
D tractat. de benef. part. 2. qu. 15. Rebuff.
in praxi, tit. de publicand. reſignationib.
gloſa 18. num. 7. ante quam poteſt reſi-
gnans fructus percipere, vt ſeruatur de
praxi, idem Rebuff. in ſua praxi de ſymo-
nia in reſignationib. nu. 27. & in tractatu
nominat. quæſt. 14. num. 157. inſeruire,
& conferre, can. vlt. 8. q. 4. cap. ad pro-
bandum de ſententia, poteſt enim crede-
re quod ſuperior noluit admittere reſi-
gnationem, vel quod reſignatarius noluit
illam acceptare, idem Rebuffus in conſil.
22. nu. 19. Probus in additione ad Ioan-
nem Monach. in cap. 2. num. 3. de re-
nunciat. in 6. nam collatio eſt in fructu,

gloſa in cap. cum olim de maioritate, gloſa vltima in fine, rub. de collationib. §. volumus in concord.

137 Hinc debent fructus diuidi inter reſignantem, & reſignatarium, Couarruuias lib. 1. variarum reſolution. cap. 15. n. 12. & à die poſſeſſionis, tempus reſignatarij computatur, cap. cum ſecundum de præbendis, nec debentur fructus Eccleſiæ, ſed hæredibus reſignantis, vel reſignatarij, contra gloſam in cap. ſi propter de reſcript. in 6. maximè in regno, vbi noſtra opinio ſeruatur de praxi.

138 Quæres an teneatur reſignatarius docere de titulo ſui prædeceſſoris. Reſpondeo negatiuè, iuxta communem & veram opinionem Canoniſtarum ſeruatam de praxi in regno, in cap. illud de præſumptionib. Hoſtienſ. in cap. innotuit de eo qui furtiuè ordinem ſuſcipit, Caſſadorus
A deciſ. 2. num. 4. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis, & ita ſæpius fuit iudicatum à Rota, teſte Pariſio, lib. 10. quæſt. 4. nu.
1. cum ſufficiat docere de poſſeſſione be- 139
neficij facta ab reſignante tempore obitus, argum. cap. conſultationibus de iure patronatus, Panormit. & alij, in dict. cap. illud de præſumptionib. & Felinus in cap. cum venerabilis de exceptionibus, cætera dicentur in regula de publicand. reſigna-
tionibus, ſed notabis vnum, nempe be- 140
neficia vacantia per reſignationem, non deberi expectantibus, Doctores in cap. 1. de rerum permutat. in 6. idem in cap. dudum de præbendis, illo lib. Rebuff. conſ. 40. num. 11. verſ. quarta, quæſtio. diximus ſuprà, vbi de mandatis Apoſtolicis, & dicemus infrà, vbi de nominationibus vniuerſitatum regiarum: multo plura dicentur in regula de infirmis reſignantib.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SEXTÆ.

1. Permutatio eſt modus Canonicus habendi beneficia.
2. Permutatio quid ſit.
3. Permutatio fit regulariter inter duos clericos.
4. Soli clerici ſunt capaces beneficiorum.
5. Permutatio eſt contractus bonæ fidei.
6. Permutatio fieri non debet, niſi inter veros poſſeſſores beneficiorum.
7. Reſignatarius non poteſt permutare beneficium ſibi reſignatum, nondum tamen collatum.
8. Permutatio de re ſpirituali, cum temporali, non valet.
9. Permutatio beneficij cum penſione, non valet.
10. Penſio non eſt beneficium, nec ideo venit appellatione beneficij.
11. Permutatio fieri debet de beneficio, cum beneficio.
12. Ius ad rem non poteſt permutari, ſed ius in re.
13. Permutantes ſua beneficia ſine conſenſu ſuperioris, perdunt illa ipſo facto.
14. Permutatio continet ſub ſe renunciationem.
15. Beneficia compermutata, debentur ſolis compermutantibus.
16. Superior quiſnam dicatur ad effectum admittendi permutationes.
17. Summus Pontifex eſt ſuperior ordinariorum.
18. Summus Pontifex eſt ſuperior immediatus exemptorum.
19. Exempti, qui dicantur.
20. Exemptiones ſunt odioſæ.
21. Permutatio, vt bona ſit, debet eſſe ſpontanea.
22. Permutatio fraudulenta eſt ipſo iure nulla.
23 Vbi eſt fraus, ibi non eſt conſenſus.
24. Mutuo debet fieri permutatio.
25. Permutatio eſt reciproca reſignatio.
26. Beneficia vacantia per permutationem, non debentur graduatis in regno.
27. Fallit ſi permutatio eſſet fraudulenta.
28. Fraudis probatio educitur ex hic inſertis.
29. In omnibus permutationibus beneficiorum iuris patronatus, interuenire debet collatio ſuperioris, & conſenſus patronorum.
30. Requiſitio ſola conſenſus patroni Eccleſiaſtici ſufficit, licet non interueniat.
31. Permutationes beneficiorum maiorum regni, factæ ſine conſenſu Regis Chriſtianiſſimi, ſunt ipſo iure nulla.
32. Rex Chriſtianiſſimus, eſt patronus omnium Eccleſiarum Cathedralium ſui regni.
33. (Permutationibus non mandatis executioni) redeunt compermutantes ad ſua beneficia, etiam ſine nouo titulo.
34. Omnis permutatio debet publicari.
35. Regula de publicandis reſignat. facta fuit ad obuiandum fraudibus.
36. Regula de 20. habet locum in permutationibus.
37. Permutatio, eſt reſignatio conditionalis.
38. Officialis poteſt dare conſenſum permutationibus.

39. Poteſt Officialis ea facere, quæ ſunt de iuriſdictione neceſſaria.

40. Officialis non poteſt ea facere, quæ ſunt de iuriſdictione gratioſa.

QVÆSTIO SEXTA.

De permutatione beneficij.

1 PErmutatio eſt vnus ex modis Canonicis obtinendi beneficia; vt notant Doctores, in rubrica de rerum permutatione, & qui eſt in vſu, de illo modo hic ago.

2 ASSERTIO 1. Permutatio *eſt ſpontanea per duos clericos ſuorum beneficiorum, ſine fraude, de conſenſu ſuperioris, mutuo facta commutatio.* hæc definitio deſumitur ex rubric. de rerum permutatione, tum in decretalibus, 6. cum clement. aliter definitur ab Hoſtienſi in ſua ſumma, hoc titol. rei certæ cum conſenſu ſuperioris, cum altera vicaria facta præſtatio, ſed hæc non mihi arridet.

3 *Per duos*, quia regulariter permutatio fieri debet à duobus, vt permutatio eſſe queat, cap. cum olim, & cap. cum vniuerſorum de permutationibus.

4 *Clericos*, quia hic agimus de ſola permutatione beneficiorum, quorum ſoli clerici ſunt capaces, cap. cauſam de præſcriptionibus, cap. 2. de inſtitutionibus, Abbas in cap. cum adeo, oum. 3. de reſcriptis, non vero laici, Hoſtienſ. in ſumma, tit. de inſtitutionib. idem Abbas in cap. maiores de præbend. Rebuff. in tractatu de pacificis poſſeſſoribus.

5 *Suorum*, non vero aliorum, textus in cap. 1. de rerum permutat. in 6. quæ non poſſunt dari, cap. quod autem de iure patronat. permutatio quippe eſt contractus bonæ fidei, quæ ideo non cum alio quam
6 cum domino, vel eo qui habetur loco domini celebrari nequit, cap. cum venerabilis de exceptionib. vbi Felinus. qualis eſt poſſeſſor, Lapus allegatio. 89. in Dei nomine, col. 7. verſ. quidquid ſit, gloſa pragmat. titul. de pacific. poſſeſſ. verbo inquirant.

7 Hinc non poteſt fieri permutatio beneficij ſibi reſignati à reſignatario, cui nondum collatum fuit à ſuperiore, Philippus Perufius de permutat. benef. num. 3. ſed bene ſi collatum fuerit, cum per talem permutationem ſatis videatur reſignatarius acceptaſſe, ita Duclos in Pariſ. lib. 2.
A quæſt. 22. num. vltimo.

Obiicies ex ſupradictis, vbi de reſignationibus, ante acceptationem reſignatarius, nullum ius habet in beneficio ſibi reſignato, Rebuff. in conſ. 48. num. 8. Doctores in cap. ſi tibi de præbend. in 6. ſed qui nullum ius habet in beneficio, non poteſt illud permutare, ergo. Reſp. ibi eſſe acceptationem virtualem reſignatarij, quæ ſufficit, vt plenum ius conſequatur in beneficio, vt volunt iidem Doctor. in cap. tibi qui, nam permutando ſatis acceprat.

Beneficiorum iuxta Bonifacinam conſti- 8
B tutionem relatam in dict. cap. 1. ibi. *ſua beneficia*, hoc titul. in ſuo 6. lib. idem in clement. vna, illo tit. nam non valet permutatio rei ſpiritualis cum temporali, Doctor. in cap. ad quæſtiones, per illum textum, illo titulo, in decretalibus Gregorij.

Hinc non valet permutatio beneficij 9
cum penſione, Cardinal. in clement. voa de ſupplend. negligent. prælatorum, penſio enim non eſt beneficium, Geminianus in cap. quamuis, 1. de præb. in 6. Abbas in cap. ad audientiam, 2. de reſcripris, Staphilæus de gratiis expectatiuis, verb. for- 10
C ma, 9 lib. 12. Doctor. in cap. 2. de tranſactionib. nec venit appellatione beneficij, vt eſt communis opinio, teſte de Selua in ſuo tractatu beneficiali, part. 1. qu. 3. n. 11. Bauny in ſua praxi iuris Canonici, libro 3. de permutationibus, cum ſit quid temporale, vt docuimus ſuprà, & vult gloſa communiter approbata in extrauag. 1. tit. de officio delegati in communibus, ſed fieri
debet permutatio de beneficio, cum alte- 11
ro beneficio, Rebuff. in concord. rub. de collationib. §. volumus, verſ. ex cauſa permutationis.

Nec poteſt permutari ius ad rem, ſed 12
ius in re, Federicus de Senis in tract. per-
D mutat. quæſt 13. Hoſtienſ. in ſumma, illo tit. §. quid poteſt permutari. Rebuff. loco citato, & in praxi, tit. de reſcript. permutat. num. 35.

De conſenſu ſuperioris, alias beneficia ſua 13
perderent, qui ea authoritate propria permutarent, cap. cum olim, hoc tit. Oldrad. conſilio 267. quod domino, Ioannes Andræas in cap. qua [illegible]tum, hoc titul. Rebuff. in tract. de [illegible]acif. poſſeſſ. num. 59. permutatio enim continet ſub ſe renunciationem, Rota deciſ. 16. de rerum per-
mut. in antiq. dict. cap. vno, ibi. *in mani-* 14
bus tuis ipſa reſignant, hoc tit. in 6. ſed debet fieri reſignatio de conſenſu ſuperioris,

vt probatum fuit ſuprà, cap. admonet de
renunciat. ergo, & permutatio, quæ con-
tinet ſub ſe duos actus indiuiſibiles reſi-
gnationem, & permutationem, Boetius
15 deciſ. 2. num. 16. cum enim debeant be-
neficia ſolis compermutantibus conferri,
per clement. vnam, hoc tit. debet prius
fieri reſignatio, per quem modum vaca-
tionis fit collatio, Rota deciſ. 7. de rerum
permutat. in antiq. gloſa in cap. ſi pro-
pter, verb. vacabunt de reſcript. in 6. Ab-
bas in cap. inter cætera de præbendis in
initio.

16 Et hic ſuperior eſt Epiſcopus, intra cu-
ius limites ſunt beneficia, cap. conque-
rente de officiu ordinarij, cap. 1. de reli-
17 gioſis domibus, 2 Papa, qui eſt ſuperior
omnium ordinariorum; clement. vt lite
pendente, Hoſtienſ. in cap. dilecti filij, n.
5. de foro competenti; & potiſſimum
exemptorum, cap. authoritate de priuil.
in 6. clement. vna de ſupplend. neglig.
18 prælat. ideo debent illi permutare ſua be-
neficia coram Papa tantum, quemadmo-
dum & reſignare diximus in præcedenti
quæſtione, Mendoſa in praxi ſignat. gra-
tiæ, tit. reſignationes col. penult. verbo
19 exempti, qui exempti de iuriſdictione or-
dinariorum fuere edecti puta gratia
Papali, gloſa in cap. cum olim de priuile-
giis, notatur in cap. cum dilectus de reli-
gioſis domibus, Oldrad. conſ. 172. non
vero qui recepti fuerunt tantum ſub po-
teſtate Papæ, cap. ex part. illo tit. de reli-
20 gioſis domibus, & hæ exemptiones, quia
ſunt odioſæ, vtpote quæ ſint contra ius
commune, dict. cap. conquerente, de-
bent reſtringi, & ſtrictè ſumi, Zabatella
in clement. dudum. §. ab olim ſiquidem
de ſepulturis, Hoſtienſis in ſumma, tit. de
priuilegiis, Innocent in cap. ex ore, illo
titul. diximus in multis locis.

21 *Spontanea*, alias nulla, cap. cum nobis
de electione, Ancharus in cap. cum libe-
rum ſit, col. 2. de ſepulturis, debet enim
eſſe plena libertas in omnibus actibus Ec-
cleſiaſticis, cap. cum terra, illo tit. de ele-
ctione, Hoſtienſ. in ſumma, tit. de renun-
ciat. §. qualiter, Rota deciſ. 5. num. 2.
illo tit. in nouis, gloſa in clement. vt hi
qui de ætate & qualitate, & toto titulo de
his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt.

22 *Sine fraude*, ita dicit dict. cap. 1. hoc tit.
in 6. nam quemadmodum reſignatio per
fraudem extorta eſt nulla, gloſa in can.
ſuggeſtum, 7. quæſt. 1. verb. decipi, Re-
buffus in praxi, tit. de reſignationib. dolo
factis, nu. 1. ita & permutatio, Bellamin.

A de permutatio beneficiali, parte 7. quæſt.
3. num. 6. Doctores in cap. 2. de renun-
ciat. in 6. idem Rebuffus conſilio 22. ne-
mo enim debet ex fraude ſua, doloque
commodum reportare, cap. ſedes de re-
ſcriptis, cap. ex inſinuatione de appella-
tionib. ad quod adde permutationem eſſe
contractum bonæ fidei, qui non admittit
dolum, vel fraudem, gloſa, & ibi Panor-
mitan. per illum textum, in dict. cap. cum
venerabilis de exceptionibus, & vbi eſt 23
fraus, ibi non eſt conſenſus quem exclu-
dit, cap. accepta de reſtitut. ſpoliatorum,
Ancharus in dict. cap. cum vniuerſorum,
num. 5. Abbas in cap. cum dilectus de
B his, quæ vi, &c.

Mutuo facta commutatio, Mutuo enim 24
debet fieri permutatio, vt dixi, cap. cum
olim, hoc tit. textus eſt ſingularis, in dict.
cap. cum vniuerſorum, ibi. *quod cum ipſe,
& Ioannes clericus*, ibidem, quæ permuta- 25
tio eſt reciproca reſignatio, Gomes in re-
gula de publicandis, q. 3. ex his collige.

Primo in permutationibus, reciprocas
fieri reſignationes à compermutantibus,
dict. cap. vniuerſorum, & dict. cap. 1. huc
tit. in 6. quibus ſolis debentur talia bene-
ficia compermutata, clement. vna, illo tit.
Chatondas in memorabilibus, verb. be- 26
C neficium, non autem graduatis expectan-
tibus, concord. in rub. de collationibus,
§. volumus.

Fallit ſi fieret permutatio in fraudem 27
expectantium, Rota deciſ. 16. num. 8. de
rerum permut. in antiq. num. 16. gloſa in
clement. vna de conceſſ. præb. Rebuffus
in dict. concord. illa rub. de collationib.
§. volumus, verb. ex cauſa permutationis,
quo caſu eſſet nulla, nec impediret expe-
ctantes, Cardinalis in dicta clement. vna,
num. 3. Rota deciſ. 16. num. 6. de rerum
permut. in nouis, & hæc fraus ex multis 28
probatur, 1. quando permutatio fit à ſene,
gloſa recepta in dict. cap. 2. de renunciat.
in 6. 2. quando fit ab infirmo, Ancharus
D conſ. 385. licet pridie in fine, 3. quando
fit de pingui beneficio cum tenui. nam
tunc ratione inæqualitatis, præſumitur
fraudulenta, Imol. in cap. non liceat, nu.
7. de clericis non reſidentib. Abbas in
cap. quia veriſſimile de præſumptionibus,
propter rationem inſertam in cap. ſuper
hoc de renunciat. Rebuff. dict. loco, verb.
vacante, & quia præſumitur quod accepit
aliquam pecuniæ ſummam, qui pingue
dedit, & ideo, vt ſymoniaca, eſt nulla, toto
tit. de ſymonia, 4. quando fit permutatio
cum conſanguineo, de Selua in ſuo tract.

beneficiali

beneficiali, parte 1. quæſt. 18. nu. 2. tunc enim credendum eſt ſanguinem dictaſſe faciendam, Maſcardus de probationibus, conſilio 178. num. 6. 5. quando talis nominatio fit intra domeſticos parietes. nam quemadmodum electio clandeſtina eſt nulla, cap. quia propter. §. electiones de electione, Peruſius in cap. ſi tibi de præb. in 6. Rebuff. in concord. rub. de regis ad prælaturas nominatione, verb. ad electionem, ita & permutatio, idem Rebuff. conſilio 22. num. 2. & ex his coniecturis vna non ſufficit contra compermutantes, ſed debent eſſe plures, Rota deciſ. 129. nota quod non vitiatur illo libro.

29 Nota 2. interuenire debere collationem ſuperioris, cap. ad decorem de inſtitutionibus, cap. inter de præbend. 3. conſenſum patroni ſi quis ſit, gloſa in dict. clement. vna de conceſſ. præb. Panormit. in cap. nullus de rerum permutat. Leſſius cap. 34. dub. 36. num. 198. quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, reg. quod omnes de reg. iuris in 6. qui conſenſus debet adeſſe, gloſa pragmat. in proœmio. §. cæterum, ſub pœna nullitatis obtinendæ ad inſtantiam patroni ſpreti, Doctores in dict. cap. 1. de rerum permutat. in 6. Felinus in cap. cum Bertholdus n. 15. de re iudic. Rochus Curtius in tractat. de iure patronat. num. 193. & in illo tract. verb. honorificum, num. 8. & ita fuit ſæpius à Rota iudicatum, teſte Pariſio
30 lib. 2. qu. 4. nu. 18. in regno tamen ſufficit requiſitio conſenſus patroni Eccleſiaſtici licet præſtitus non fuerit, vt fuiſſe iudicatum Pariſiis, aſſerit idem Rebuff. in praxi, tit. de permut. num. 22.

31 Item permutatio facta de beneficiis maioribus regni ſine conſenſu domini regis eſſet nulla, idem Rebuff. conſilio 38. nu.
32 6. & conſilio 93. num. 14. nam dominus Rex eſt patronus omnium Eccleſiarum Cathedralium ſui regni, Archidiacon. in can. lectis, 63. diſtinct. Benedict. in repetitione, cap. Raynutius, verb. & vxorem, nomine Adelaſiam de teſtament. num. 377. & 379. gloſa pragmat. verb. regaliæ, tit. de annatis, gloſa in can. imperium, 10. diſtinct. dixi ſuprà, vbi de nominatione regia.

33 Collige 3. non requiri nouam collationem de iure in permutantibus, quorum permutationes non habuerunt effectum adhoc vt redeant ad ſua beneficia, Archidiaconus in cap. ſi beneficio de præb. in 6. Rota deciſ. 7. de reſtitut. ſpoliat. A in antiqu. & deciſ. vltim. de rerum permutat. illo lib. Ioann. de Ananio in cap. 1. illo tit. Ioann. Andræas in cap. vno illo, eodem tit. in 6. Federicus de Senis in tractatu permutationum beneficialium, qu. 3. & ita ſeruatur in regno, vt fuiſſe iudicatum pluries, aſſerit Charondas, lib. 1. reſponſionum, arreſto 12. & Rebuffus in tractatu de pacif. poſſeſſoribus, num. 145. vbi dicit ita decretum fuiſſe à Senatu Pariſienſi, per duo arreſta, alterum de die 2. Maij, anni 1525. & alterum de die vigiliæ Aſſumptionis Beatæ Mariæ, anni 1539. & hanc eſſe magis communem, aſſerit Pariſius lib. 1. reſignat. quæſt. 14. num. 12. B in fine.

Quæres an publicari debeat permutatio. Reſp. affirmatiuè licet, Gomes in hac regula de publicand. (adductis hinc inde rationibus) nihil concludat in quæſt. 3. ita ſentit Rebuff. in praxi ſuper dictam regulam, gloſa 3. verſicul. intellige, & de hoc hodie nullum eſt dubium, propter conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. ibi. *& quæcumque reſignationes, etiam ex cauſa permutationis*, & probatur hac ratione, reſignatio debet publicari, ita vt nullum ius quæratur reſignatario nulla facta publicatione eſt in reg. de publicand. ſed C permutatio importat reſignationem, & eſt reipſa reſignatio, dict. cap. 1. de rerum permut. in 6. ergo. 2. regula de publicandis facta fuit ad obuiandum fraudibus quæ interueniebant, vt plurimum in clandeſtinis reſignationibus, Gomes in hac reg. dict. quæſt. 3. & eſt communis opinio Doctorum. ſed eædem rationes frau- 34
dis militant in iſtis permutationibus, Ioannes de Ananio, in cap. audiuimus, col. 2. verſ. & prædicta faciunt de colluſione detegenda, ergo, &c. eſt communis opinio, vt oſtendam infrà, vbi de illa regula. 35

D Idem dicendum de regula de 20. ceu de infirmis reſignantibus, quæ etiam habet locum in permutationibus, Gammat. in repetit. cap. vnici. col. 5. verſicul. ſed quid dicemus de rerum permutat. in 6. Hoſtienſ. in ſumma, illo tit. Rebuffus in praxi, ſuper illa regula, gloſa 4. in principio, & eſt communis opinio, teſte Pariſio lib. 12. qu. 5. num. 15. & dico in eadem 36
regula, diſputat. 5. quæſt. 3. nam permutatio eſt reſignatio conditionalis, Felinus in cap. cum venerabilis de exceptionibus, & dictum fuit paulo ſuperius. 37

Quæres an poſſit officialis admittere permutationes. Reſp. affirmatiuè, gloſa 38

in clement. auditor de reſcriptis, notatur
in cap. ex frequentibus de inſtitutionib.
etiam ſine ſpeciali mandato, Archidiac.
in cap. vltimo de officio Vicarij in 6. Pa-
normitan. in dict. cap. ex frequentibus,
39 num. 7. quia omnia quæ ſunt de neceſſi-
tate poteſt facere, Rota deciſ. 1. de renun-
ciat. in antiquis, Duarem in tractatu be-
neficiali, lib. 3. cap. 7. vt ſunt collationes
graduatorum, vt fuit iudicatum à Senatu
Pariſienſi, die 15. Iunij, anni 1541. teſte
Papone in arreſtis, lib. 2. de prouiſionib.
arreſt. 16. ſed collationes permutationum
A ſunt neceſſariæ, clement. vna, illo titulo
de rerum permutar. quia (vt dictum plu-
ties fuit) ſolis compermutantibus deben-
tur, gloſa penultima, in cap. 2. de præb.
in 6. licet non poſſit conferre beneficia 40
non neceſſaria ſine ſpeciali mandato, Ab-
bas in cap. conſtitutus, num. 6. de con-
ceſſ. præbend. Doctores in dict. cap. vl-
timo de officio Vicarij in 6. Rota deciſ.
4. illo titulo in antiq. Ioannes de Selua
in ſuo tractat. beneficiali, part. 2. quæſt.
14. num. 1. Rebuff. in praxi, titul. forma
vicariatus, num. 53.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SEPTIMÆ.

1. *Præſentatio, quid ſit.*
2. *Ius præſentandi habent laici ex mera gratia Summi Pontificis.*
3. *Ius conferendi habent etiam laici, aliquando ex conceſſione Pontificia.*
4. *Ratio conceſſionis talis iuris præſentandi hic inſcritur deducta ex iure canonico.*
5. *Multum honoris prouenit patronis, ex tali iure præſentandi.*
6. *Honor proteſſionis debetur patronis, ex iure patronatus.*
7. *Quare ius patronatus, dicatur onerofum.*
8. *Ad quid teneantur patroni ex iure patronatus, hic oſtenditur.*
9. *Nemo cogitur militare ſuis ſtipendiis.*
10. *Eccleſia non dotata, non debet conſecrari ab Epiſcopo.*
11. *Epiſcopus conſecrans Eccleſiam indotatam, tenetur dare de ſuo.*
12. *Quare ius patronatus dicatur vtile.*
13. *Ius patronatus acquiritur fundatione.*
14. *Ius patronatus acquiritur etiam conſtructione, & dotatione.*
15. *Fundans Eccleſiam, dicitur pater Eccleſiæ.*
16. *Fundans, tenetur dotare Eccleſiam.*
17. *Dos eſt de ſolemnitate matrimonij carnalis.*
18. *Ius patronatus acquiritur priuilegio.*
19. *Rex Chriſtianiſſ. eſt patronus beneficiorum maiorum ſui regni, ex priuilegio apoſtolico.*
20. *Ius patronatus acquiritur conſecratione.*
21. *Ius patronatus acquiritur præſcriptione.*
22. *Quaſi poſſeſſio præſentandi reddit validam præſentationem.*
23. *Quaſi poſſeſſio vnico actu acquiritur.*
24. *Vltimus actus conſideratur ad fundandam iſtam quaſi poſſeſſionem.*
25. *Vltimo teſtamento ſtari debet, in concurſu plurimorum.*
26. *Tempus requiſitum à iure ad præſcribendum, quoad ius patronatus, hic apponitur.*
27. *Ex poſſeſſione centum annorum, oritur præſumptio tituli in ſpiritualibus.*
28. *Sine conſenſu ſuperioris non acquiritur ius patronatus.*
29. *Dotans Eccleſiam acquirit ius patronatus, ex ſola dotatione, etiam ſi ius ſibi expreſſè non reſeruauerit.*
30. *Nominatus à patrono, debet præſentari ſuperiori.*
31. *Patronus non poteſt ſeipſum præſentare.*
32. *Caſus in quibus alter compatronorum poteſt præſentari.*
33. *Patronus poteſt præſentare ſuum filium.*
34. *Excommunicatus non poteſt præſentari.*
35. *Per præſentationem patroni, ius quæritur ad beneficium præſentato.*
36. *Beneficium iuris patronatus non poteſt permutari, nec reſignari, ſine conſenſu patroni.*
37. *Toties poteſt patronus præſentare, quoties vacat beneficium.*
38. *Duo ſunt patroni, quando vnus fundauit Eccleſiam, alter dotauit.*
39. *Præſentatus à patrono ſi ſit idoneus, debet inſtitui.*
40. *Ius inſtituendi præſentatos, pertinet de iure communi ad ſolos Epiſcopos.*
41. *De conſuetudine poteſt ius inſtituendi ad inferiores pertinere.*
42. *Inſtitutio duplex eſt.*
43. *Epiſcopus ille debet admittere præſentationes, intra cuius diœceſin ſunt beneficia iuris patronatus.*
44. *Patroni in vim ſolius iuris patronatus, non poſſunt conferre, ſed bene præſentare.*
45. *Vt bona ſit præſentatio, debet fieri intra tempus iuris, & ibi dicitur quod eſt præſentati probare ſe præſentatum intra dictum tempus.*
46. *Ius deuoluitur ad inſtituentem, finito tempore dato patronis à iure.*

47. Superior conferens iure deuoluto tenetur, eonferre iuxta naturam beneficij.
48. Pia voluntates ſunt ſeruandæ.
49. Caſus valde dubitabilis reſolutio hic apponitur, ideo legenda.
50. Tempus datum patronus, non currit legitimè impedito.
51. Ius patronatus perditur à patrono ſchiſmatico.
52. Schiſma, quid ſit.
53. Ius patronatus perditur per hæreſim.
54. Ius patronatus perditur per excommunicationem.
55. Ius patronatus perditur per renunciationem expreſſam.
56. Patronatus annullatur per renunciationem tacitam.
57. Caſus dubitabilis hic denodatur.
58. Deuolutio ſit cum eiſdem qualitatibus.
59. Nobilitas venit conſideranda in diſtributione beneficiorum.
60. Sufficit patrono, vt probet ſe nominaſſe in vltima vacatione, adhoc vt valeat ſua nominatio.
61. In regno patet patronis via appellandi tamquam ab abuſu ab executione literarum Papalium, & aliarum factarum de ſuis beneficiis ſine prævia nominatione.

QVÆSTIO SEPTIMA.

De præſentatione patroni, tum laici, cum Eccleſiaſtici.

IN hac quæſtione dicemus ea omnia, quæ de patronis dici poſſunt, nec eorum priuilegia omittemus, vt ex his ad benefaciendum Eccleſiæ, cæteri alacrius impellantur, ſit igitur.

1 ASSERTIO vnica, Præſentatio, eſt *ius honorificum, oneroſum, & vtile, competens alicui, pro eo quod fundauit, dotauit, vel conſtruxit Eccleſiam, de conſenſu ordinary.* aliter definitur à Panormit. in cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à prælatis, *perſona idonea per patronum Epiſcopo, vel alteri ad quem inſtitutio pertinet legitimè facta exhibitio, vt præſentato prouideat.* ita etiam Rebuffus in concord. rub. de collationibus, §. præfatique ordinario, verb. præſentationem,

2 Dicitur *ius*, quod nempe datum fuit patronis laicis, ex mera gratia Papæ, textus eſt ſingularis, in cap. 1. ibi. *huc vſque eos ſuſtinuit*, de iure patronat. cap. conſti-
A tutus, de religioſis domibus, gloſa in cap. quia clerici, illo tit. de iure patronat. notatur in can. ſi quis Epiſcoporum, 16. qu. 3. dict. cap. ea noſcitur, ibi, *ius præſentandi*, Archidiaconus in dict. cap. 1. eodem tit. de iure patronat. in 6. Abbas in cap. præterea, illo titul. adud Gregorium.
Quemadmodum & datur eis aliquando 3
facultas à Papa conferendi, idem Abbas in cap. quando de cenſibus, Doctores in cap. cum ex eo de electione in 6. ſicuti Rex noſter, qui de priuilegio Papali confert, Ruzæus in tractat. de iure regaliæ, folio 7. & ſequenti, Rebuffus in tractat.
B nominationum, quæſt. 13. num. 58. ſine quo priuilegio non poſſunt laici diſponere de rebus Eccleſiæ, cap. cauſam de præſcriptionibus, cap. 2. de inſtitutionibus, notatur in cap. decernimus, de iudiciis, cap. Maſſana de electione, cap. vltimo de rebus Eccleſiæ alienand. & hoc ius conceditur, vt cæteri homines impellãtur ad 4
benefaciendum Eccleſiis, idem Abbas, in cap. ad Apoſtolicam de ſymonia, Hoſtienſis in ſumma, illo tit. de iure patronatus, Rochus Curtius in illo tractatu, verſus initium.

Honorificum, non enim parum honoris 5
C euenit patronis ex tali iure, illis enim licet inſtituendos ad ſua beneficia præſentare, can. decernimus, 16. qu. 7. cap. ex inſinuatione, eodem titulo de iure patronatus, & dict. cap. ea noſcitur, alias collatio eſt nulla, Rochus Curtius in tract. ibid. verb. hoc honorificum, quæſt. 3. 2. pro talibus fundationibus.

Honor proceſſionis illis ſeruatur, can. 6
piæ mentis, & can. filigentius, 16. quæſt. 7. vbi gloſa, Abbas in cap. nobis, num. 5. de iure patronat. Hoſtienſ. in ſumma, illo tit. §. quid competat, num. 3. Archidiac. in dict. can. piæ mentis, n. 7. in fine, idem Curtius in dict. tractatu, n. 99.

D *Oneroſum*, rationi quippe congruit illos 7
non recuſare onera, qui rerum commoda complectuntur, ait textus in clement. 1. de cenſib. reg. rationi congruit de reg iuris in 6. & cum honoris augmento cura quoque ſollicitudinis debet accreſcere, can. rationis, 100. diſtinct. ideo debent patroni congruam de prouentibus clericis aſſignare portionem, quibus illi valeant viuere, clement. 1. de iure patronat. imo non tenetur Epiſcopus inſtituere præſentatos, qui non habent vnde poſſint viuere, & ſoluere iura Epiſcopalia, cap. de monachis, de præbendis. dignus eſt enim operarius mercede ſua, can. ſacerdos, 1.

qu. 2. & qui altari ſeruit, de altari viuere A
debet, cap. cum ſecundum de præbendis,
6 & nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare,
can. ex his autem, 12. qu. 1. cap. cum ex
officij de præſcriptionibus.

10 Hinc non debet conſecrari ab Epiſco-
po Eccleſia patronata, ſi dos ei aſſignata
non fuerit à patrono, nam non leuis eſt
temeritas ſi ſine lumine, vel ſine ſubſtan-
tiali ſubſtentatione eorum, qui ibidem
ſeruituri ſunt, tamquam domus priuata
conſecretur Eccleſia, ait textus in can.
placuit, 1. quæſt. 2. dict. can. piæ mentis,
can. nemo de conſecratione, diſtinct. 1.
11 alioquin teneretur Epiſcopus dotare de
proprio, argum. cap. Epiſcopus de præb. B
Eccleſia enim non debet eſſe ſine rediti-
bus, cap. Iacobus, de ſymonia.

12 *Vtile*, quia in caſu neceſſitatis, illis ab
Eccleſia modeſtè ſuccurritur, can. contra,
& can. ſequenti, vbi gloſa, 16. quæſt. 7.
Rochus Curtius in dict. tract. hoc verbo
vtile, notatur in cap. nobis de iure patro-
nat. Pariſius lib. de confidentia benefi-
ciali, quæſt. 28. num. 201.

13 *Fundauit*, ex quo vides ius patronatus
acquiri fundatione, can. filius, can. qui-
cumque, 16. quæſt. 7. can. Abbatem, 18.
quæſt. 1.

14 *Dotauit, vel conſtruxit*, & his duobus
modis, can. nemo de conſecratione, diſt. C
1. cap. nobis, vbi Doctores de iure patro-
nat. notatur in cap. ad audientiam, vbi
Abbas de Eccleſiis ædifican. gloſa in dict.
can. piæ mentis, idem Abbas in cap. que-
relam, col. 3. de electione, Innocent. in
dicta rubrica de iure patronat. verb. ac-
quiritur, Archidiac. in cap. vno, illo tit.
in 6. Ioannes de Selua in ſuo tractat. be-
nefic. part. 1. quæſt. 5. num. 229. & 230.
Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. cap 9.
15 de reformat. licet fundans Eccleſiam, di-
catur propriè eius pater, quia ducit eam
de non eſſe, ad eſſe, Doctores in eadem
rubrica de iure patron. Caietanus in cap.
finali, col. 16. de electione, qui tenetur D
ideo dotare illam, Doctores in cap. cum
ſit de conſecratione, quemadmodum te-
netur pater carnalis dotare filiam ſuam,
16 dos enim eſt de eſſentia matrimonij, can.
Lotharius, 31. qu. 2. indigniſſimum quip-
pe eſt, matrimonium eſſe ſine dote, quæ
poſſet eſſe cauſa repudij, cap. per veſtras,
de donationibus inter virum, & vxorem,
qua dote ſuſtineri debent à marito onera
17 matrimonialia, ideo debet patronus do-
tare Eccleſiam, vt poſſit eius maritus,
nempe clericus præſentatus, & inſtitutus

habere luminaria, veſtes ſacerdotales, &
ſoluere iura Epiſcopalia, dict. capit. cum
ſicut, cap. de monachis, de præbend. cap.
cum olim, de cenſibus, Petrus de Ancha-
ro, conſ. 102. incipiente, in paucis verbis.

Nota tamen ius patronatus acquiri 18
etiam aliis multis modis, 1. ex priuilegio,
can. Adrianus, & can. in ſynodo, di-
ſtinct. 63. Paulus de Citad. de iure pa-
tronat. in 3. parte, cauſa 6. ſicuti ius pa-
tronatus Regum, Æneas de Falconibus
in tractat. reſeruat. quæſt. 3. in principio,
num. 13. vt Rex noſter Chriſtianiſſimus, 19
Aufrerius in repetit. clementinæ, vt cle-
ricorum de officio ordinarij. Ioannes de
Selua in dict. tract. parte 2. quæſt. 13. Be-
nedictus in repetit. cap. Raynutius, verb.
& vxorem, num. 270. & ſequenti de te-
ſtimon. Rebuffus in tractat. nomination.
quæſt. 15. num. 9. in fine. Gaguinus in
vita Philippi Pulchri. folio 123. & 124.
verſiculo eodem tempore, quia laici non
poſſunt de iure ſpiritualia dare, cap. du-
dum, vbi Abbas de decimis, cap. quod au-
tem de iure patronat.

2. Conſecratione nam tenetur qui Ec- 20
cleſiam conſecrare facit, ipſam & dotare,
dixi ſuprà de Epiſcopo conſecrante, & no-
tatur in dict. cap. cum ſicut, vbi Doctores
dicunt poſſe cogi fundantem ad dotan-
dum.

3. Præſcriptione, Ioannes Andræas in 21
regula quod alicui de regulis iuris in 6.
dictum Concilium, vbi ſuprà, dummodo
ſit tanti temporis præſcriptio, vt eius con-
trarij memoria non exiſtat, can. iubemus,
16. qu. 3. cap. 1. de præſcriptionibus in 6.
clement. vltim. de religioſis domibus,
Ioannes de Selua loco citato, Pariſ. lib. 2.
reſignat. quæſt. 4. num. 51. quemadmo-
dum ius eligendi acquiritur ex præſcri-
ptione, cap. querelam de electione, cap.
cum dilectus, de religioſis domibus, & ius
decimandi, vt in toto titul. de decimis,
ius conferendi, cap. irrefragabili, de offi-
cio ordinarij, cap. cum Eccleſia de cauſa
poſſeſſionis, & tantum præſcriptum, quan-
tum poſſeſſum, gloſa in cap. auditis, verb.
interruptioni de præſcriptionib. Archi-
diaconus in dict. cap. 1. colum. 1. de iure
patronat. in 6.

Sufficit tamen adhoc vt bona ſit præ- 22
ſentatio pro hac vice, vt ſit facta ab eo qui
eſt in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione
præſentandi, textus mirabilis, in cap. con-
ſultationibus de iure patronatus, dict. cap.
querelam, dict. cap. cum Eccleſia, quæ
quaſi poſſeſſio vnico actu acquiritur, Pa- 23

Digitized by Google

normitan. in dict. cap. cum Eccleſia, vt
24 oſtendo infrà, & vltimus ſtatus conſidera-
tur, vt volunt Doctores, in dict. cap. con-
ſultationibus.

Hinc ſemper vltimo teſtamento ſtan-
25 dum eſt, quo cenſentur priora reuocata,
Baldus in cap. 2. de conſuetud. Felinus
in cap. cum acceſſiſſent, col. 1. de conſti-
tutionib. Barbat. in cap. finali, col. 12. de
ſucceſſionib. ab inteſtatis.

Hinc vidua pluribus nupta, debet ſepe-
liri cum vltimo marito, cap. is qui habens
de ſepulturis in 6.

26 Quæres quodnam tempus ſit neceſſa-
rium patronis ad præſcribendum tale ius
patronatus. Reſp. centum annorũ, vt eſt
verior opinio, Archidiac. in can. ſi plures,
16. qu. 7. Decius conſilio 13. Caſſad. de-
ciſ. 2. de probationib. Maſcardus de pro-
bationibus, concluſ. 109. nu. 1. Nicolaus
Millius in ſuo repertorio, verb. antiquũ,
27 tempus enim, cuius initij memoria non
exiſtit, regulariter dicitur centum anno-
rum, Rebuffus de decimis, qu. 19. num.
94. & ex centum annorum poſſeſſione
præſumptio tituli oritur in ſpiritualibus,
Hoſtienſ. in cap. licet, Hely de ſymonia,
Innocent. in cap. ſi diligenti, num. 5. de
præſcript. vide gloſam ſingularem, in cap.
ſuper quibuſdam. §. præterea, verb. non
extat memoria, de verborum ſignifica-
tione.

28 De conſenſu ſuperioris, ſine quo non
acquiritur ius patronatus, dict. cap. nobis
de iure patronatus, nec capella fundata
à laicis dici poteſt beneficium Eccleſia-
ſticum ante approbationem ſuperioris,
Felinus in cap. ex parte 5. colum. 1. de
reſcriptis, Rebuff. in concordat. rub. de
mandatis Apoſtolicis, §. declarantes, ver-
bo, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica.

29 Et dicitur dotans reſeruare ſibi ius pa-
tronatus ex ſola dotatione, licet id non
expreſſerit, vt benè Rota, deciſ. 5. de iure
patronat. in antiqu. Rochus Curtius in
tract. de iure patronat. verb. Eccleſiam
fundauit, num. 9. & eſt communis opinio
Doctorum, in cap. ſignificauit de teſtib.
ex his omnibus definitionibus ſupra po-
ſitis.

30 Collige 1. debere nominatum à patro-
no, eſſe præſentem ſuperiori, cui debet
exhiberi, vt videat ſi ſit idoneus, & quali-
tatis requiſitæ, gloſ. in cap. dudum, verbo,
præſentari de ſepulturis, in clement. Ab-
bas in cap. cum parati, col. 1. de appella-
tionib. & in cap. ea noſcitur, notab. 2. de
his quæ fiunt à prælat. Rochus Curtius,
A vbi ſuprà, verb. ius, quæſt. 3. Rebuff. in
concord. rub. de collationibus, §. præfa-
tique ordinarij, verb. præſentationem.

Collige 2. non poſſe patronum ſeipſum 31
præſentare, cap. per noſtras, illo titul. de
iure patronat. quia inter dantem, & acci-
pientem debet eſſe diſtinctio perſonalis,
cap. vlt. de inſtitution. ſicut nemo poteſt
ſeipſum baptizare etiam inſtante neceſſi-
tate mortis, cap. debitum de baptiſmo.

Fallit ſi plures ſint patroni, tunc enim 32
poſſunt illi vnum præſentare ex ſeipſis,
Doct. in dicto cap. conſuluit, illo tit. de
iure patronat. & probatur argument. cap.
B cum in iure de officio delegati, quemad-
modum poſſunt plures eligentes vnum
eligere de gremio, cap. quia propter de
electione, Abbas in cap. quoniam, eodem
tit. de iure patronatus.

Imo poteſt patronus præſentare ſuum 33
filium, communis, & vera opinio, Abbas
in dicto cap. conſuluit, & in cap. ex ore
de his quæ fiunt à maiori parte capituli,
gloſa communiter approbata, & ibi Inno-
cent. in cap. quia clerici de iure patronat.
3. non poſſe indignos, vt excommunica- 34
tos præſentari, communis & veriſſima o-
pinio, teſte Cardin. in clement. 1. §. 1. q.
4. de religioſis domibus, gloſa in cap. fi-
nali, vbi eſt bonus textus de elect. in 6.
C idem Curtius loco citato, verb. honorifi-
cum, num. 19. 4. per præſentationem à 35
patrono laico factam, quæri ius ad rem
idoneo præſentato, dicto cap. cùm autem,
& cap. paſtoralis, ibidem, de iure patro-
natus, dummodo à patrono non fuerit va-
tiatum, alias non, Doct. iuncta gloſa, in
cap. dilectus de officio legati, Abbas in
cap. cum Bertholdus de re iudicat. & eſt
communis opinio Doctorum eorundem,
in cap. auditor de reſcriptis, vbi etiam
gloſa in clement. idem Rochus Curtius,
vbi ſuprà, verb. ius, quæſt. 4. 4. nec 36
poſſe beneficium iuris patronatus permu-
D tari, nec reſignari ſine conſenſu patroni,
vt probaui ſuprà, Doctores in cap. finali
de renunciatione. Ideo poteſt toties li- 37
berè præſentare, quoties beneficium va-
cat, Rota deciſ. 363. notauimus in antiq.
alias cæteri laici retraherentur à fundatio-
nibus, dotationibus, & conſtructionibus
Eccleſiarum, vt dixi ſuprà, quibus tribus
modis, vt oſtendi, acquiritur ius patrona-
tus, can. monaſterium, 16. quæſt. 7. cap.
nobis de iure patronat. etiam ſi, vt dixi,
fundans non ſibi reſeruauerit, can. filius,
eadem cauſa & quæſt. gloſa in dict. can.
piæ mentis, ibidem, Abbas in cap. ſigni-

38 ficault, notab. 1. de teſtibus, ideo ſi vnus A
fundet Eccleſiam, & alter dotet, ambo
patroni erunt, Benedictus in repetit. cap.
Raynutius, verb. dotem quam ei dederat,
num. 20. de teſtamentis, & hoc caſu de-
bebunt ambo nominare, cap. vltimo de
iure patronat. in clement. quia quod om-
nes tangit, ab omnibus approbari debet,
cap. adhæc de officio Archidiaconi, 5. de-
39 bere inſtitui præſentatum idoneum à ſu-
periore, idque neceſſario, can. decerni-
mus, 16. quæſt. 7. cap. cum vos de officio
ordinarij, cap. ex inſinuatione de iure pa-
tronatus, quemadmodum enim præcede-
te ſemper debet præſentatio inſtitutio-
nem, cap. paſtoralis, vbi Abbas de iure B
patronatus, ita & inſtitutio ſequi præſen-
tationem, idem Abbas in cap. ſignifica-
tum, col. 2. de præbend.

40 Collige 5. Inſtitutiones præſentatio-
num eſſe Epiſcoporum de iure communi,
can. omnes baſilicæ, 16. quæſt. 7. cap. ex
tranſmiſſa de iure patronat. cap. 1. de in-
ſtitutionibus in 6. Abbas in cap. ad aures,
de exceſſibus prælatorum, Mendoſa in
reg. 14. Cancellariæ, quæſt. 5. num. 2.
dixi ſuprà, vbi de Epiſcopis in explicatio-
ne, cap. conquerente, verb. *inſtitutionem*,
de officio ordinarij, vel ad vicarios gene-
rales, etiam ſine ſpeciali mandato, idem C
Abbas in cap. ex frequentibus, per illum
de inſtitutionib. apud Gregorium, Guil-
lermus de Montelanduno, in cap. 2. de
officio Vicarij in 6. iuxta notata in cap.
finali, eodem titul. & lib. ideo vocantur
ordinarij, vt diximus, Ioannes Andræas
in cap. tua, illo titulo, in decretalibus
Gregorij.

41 Fallit de conſuetudine, qua ius inſti-
tuendi poteſt pertinere ad inferiores Epi-
ſcoporum, cap. irrefragabili de officio or-
dinarij, cap. cum olim de præſcriptionib.
cap. cum acceſſiſſent de inſtitutionibus,
Bonifacius in clement. multorum, num.
6. de pœnis, Ioannes Andræas in cap. ſi-
gnificatum, verb. dimittere, de præbend. D
Abbas in cap. quod in dubiis, num. 6. de
renunciat. ita fit in noſtra Eccleſia, quoad
multas Capellanias, ad quas Canonicus
hebdomadarius inſtituit, & eſt inſtitutio
42 generaliter ſumpta, duplex, alia iuris
tranſlatiua, quæ eſt propriè illa de qua agi-
mus, alia iuris executiua, quæ fit de iure
communi per Archidiaconos, iuxta no-
tata in cap. vt noſtrum de officio Archi-
43 diaconi. Prima vero fit per Epiſcopos in-
tra quorum diœceſes ſita ſunt beneficia,
dict. cap. conquerente, cap. cum venera-
bilis de religioſis domibus, cap. cum ex
iniuncto de hæreticis, Zabarella in clem.
1. quæſt. 14. vt lite pendente nihil inno-
uetur.

Hinc non poſſunt patroni in vim iuris 44
patronatus conferre, ſed tantum præſen-
tare, cap. vltimo de iure patronatus, alias
veniret expellendus, vt intruſus clericus
habens à patrono collationem, cap. rela-
tum, ibidem, & eſſet excommunicatus,
can. ſi quis clericus, cum duobus ſequen-
tibus, 16. quæſt. 7.

Collige penultimo eſſe præſentati pro- 45
bare ſe præſentatum fuiſſe à patrono in-
tra ſuum tempus, Rota deciſ. 556. in an-
tiq. Felinus in cap. ex literis, col penul-
tima de probationib. & vltimo notabis in 46
caſu diſcordiæ plurium patronorum non
præſentantium intra debitum tempus
poſſe inſtituentes, illo tempore conceſſo,
prius elapſo, conferre pleno iure nulla ex-
pectata præuia præſentatione pro illa vi-
ce, cap. eam te, & cap. cum propter, illo
titulo de iure patronatus. Tenetur tamen 47
ſuperior inſtituens conferre beneficium
iuxta naturam beneficij, vtpote ſi ſacer-
dos debeat præſentari à patrono, debebit
conferre ſacerdoti ſoli, cap. cui de non
ſacerdotali de præbend. in 6. Ioannes de
Selua in ſuo tractatu beneficiali, parte 3.
quæſt. 49. Rebuffus in tractatu nomina-
tionum, quæſt. 8. num. 16. 1. quia res
tranſit cum ſuo onere, cap. eum non ſit
de decimis, cap. ex literis de pignoribus,
clement. vna de ſupplend. neglig. præla-
torum, 2. quia piæ voluntatis ſunt ſer- 48
uandæ, can. admonere, can. vbicumque,
16. qu. 1. & toto tit. de teſtamentis, alias
retraherentur à fundationibus alij laici,
Archidiaconus in cap. licet de præbendis
in 6. 3. quia nemini debet fieri præiudi-
cium ſine cauſa, cap. vltimo, de rebus Ec-
cleſiæ alienand. cap. vltimo de confirma-
tione vtili, ſed hoc caſu fieret, v. g. ſacer-
doti. ergo, ideo ſi debeatur beneficium
conſanguineo patroni ex fundatione,
conſanguineo tenebitur conferre inſti-
tuens, cap. cum in Eccleſia, illo titul. &
libro, ſi vni ex ciuium oppidi patroni,
idem dic, ius enim cuique ſeruari debet,
cap. commiſſum de decimis, Rebuffus in
dicto loco.

Quæres quid dicendum ſi plures illi pa- 49
troni præſentent duos, vel tres. Reſpund.
diſtinguendo, nam vel maior pars patro-
norum conuenit in Seio, & tunc Seius
eſt inſtituendus, toto tit. de his quæ fiunt
à maiori parte capituli, Abbas in cap. quo-

niam de iure patronat. notatur in cap. li-
cet deuitanda de electione, vel æqualiter
in duos præſentatos ſe diuiſerunt eorum
vota, & hoc caſu neuter inſtitui debet,
quia eſſet diuidere beneficium, contra
prohibitionem Concilij Turonenſis,
quod id fieri vetat, cap. maioribus de præ-
bendis, cap. prohibemus de cenſibus, ſed
expectabit inſtituens, donec patroni in
vnum conuenerint intra tempus, qui ve-
nit inſtituendus, quo elapſo tempore, po-
terit dictus inſtituens conferre, dict. cap.
ſi vno, & cap. cum propter, cap. 2. de ſup-
plend. neglig. prælatorum.

50 Et tempus datum patronis, non currit
legitimè impedito, vt dixi ſuprà, vbi de
poteſtate Papæ ſuper beneficia, cum talis
non debeat dici negligens, cap. vltimo de
electione, cap. quia diuerſitatem de con-
ceſſ. præbend. cap. commiſſa, illo titulo
de electione in 6. nec ignoranti, qui
etiam dici non debet negligens. Decius
in cap. 2. de exceptionib. nec poteſt im-
minui ab inſtituente, Doctores in cap.
Eccleſia de electione, quia tempus illud
eſt conciliarium, ſupra quod Epiſcopus
non poteſt quidquam facere, cum ſupe-
rior non queat tollere conſtitutionem
ſuperioris, cap. cum inferior de maiorita-
te, & clement. ne Romani de elect.

51 Amittitur autem tale ius multis modis,
1. per ſchiſma, quod eſt nomen Græcum
ſciſſuram ſignificans, can. ſchiſma, 24. q.
52 1. & dicitur ſciſmaticus, qui ſe diuiſit à
viſceribus Eccleſiæ Romanæ, & ſegrega-
uit ab vnitate fidei, & ſocietatis Petri A-
poſtoli, can. pudenda, & can. quicunque,
24. qu. 1. can. inter, 24. quæſt. 3. Panor-
mitanus, & alij, in rub. de ſchiſmaticis,
textus eſt in cap. vno, illo titul. in 6. vbi
priuantur poteſtate conferendi, & præ-
ſentandi, & præſentati ab ſchiſmaticis
nullum ius acquirunt in beneficiis, cap.
vltimo de frigidis, 2. dicuntur ſchiſmati-
ci largo modo qui honoris vel lucri gratia
falſas opiniones gignunt & ſequuntur,
can. hæreticis, 24. quæſt. 3. vel qui aliter
explicant ſcripturam, quam explicat Ro-
53 mana Eccleſia, ibidem, 2. per hæreſim,
cap. ad abolendam de hæreticis, & hære-
ticus non poteſt præſentare, quia cum
non ſit de Eccleſia, quomodo poteſt in
Eccleſiam aggregare? cap. veniens de
præſcriptionibus, cap. 1. de eo qui furtiuè
54 ordinari ſuſcepit. 3. per excommunica-
tionem, qua durante, præſentatio facta
eſt nulla, cap. 1. de exceptionibus in 6.
Abbas in cap. nobis de iure patronatus,
A Rota deciſione 238. nou. gloſa in antiq.
quemadmodum non poteſt excommu-
nicatus eligere, vt docui ſuprà, cap. vno,
ne ſede vacante in 6. cap. ſi celebrat. de
clerico excommunicat. miniſtrant. gloſa
in cap. vltimo de exceſſibus prælatorum.
Boetius in additione ad Mandag. parte 1.
cap. 6. tractat. de electione. 4. per re- 55
nunciationem iuramento vallatam, Do-
ctores in cap. quamuis de pactis in 6. Be-
nedictus in repetit. cap. Raynutius, ver-
bo, duas habens filias de teſtament. quiſ-
que enim poteſt iuri ſuo renunciare, cap.
ſignificauit, & ibi Abbas de teſtibus, cap.
vno de iure patronat. in 6. Pariſius lib. 3.
B quæſt. 19. in fine, notatur in cap. illud de
iure patronat. clement. cum ſit de cenſi-
bus, 5. per renunciationem tacitam, qua- 56
lis eſt quando patronus conſentit vnioni
ſui beneficij menſæ Epiſcopali, Abbatia-
li, vel Capitulari, cap. quia monaſterium,
& cap. conſtitutus de religioſis domibus.
6. per venditionem vniuerſitatis bono-
rum, cui eſt annexum tale ius patronatûs,
cap. ex literis de iure patronatus, quod
poteſt fieri ſine ſcrupulo ſymoniæ, dum-
modo nihil detur ſupra æſtimationem
bonorum, intuitu talis iuris, alias ſecus,
cap. quia clerici, ibidem, Abbas in cap.
veniens, 1. num. 12. de teſtibus. Doctores
C in cap. hoc de ſymonia.

Quiſnam autem plus peccet, an patro- 57
nus præſentando non idoneum, an Epi-
ſcopus inſtituendo. Reſpond. Epiſcopum
magis peccare, licet enim patronus det
anſam peccato, cuius eſt origo. Hoſtienſ.
in ſumma, tit. de electione, gloſa in cap.
cupientes, illo tit. in 6. & peccet præſen-
tando indignum, per textum ſingula-
rem, in cap. cum Vuintonenſis, ibidem,
apud Gregorium, tamen quia poteſt illum
Epiſcopus recuſare, cap. nihil eſt, illo ti-
tulo, ſi admittat, plus peccat, 2. quia eo
plus peccat aliquis, quo eſt maior, gloſa in
D cap. inter, verb. tamquam maior, de
tranſlatione Epiſcopi.

Ex his nota deuolutionem de patrono 58
ad inſtituentem fieri cum eiſdem qualita-
tis, cum quibus patronus præſentare te-
nebatur, gloſa in cap. ne pro defectu, ver-
bo, ipſius, & ibi Doctores omnes de ele-
ctione, Abbas in cap. poſſeſſiones, nu. 5.
de rebus Eccleſiæ alienand. vel non, Fe-
linus in cap. cum acceſſiſſent, num. 18. de
conſtitutionibus, Ioann. Andræas in cap.
contra eum de reg. iuris in 6. Gonſal. in
regula 8. Cancellariæ, gloſ. 86. num. 33.
Rebuffus in praxi, titulo de deuolutioni-

Digitized by Google

bus, num. 40. Rota deciſione 79. inci- A
piente, vacauit, in recentioribus impreſ-
ſis anno 1638. ſub Vrbano Papa VIII.
59 ideo ſi debebatur beneficium iuris patro-
natus nobili, dandum erit ſoli nobili ab
inſtituente, per argum. ſumptum, ex cap.
cui de non de præbendis in 6.

Obiicies non debet in conceſſione be-
neficiorum, haberi ratio nobilitatis, quia
apud Deum nulla eſt acceptio perſona-
rum, cap. venerabilis, vbi eſt textus for-
malis de præbend. ergo, nobiliras non eſt
qualiras requirenda. Reſp. 1. negando an-
tecedens, nam facilius debent conferri
beneficia nobilibus quam aliis ignobilib. B
vt notatur in cap. de multa, illo titulo,
notatur in cap. cum adeo de reſcriptis,
cap. conſtitutus, 2. de appellationibus,
gloſa in cap. ſtatuimus, verb. volumus
eſſe potiorem de maioritate, Abbas in di-
cto cap. poſtulaſti de reſcriptis, Goffre-
dus in ſumma, titul. de temporib. ordi-
nar. §. ſed circa, Bann. de Curtili Brixi,
in ſuo tractat. nobilitat. verſ. in decimo
quinto priuilegio. Decius in cap. ad au-
res, num. 8. illo tit. de reſcriptis. Reſp. 2.
eſto antecedens diſting. conſequentiam,
ſi ex conſuetudine, vel ex ſtatuto attendi
non debeat nobilitas, concedo, ſi ſecus,
nego, ergo.

Nota 2. ſufficere patrono adhoc, vt bo- 60
na ſit nominatio ſua pro hac vice oſten-
dere ſe in vltima vacatione nominaſſe, &
à ſe nominatum habuiſſe beneficium va-
cans eius morte, cap. querelam de elect.
cap. conſultationibus de iure patronatus,
Calder. conſilio 23. de præbend. Rota
deciſ. 167. num. 8. part. 2. diuerſ. Gon-
zales ad reg. Cancellar. 8. gloſa 45. §. 2.
num. 4. nam quaſi poſſeſſio vnico actu
acquiritur, vt dixi, Ripa in cap. cum Ec-
cleſia ſutrina de cauſa poſſeſſionis.

Nota vltimo, patere viam patrono laico 61
appellandi ab abuſu à prouiſione inſtituē-
tis factæ ſine ſua præſentatione præuia,
ita ſeruatur de praxi in regno, & ha-
rum appellationum iudices ſunt ſoli ſu-
premi Senatus, vt iudicatur quotidie iux-
ta multa arreſta ab iis lata, ad quæ te re-
mitto, & quæ videre poteris apud Loüe-
tum, Paponem, Maynard, Puymiſſon, &
alios arreſtorum collectores.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS OCTAVÆ.

1. In regno beneficia conceduntur nominatis ab vniuerſitatibus.
2. Nominatio, quid ſit.
3. Viris doctis indiget Eccleſia noſtra Gallicana.
4. Scientia non ſufficit ſine gradu.
5. Vir eſt caput mulieris.
6. Debitè qualificatus, quis dicatur.
7. Graduati non debent de rigore examinari.
8. Vniuerſitas, quibus conſtet.
9. Celebris vniuerſitas, quæ dicatur.
10. Gallia fuit ſemper terra nutritia virorum peritorum.
11. Vniuerſitates non poſſunt cogi ad concedendas nominationes.
12. Ordinarius, quis dicatur.
13. Vicarius Capituli (ſede vacante) eſt ordinarius.
14. Patrono laico non poſſunt dirigi nominationes.
15. Collationes graduatorum ſunt neceſſariæ.
16. *Verbum* teneantur, *importat neceſſitatem conferendi.*
17. *Quinam menſes debeantur graduatis.*
18. *Pragmatica ſanctio, quando nam edita fuerit.*
19. *Sola vacatio per mortem, dicitur vera vacatio.*
20. Beneficia iuris patronatus laici non afficiuntur nominationibus.
21. Ille non poteſt ligari, qui non habet tria beneficia conferenda.
22. Legato à latere habenti prælaturam in regno, dirigi poſſunt nominationes.
23. Graduatis non debentur beneficia, affecta mandatariis.
24. Hoſpitalia non cadunt ſub nominationibus.
25. Hoſpitalia data in titulum, cadunt ſub nominationibus.
26. Hoſpitale Dauſſerran diœceſis Lodouenſis eſt vere beneficium.
27. Beneficia electiua, non ſubduntur nominationibus.
28. Beneficia vacantia in curia, non ſubiacent nominationibus.
29. Fallit in caſu inſerto, in cap. ſi Apoſtolica de prabendis in 6.
30. Limita 2. in caſu inſerto, in cap. ſtatutum, illo titul. & lib.
31. Beneficia creata poſt conceſſiones nominationum, non debentur nominatis.
32. Beneficia vnita menſis vniuerſitatum, non debentur graduatis, nec nominatis.
33. Beneficia ſimplicia regni vacantia tempore apertura regaliæ, non debētur iſtis graduatis.

34. Rex

34. Rex Chriſtianiſſimus eſt cöllator talium beneficiorum ſimplicium ſede vacante. A

35. Graduati, alij ſimplices, alij nominati, vbi docetur qui dicantur tales.

36. Ratio inſtituendarum nominationum hic apponitur.

37. Concordatum editum fuit in fauorem Gallorum tantum.

38. Nobiles ex vtroque parente multum conſiderati fuerunt in concordato.

39. Triennium ſtudij ſufficit nobilibus ex vtroque parente ad habendum gradum baccalaureâtus in iure Canonico, vel Ciuili, licet in alijs quinquennium requiratur.

40. Filius magis decorus redditur ex concomitante nobilitate materna. B

41. Eius eſt probare nobilitatem ad hunc effectum, qui ſe fundat in illa.

42. Quatuor teſtes requiruntur ad plenam probationem nobilitatis ex vtroque parente.

43. De iure Canonico duo, vel tres teſtes ſufficiunt in actibus quibuſlibet.

44. Vt bona ſit probatio ad hunc effectum, debent eſſe teſtes fide digni, & ibi docetur, quinam non dicantur tales.

45. Teſtes deponentes de nobilitate ex vtroque parente, debent iurati deponere.

46. Probatio nobilitatis, & auditio teſtium, debet fieri coram iudice ſedente pro tribunali.

47. Sententia lata die feriato eſt ipſo iure nulla, quemadmodum depoſitio teſtium facta illo die. C

48. Depoſitio iſta fieri debet coram iudice loci originis nobilis.

49. Ordinarius ad hunc effectum, dicitur ſolus iudex laicus.

50. Ad receptionem teſtium deponentium de nobilitate, non debet pars citari, in cuius fauorem deponitur.

51. Priuilegium iſtud conceſſum nobilibus ex vtroque parente, quoad gradum Baccalaureatus, non extenditur ad alios gradus, Doctoratus, vel Licentiatus.

52. In caſu concurſus plurium graduatorum, Doctor in Theologia præfertur aliis omnibus Doctoribus. D

53. Theologia eſt omnium ſcientiarum nobiliſſima, tam ex parte ſui, quàm obiecti.

54. Doctor Canoniſta in caſu concurſus, præfertur Legiſtæ.

55. Legiſta præfertur aliis, vt doctori in Medicina, & magiſtro in artibus.

56. Graduatus præferri debet ſemper non graduato.

57. Doctor non debet examinari ab ordinario.

58. Fallit, quando examen eſt de forma, quo caſu nemo quantumuis doctus, poteſt ab illo ſe diſpenſare.

59. Ea hic apponuntur, quæ ſunt intrinſice neceſſaria ad habendum gradum, & nominationem cum effectu.

60. Habens ducentos florenos in reditu annuo, in vim gradus, nòn eſt idoneus ad alia beneficia vacantia in menſibus graduatorum.

QVÆSTIO OCTAVA.

De nominationibus emanantibus ab vniuerſitatibus regiis huiuſce imperij Gallici.

SOlent obtineri beneficia Ec- 1
cleſiaſtica in regno, per no-
minationes emanãtes ab vni-
uerſitatibus regiis, de his agi-
mus in hac quæſt. ſit ergo.

Assertio 1. Nominatio de qua 2
hic eſt *graduati viri debite qualificati, ab*
vniuerſitate celebri regni Gallici, ordinario
facta præſentatio inſtitutionem ad beneficia
certo anni tempore vacantia inducens, idque
neceſſario in vim concordati. hæc definitio
deſumitur ex textu concordati, & potiſſi-
mum ex rub. de collationibus, §. præfa-
tique ordinarij aliter definitur à Coraſio
in ſuo tractatu beneficiali, parte 1. cap. 4.
num. 8. & à Rebuffo in tractatu nomina-
tionum, quæſtione 4. noſtra tamen te-
nenda eſt.

Graduati, qöibus indigere noſcitur Ec- 3
cleſia Gallicana, cap. cum in cunctis de
elect. cap. ad decorem de inſtitut. Ioann.
Andr. in cap. cum ex eo, per illum textũ
de elect. in 6. notatur in cap. ſuper ſpecu-
la de magiſtris, & quemadmodum gradus 4
ſine ſcientia nun ſufficeret, ita nec ſine
gradu ſcientia, vt ait Rebuffus in dicto
concord. §. præfatiq. ordinarij, verb. gra-
duatis rub. de collationib. & ita fuit iudi-
catum Pariſiis, ad requiſitionem Procu-
ratoris Regij in Parlamento, vt refert Pa-
pon. lib. arreſtor. tit. de graduatis, arreſto
vlt. debet enim graduatus, talis apparere
qualis eſſe debet, Bonifacius in clement.
vna, notab. 13. de exceſſ. prælat.

Viri qui dicitur caput mulieris, cap. 5
continebatur de deſponſatione impube-
rum, ſolis enim viris, & non mulierib. no-
minationes conceduntur, vt optimè idem
Rebuffus, verb. viri in concordatis, & in
tractat. nominat. qu. 5. num. 2.

Debitè qualificati, qui dicitur ille qui 6
per tempus competens, & requiſitum in
vniuerſitate famoſa regni ſtuduit, & ibi
gradum ſumpſit, idem concord. in illa
rub. de collation. §. præterea, ideo com-
petens tempus ad habendum gradum

Doctoris, Licentiati, vel Baccalaurei formati in Theologia eſt decennium, ſeptennium ad obtinendum gradum Doctoris, vel Licentiati in iure Canonico, vel Ciuili, vel Medicinæ, dict. cap. cum ex eo quinquennium requiritur in magiſtris in artibus, & ſex anni in ſimplici Baccalaureo in Theologia, vt in dict. concordato, dicitur loco citato, & hoc tempus computatur ſcholari, etiam ſi dieb. feriatis domi paternæ degat, vt tempus vindemiarum ſit, & tempore paſchæ, Archidiac. in can. de quibuſdam, col. 2. diſtinct. 37. Baldus in procemio decretalium Rex pacificus, colum. num. 36. dummodo habeat animum reuertendi, quo caſu etiam abſens dicitur in loco morari, in quo habet voluntatem inmorandi, per textum ſingularem, in cap. vltimo, vbi gloſa de verborum ſignificat.

7 Et hi qualificati debitè, non poſſunt nolentes de rigore examinari ab Epiſcopis, vt benè gloſa in titul. de collationibus. §. item quod vniuerſitatis, verſ. gradum in pragmat. Rebuffus in tractat. priuilegiorum ſcholarium, priuileg. 24. alias fieret iniuria vniuerſitatib. regiis, quæ eos promouent, de quarum atteſtationibus nemo dubitare debet, argumento, cap. cum in iure de officio delegati, dico infrà.

8 *Vniuerſitate*, quam faciunt Doctores, & ſcholares, vt in procemio decretalium, & in procemio 6. non verò à Facultate, quæ non poteſt concedere nominationes, illa gloſa pragmat. rubr. de collationibus, §. ita tamen, verb. *vniuerſitatibus*, etiam in denegationem vniuerſitatum, vt vult dicta gloſa.

9 *Celebri*, quæ dicitur illa, quæ non eſt ſuſpenſa facultate nominandi, Rebuffus in concordat. §. monemus, illa rubr. de collationibus, vel illa, in qua iura publicè docentur, Ioannes Dayma in dicto concordato, verbo, famoſa, Doctores in dicto procemio decretalium, quæ omnes vniuerſitates donantur multis priuilegiis à iure canonico, cap. ſuper ſpecula de magiſtris, cap. cum ex eo de electione in 6. cap. cum de diuerſis de priuilegiis, illo libro.

10 *Regni*, quod ſemper floruit, tamquam terra nutritia virorum peritiſſimorum, teſte Innocentio III. in cap. nouit de iudiciis, pro quibus tantum factum fuit concordatum, non pro exteris, quos non conſiderauit, vt patet ex dicto concordat. vt §. 1. de regia ad prælatur. nominat. & ad quos non extenditur priuilegium, cap.

A priuilegium de regul. iuris, lib. *6*.

An autem poſſint vniuerſitates cogi ad concedēdas tales nominationes, dic quod non, vt benè notauit gloſa illa pragmatices, verb. *dictas*, & verb. *poterunt*, §. *item quod ad dictas*, nam nominationes ſunt gratiæ, vt vult eadem gloſa, in *dicto* §. *poterunt*, verb. *nominare*, quæ debent dari gratis, cap. gratiæ, & ibi Doctores de reſcriptis in clement. 11

Ordinario, qui dicitur ille qui iure ordinario, vel de conſuetudine confert, licet ſit inferior Epiſcopo, vel de priuilegio, cap. mandatum de reſcriptis in 6. cap. ordinarij, de officio ordinarij, illo lib. Cardinalis in clement. *1*. §. *adhæc*, de ſtatu monachorum, gloſ. in clement. 1. vt lite pendente, & ita benè dicitur ordinarius vicarius Capituli (ſede vacante) qui poteſt 13 conferre graduatis beneficia vacantia in eorum menſibus, vt notat Abbas in cap. cùm olim de maioritate, dixi vbi de Capitulis, licet non poſſit conferre beneficia, quæ ſunt de collatione libera Epiſcopi, cap. illa, ne ſede vacante, quemadmodum dicitur ordinarius patronus Eccleſiaſticus, cui poſſunt ideo dirigi nominationes, ex textu dicti concordati, rub. illa de collationibus, §. præterea. 12

C Non vero dici poteſt ordinarius patronus laicus, qui non poteſt affici etiam in regno talibus nominationibus, quæ tantum ligant Eccleſiaſticum, §. præfatique ordinarij, ibi. *ordinarij vero, ceu patroni Eccleſiaſtici*, Rochus Curtius in tractat. de iure patronatus, verb, ius, quæſt. 7. Rebuffus in tract. numinat. quæſtione 8. num. 21. 14

Inſtitutionem inducens, quod colligitur ex verb. *teneantur*, poſitò verſus medium concordati, illo §. præfatique ordinarij, ideo dicitur hæc collatio neceſſaria, quæ fieri debet graduato de beneficio vacanti in menſe ſibi debito, de quo paulo inferius, verb. *certo anni tempore*, cum tale verbum *teneantur*, importet neceſſitatem 16 conferendi, tamquam ex ſe præceptiuū, gloſa in cap. duobus, illo verbo *teneantur*, de reſcript. in 6. gloſ. pragmatices, §. inſuper; & ſi non conferatur ab ordinario, pœnam meretur, cap in his de verborum ſignificatione, cum faciat contra præceptum, domini Papæ, & Regis ſui promulgantium, dictum concordat. §. 1. rubrica de firma, & irreuocab. concordatorum ſtabilitate, poteſtque graduatus recuſatus adire ſuperiorem recuſantis, vt ibi. §. ſi quis vero, illa rubrica de collationibus, 15

vide textum ſingularem, in cap. paſtora- A
lis de iure patronatus, & definitur hæc inſtitutio, conceſſio facta elerico ab ordinario, de beneficio vacante, in vim præuiæ nominationis, cap. cum laici, & cap. ex ttauſmiſſa, illo titulo.

17 *Certo anni tempore*, quod includit menſes Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris, idem Rebuffus in dicto concordat. illo §. præſatique ordinarij, verbo, *in primo menſe*, cum enim per pragmaticam ſanctionem deberetur tertia pars beneficiorum viris doctis, & graduatis, & iſta tertia pars eſſet multum incerta, vt dicit gloſa pragmatices in §. item placuit, per edictum B
Ludouici XII. articul. 3. tub. de graduatis, ſtaturum fuit omnibus collatoribus, deſcribere in vno libro omnes collationes à ſe faciendas, vt illa tertia pars liquido conſtaret, ſed quia, multæ fraudes fiebant ab ordinariis, qui multas celabant prouiſiones, venit noſtrum concordatum, quod dedit iſtis graduatis tertiam partem anni diuiſi in duodecim menſes, & iſta tertia parte vtuntur hodie nominati, & vtentur ſemper, Deo fauente, loco talis tertiæ partis beneficiorum conceſſæ à di-
18 cta pragmatica ſanctione, quæ edita fuit in hoc regno, & in ciuitate Bituricenſi, C
anno 1433. regnante Carolo VII. imperante Sigiſmundo, ſedente Romæ Eugenio IV. ſucceſſore immediato Martini V. qui fuit electus à Concilio Conſtantienſi, tempore magni ſchiſmatis, vt omnes ſciunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſi.

19 *Vacantia*, ſcilicet per mortem, quæ inducit propriè vacationem, Imol. in clem. finali, num 32. de reſcriptis, nam beneficia vacantia alio quouis modo, non debentur graduatis, ex textu dicti concordati, illa rubrica de collationibus, §. *volumus*, verb. *quodque*, *&c.* ſed vt res clarius elucescar, facio has aſſertiones.

20 Assertio 2. Beneficia iuris patro- D
natus laici non debentur graduatis, gloſa pragmat. in §. item quod, verb. Eccleſiaſtico, tit. de collationib. dictum manet paulo ſuperius, vbi diximus, non includi ea in dicto concordato à Summo Pontifice, qui ſi id voluiſſet, illud ſine dubio expreſſiſſet, dicunt in ſimili caſu Doctores, in cap. 2. de præbendis in 6.

21 Assertio 3. Ille non poteſt ligati nominationibus, nec gradibus, qui non habet tria beneficia conferenda, ita illa gloſa pragmat. in eodem §. verb. *triennium*, Rebuff. in dict. concord. §. præſatique ordinarij verb. *tertium partem*.

Assertio 4. Legato à latere habenti prælaturam in regno licitè poſſunt dirigi nominationes, probatur veritas aſſertionis ex dicto concordat. illo §. ſi quis vero, & ibi idem Rebuffus, verbo, Cardinalis, eſt enim ordinarius, cap. 2. de officio legati in ſexto, dixi vbi de legatis, in quinta quæſtione, diſputatione 1. 22

Assertio 5. Graduatis non debentur beneficia debita mandatariis, patet ex eodem concordat. rubr. de *mandatis Apoſtolicis*, §. *declarantes*, vbi in caſu concurſus præferuntur mandatarij, cap. hi qui de præbend. lib. 6. diximus in tertia quæſtione, dict. diſputat. 1. vbi de reſcriptis Apoſtolicis. 23

Assertio 6. Hoſpitalia non cadunt ſub nominationibus, probatur, ſola beneficia ligantur, vt patet ex toto dicto concordato, vt in illo §. quodque, ibi. *quodque beneficia vacantia*, *&c.* ſed hoſpitalia non ſunt beneficia, clement. quia de religioſis domibus, ergo non ligantur, niſi eſſent vnita beneficiis, vel Eccleſiis, Ioannes de Selua in ſuo tractat. benef. parte 1. quæſt. 4. num. 9. vel data in titulum, tale 24
eſt hoſpitale Dauſſerran in noſtra diœce- 25
ſi, quod bene dicitur beneficium, Pauinus in tractat. de poteſtate Capituli, ſede vacante, 2. parte, quæſt. 1. vt conſultus reſpondi Guillermo Pompelye conſanguineo meo, Priori Sancti Michaelis, & poſſeſſori dicti beneficij Dauſſerran, quod ſemper collatum fuit, vti beneficium, Doctores in illo cap. 2. verb. Eccleſias de præb. in 6. cap. cum de beneficio, quod decidit quæſtionem ſatis euidenter, illo titul. & lib. & ſecundum meum conſilium dictum fuit beneficium per ſententiam Seneſchalis Biterrenſis, anno 163., in fauorem dicti Pompelye, contra Procuratorem fiſcalem noſtri Epiſcopi Lodouenſis.

Assertio 7. Beneficia electiua non ſubiacent iſtis nominationibus, id tenet illa gloſa pragmatices. in §. dignitaribus, verb. dictarum, quænam dicantur beneficia electiua, dixi vbi de beneficiis in abſtracto, diſput. 2. quæſt. 2. vbi probaui in his requiri confirmationem ſuperioris, ad differentiam collatiuorum, in quibus nulla neceſſaria eſt inſtitutio, vt noſtri Canonicatus Lodouenſes, qui ideo includuntur, vt collatiui in nominationibus, & gradibus. 26

Assertio 8. Beneficia vacantia 27
in curia non ſubiacent nominationibus,

rationem appoſuimus ſuprà, vbi de Summo Pontifice, quæſt. 3. diſputat. 1. per quam oſtendimus concordarum ideo factum fuiſſe à Papa, & à Rege, vt grauarentur ſoli inferiores ordinarij, vt patet in dicto concordato, § præfatique ordinatij, illa rubrica de collationib. non vero promulgantes, ſed ſi beneficia vacantia in curia afficerentur nominarionibus, grauaretur Summus Pontifex (vt conſtat) cum talia beneficia ſint de ſua tantum collatione, cap. 2. de præbend. in *6.* ergo, non includuntur in gradibus, & nominationibus.

29 Fallit in caſu inſerto in cap. ſi Apoſtolica, illo tit. & libro, tunc enim debetur beneficium graduato vacans in curia in menſe ipſi debito, de quo beneficio Papa non diſpoſuit ante mortem, vt benè Rebuffus, qui melius aliis intellexit mentem dicti concordati in tractatu nominarionum, quæſt. 15. num. 28.

30 Fallit in caſu, cap. ſtatutum, ibidem, res enim tranſit cum ſuo onere, clement. vna de ſupplend. negligent. prælator. & qui confert iure deuoluto, vt hoc caſu ordinarius ex conceſſione pontificia, menſe ſcilicet finito ſine vlla collatione Papæ, facta de beneficio parochiali intra menſem, vacanti in ſua curia, debet conferre eiſdem perſonis, quibus afficitur, gloſa pragmat. in §. *item quod omnia*, verb. *ſcilicet*, illa rubr. de collationibus, dictum concordatum, in §. *ſi quis vero*, eadem rubrica.

31 Assertio *9.* Non debentur nominatis, vel graduatis beneficia creata poſt conceſſiones nominarionum, vel graduũ, cum non ſit veriſſimile talem fuiſſe intentionem promulgatorum, argumento, cap. mandatum de reſcriptis, cap. quia ſæpe de præbend. in *6.* ideo dic quod capellania fundata à defuncto egregio viro Petro de Fleury regio quæſtore in noſtra Eccleſia eſt libera omni gradu, & nominatione conceſſa ante creationem dictæ Capellaniæ.

32 Assertio 10. Non debentur eiſdem beneficia vnita menſis vniuerſitatum, ita ſentit illa gloſa pragmat. loco citato, cum numquam vacare cenſeantur, vt fuſius probatum manet ex dictis, vbi de mandatis Apoſtolicis, in illa quæſt. 3. diſputat. prima.

33 Assertio 11. Non cadunt ſub gradibus beneficia ſimplicia vacantia tempore aperturæ regaliæ, ita ſeruatur de praxi, Gallus quæſt. 150. idem Rebuffus loco allegato, quæ confert Rex Chriſtianiſſimus ex priuilegio, Benedictus in reperit. cap. Raynutius, verb. & vxorem, num. 370. & 371. de teſtament. vbi vide, quando nam conceſſum fuerit tale priuilegium conferendi regibus noſtris, Viucent. in tractatu de factis principum, cap. 1. multo plura vide apud eundem Rebuffum, in illo tractatu nominationum, per totum, nota tamen. 34

Alios eſſe graduatos ſimplices, & alios graduatos nominatos, primi dicuntur illi, qui nihil aliud habent quam gradum, idem Doctor. in illo concordato, rubrica de collationibus, §. *præterea*, verb. *graduatis ſimplicibus*, nominari verò, qui habent, & gradum, & nom[illegible]tionem, & hi maiori gaudent præ [illegible] priuilegio, vt doceo infrà. 35

Nota 2. Ideo fuiſſe inuentas nominationes, vt Eccleſia noſtra Gallicana copiam haberet virorum peritorum, vti ſemper habuit, dicit textus, in cap. quanto de magiſtris, qui viri docti ſunt neceſſarij maximè in regnis infectis hæreſi, Ioan. Monachus in cap. ſicut, num. 10. de verborum ſignif. in *6.* 2. vt ſtudia, & vniuerſitates magis floreant, gloſa pragmatices in §. item placuit, rub. de collationibus, 3. vt pauperibus regni clericis conſulatur, qui bona patrimonialia inſumpſerunt ad ſtudia ſua peragenda, gloſa citata pragm. §. quod ſi quis, ab Eccleſia tamquam pia matre, cap. cum ſecundum de præbend. cap. 1. de magiſtris, 4. vt ſcholares laborum præteritorum retributionem accipiant, idem Rebuff. in tractatu priuilegiorum ſcholarium, priuileg. 22. 36

Nota 3. pro ſolis regnicolis fuiſſe factum concordatum, quibus facilius prouideri debuit, quam extraneis, can. nec emeritis, 61. diſtin. & eſt regula 1*9*. Cancellar. de idiomate, vbi Gomes quæſtione 1. qua de cauſa exteri excluduntur à noſtris beneficiis Gallicis, vt benè gloſa pragmatices in proœmio, verb. *exterorum*, & eſt in conſtitutione Ludouici XII. 37

Nota 4. Nobiles ex vtroque parente fuiſſe multum conſideratos in concordato, licet enim debeant graduati ſtuduiſſe per quinquennium, antequam poſſint habere gradum Baccalaureatus iuris Canonici, vel Ciuilis, ex dicto concordato, in §. *præterea*, illa rub. *de collationibus*, verſicul. 38
quinquennium, tamen triennium nobilib. 39
ſufficit, ibi. *in quibus Baccalaureis iuris Canonici, vel Ciuilis (ſi ex vtroque parentes nobiles fuerunt) triennium eſſe decernimus*, ibi-

dem eadem gloſa pragmat. illa rub. verb.
vtroque, dixi, *vtroque parente*, nam ſola no-
bilitas patris non ſufficit ad hunc effectũ,
1. quia ita voluerunt promulgantes, 2.
quia tunc filius poteſt vere dici nobilis,
quando pater, & mater eius ſunt nobiles,
cap. venerabilis de præbend. quamuis
enim filius de iure dicatur nobilis ex ſola
nobilitate patris, licet mater plebeia ſit,
dicit lex *ex nullus*, codice de decurionib.
tamen magis decotus filius redditur per
40 concomitantem nobilitatem matris, vt ait
dicta gloſa pragmatices, loco citato, Fran-
ciſc. Mingo. in conſuetud. Andegauenſi,
rub. de dotibus, articul. 300. num. 11.
ideo maioribus donandi fuerunt gratiis,
& beneficiis, cap. de multa de præbend.
Caſſanæus in Catalogo gloriæ mundi,
parte 8. conſiderat. 39. verſicul. hinc eſt,
ius enim requirit, vt nobilitatis ratio ha-
beatur, gloſa in cap. conquerente de cle-
ricis non reſidentibus, gloſa in clem. 2.
de magiſtris, & potiſſimum in diſpenſa-
tione beneficiorum, can. non ſatis, 86.
diſtinct. & ideo facilius cum eis diſpenſa-
tur, Felinus in cap. cum adeo, colum. 4.
verſicul. de reſcriptis.

41 Hinc eius eſt probare nobilitatem ex
vtroque parente, qui ſuper eam ſe fundat,
vt eſt communis, & vera opinio, & ad ta-
42 lem probationem faciendam ad hunc ef-
fectum, requiruntur quatuor teſtes fide
digni, id vult dictum concordatum in §.
cum vero, rub. de collationibus, quam-
uis regulariter duo, vel tres teſtes ſuffi-
ciant de iure in actibus beneficialib. cap.
licet de teſtibus, cap. cum eſſes de teſta-
43 ment. vbi dicitur, *quod iuxta ſententiam
Domini in ore duorum, vel trium ſtat omne
verbum*, tamen quando lex, vel conſtitu-
tio quatuor requirit, vt hic, & nos toti-
dem requirere debemus, can. iuſtum eſt,
9. diſtinct. Rebuff. in tractat. nominat.
quæſt. 12. per textum, & in dict. concor-
dat. illo §. *cum vero*, verb. ad effectum,
vbi dicit quod talis numerus teſtium ha-
betur pro forma, qua omiſſa, actus cor-
rueret.

44 Dixi, *fide digni*, quales non ſunt illi,
quos actor de familia ſua profert, cap. in
literis, illo titulo de teſtibus, vel qui non
ſunt probabilis vitæ, & famæ, can. prohi-
bentur, 2. qu. 1. non enim poteſt iuſtitia
cum ſcelerato homine habere commer-
cium, cap. forus de verbor. ſignif.

45 *Iuramento præuio*, à quo non poſſunt ſe
diſpenſare etiam monachi, cap. tuis, &
cap. nuper, eodem tit. de teſtibus, alias
A nulla eſt depoſitio, quæ duabus conſtat
regulariter partibus, hoc iuramento ſci-
licet, & dicto teſtis, dicit textus in cap.
fraternitatis, ibidem, multo plura dicam,
vbi de foro Eccleſiaſtico, in antepenulti-
ma diſputatione.

In iudicio, id eſt, coram iudice ſedente 46
pro tribunali, & in loco, in quo ius ſolet
dicere partibus, Panormitanus in rubrica
de iudiciis, col. 1. cap. intelleximus, ibid.
alias nulla eſſet depoſitio, ſi fieret domi,
Rebuffus in tract. nominat. illa qu. 12.

Die non feriato, quia quemadmodum 47
non valet ſententia lata die feriato, cap.
B 1. vbi Doctores de feriis, ita nec depoſitio
teſtium facta illo die, Franc. in repetit.
cap. quoniam, verb. teſtium depoſitiones,
de probationibus.

Coram ordinario loci, in quo ſcilicet no- 48
bilis natus eſt, ita voluerunt promulgato-
res, non loci in quo nobilis moratur, vide
concordatum in dicto §. cum vero, ibi.
*coram iudice ordinario loci, in quo eſt nobilis
natus, de cuius nobilitate ex vtroque parente
conſtare debet*, ibi enim melius noſci poteſt
nobilitas illa, quam alibi, cap. poſtquam
de electione.

Et hic ordinarios, eſt ſolus iudex laicus, 49
Socius in cap. nullus, colum. 2. de foro
C competenti, iuxta declarationem regiam,
rub. de graduatis ſimplicibus, articulo 11.
ita Rebuff. in dicto tractatu nominatio-
num, dict. quæſt. 12. & debet hæc proba-
tio inſeri regiſtris dicti iudicis ſecularis, in
dicta conſtitutione regia loco prædicto,
quæ ſufficit ad hunc effectum, dummodo
fiat de nobilitate vtriuſque parentis nobi-
lis, non vero auorum, aut atauorum, ita
rectè idem Rebuffus in dicto concordato,
§. *cum vero*, illo verb. *ex vtroque parente*, 50
etiam parte non citata, cùm fiat receptio
talis teſtium in eius fauorem, quo caſu,
non tenetur citari, teſte Innocentio in
D cap. finali de translat. Epiſcopi, quemad-
modum poteſt conferre ordinarius bene-
ficium Titio, non citata parte opponente,
gloſa in cap. vltimo de elect. in 6.

Quæres an talis probatio nobilitatis in- 51
ſeruiat aliis gradibus, vt Doctoratui, &
Licentiatui. Reſp. negatiuè, contra eun-
dem Rebuffum loco citato, probatur con-
cordatum tempus ſtudij voluit immioui
erga nobiles, quoad gradum Baccalaurea-
tus in iure Canonico, & ciuili, tantum
dicto §. præterea, & dictum fuit ſupe-
rius, vbi probauimus ex textu dicti §.
ergo ad alios gradus priuilegium non ex-
tenditur, cap. 1. de filiis preſbyterorum.

52 Quæres 2. in caſu concurſus plurium
graduatorum, quiſnam veniat præferen-
dus in aſſecutione beneficij vacantis in
eorum menſibus. Reſp. Doctorem Theo-
logum præferri debere Canoniſtæ, & Le-
giſtæ, Ioannes Turrecremata in can. Epi-
53 ſcopos, num. 3. 18. diſtinct. nam Theo-
logia eſt nobiliſſima omnium cæterarum
ſcientiarum, Baldus conſ. 52. literis, col.
1. cum ſit ſermo Dei, idem Turrecremat.
in proœmio decretorum, quem habet vti
ſuum obiectum primarium, Diuus Tho-
mas, 1. parte ſummæ, quæſt. 1. articol. 7.
Rebuff. in dicto tractatu nominationum,
quæſt. 21. num. 40. Canoniſta præfertur
54 Legiſtæ, cap. ſexta ſynodus de iudicijs,
Ioannes Andræas in cap. clericis, eodem
titulo, propter connexionem iuris Ca-
nonici cum Theologia, Felinus in cap. fi-
nali de magiſtris, gloſa in cap. peruenit de
cenſibus, Boerius de authoritate magni
Concilij, concluſ. 96. Legiſta vero præ-
55 fertur doctori in medicina, & magiſtro
in artibus, teſte eodem Felino in rub. de
maioritate, num. 2. graduatus non gra-
56 duato, iuxta regolam Clementis VII. te-
ſte eodem Rebuſſo, in tractatu priuile-
giorum ſcholarium, priuileg. 82. in prin-
cipio.

57 Collige ex his, Doctorem non debere
examinari, can. nobiliſſimus, 97. diſtinct.
clement. Romani, verſicul. nos vero de
iureiurando, ne fiat iniuria vniuerſitati
promouenti, dicunt omnes moderni, &
dixi ſuprà, ego vero nullum credo eſſe
doctorem, qui velit diſpenſari ab examine
58 ad quod non tenetur, præſertim ſi examen
ſit de furma, vt dicunt iidem in dicta
clement. Romani, ad quod tunc alli-
gatur.

59 Ex his omnibus collige ea, quæ ſunt in-
trinſece neceſſaria graduatis, tum ſimpli-
cibus, cùm nominatis, vt poſſint vti ſuis
gradibus, & nominationibus cum effe-
ctus, 1. debent gradus, & nominationes
emanaſſe ab vniuerſitate regni, cùm in
fauorem noſtrum tantum, editum fuerit
concordatum. §. præfatique ordinarij, ibi.
per vniuerſitatem nominatus, & paulo infe-
rius, *viris graduatis per vniuerſitatem nomi-
natis*, dixi paulo ſuperius. 2. debet eſſe
celebris talis vniuerſitas concedens no-
minationes, vt probatum etiam manet
ſuprà, verbo, *celebri* 3. debet graduatus
ſtuduiſſe per debitum tempus, quod eſt
decennium in magiſtris, & doctoribus
Theologiæ, ſeptennium vero in doctori-
bus iuris Pontificij, quinquennium in

A baccalaureis, vt conſtat ex §. præterea, ibi. *Tempus autem competens, decennium in magiſtris, ceu licentiatis, aut baccalaureis formatis in Theologia, ſeptennium vero, &c.* rub. de collationib. in dicto concordato. 4. vt ſtudium præceſſerit ſumptionem gradus, vt patet ex dicto concordato, loco prædicto, ibi. *ſtuduerit*, quod verbum tempus completum deſignat, teſte Ioanne Andræa in additione ad Speculatorem. §. nunc videndum, rub. de teſtibus, Oldrad. conſ. 198. col. 1. contra opinionem Rebuffi, quem non ſequor in dicto verbo *ſtuduerit*, alias poſſet quis dici magiſter,
B antequam diſcipulus fuiſſet, quod eſſe non debet, dicit textus in cap. cum in magiſtrum de electione. 5. debet facta fuiſſe inſinuatio literarum gradus, nominationis, & temporis ſtudij collatoribus, qui alias non ligarentur, ibi, *teneanturque præfati graduati*, quæ literæ debent etiam ſubſcribi manu ſcribæ, & ſigillo vniuerſitatis concedentis, per clementinam vnam de iureiurando. 6. vt talis inſinuatio fiat ſingulis annis tempore Quadrageſimæ, id iubet dictum concordatum, in dicto §. teneanturque, ibi, *ſingulis annis tempore Quadrageſimæ &c.* defecto cuius inſinuationis graduatus non
C poſſet requirere beneficia vacantia eo anno, quo omiſit inſinuare in Quadrageſima, nam hoc tempus quadrageſimale habetur pro forma, cuius omiſſio facit actum corruere, cap. 1. de temporibus ordinationum, Felinus in cap. cum dilecta de reſcriptis, Baldus in cap. . colum. penultima, de poſtulatione prælatorum, niſi inter obtentionem gradus, & vacationem beneficij nulla intercederet quadrageſima, quo caſu poſſet, & requiri beneficium vacans, notificato tamen prius gradu, quare autem potius in quadrageſima talis inſinuatio fieri debeat, dic quod ſic voluerunt conditores, & nul-
D lam aliam, quære rationem, quàm voluntatem promulgantium, quæ pro ratione allegari debet, in his quæ ſunt iuris poſitiui, clement. finali de ſententia excommunicationis, & licet ſint multæ quadrageſimæ, dicit can. 1. 22. quæſt. 5. tamen illa ſola intelligitur, quæ eſt ante Paſcha, quæ propriè etiam talis dicitur, vtpote quæ conſecrata fuerit à Domino ieiunio quadraginta dierum, can. quadrageſima de conſecratione, diſtinct. 5. intra quam debet fieri talis inſinuatio, ſub pœna priuationis effectus talium literarum pro illo anno, vt dictum manet ita dictum con-

cordatum in dicto §. teneantutque, ibi. A *& eo anno, quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, in vim gradus, & nominationis huiuſmodi, beneficia petere non poſſint.*

Fallit ſi nulli alij eſſent graduati, vel nominati qui inſinuaſſent, vel anteriores, vel poſteriores, quo caſu poſſet fieri collatio graduato non inſinuato, ita limitat Rebuſſus in dicto §. verbo, *petere non poſſint,* quod ſi eſſent alij inſinuati, licet poſteriores nominati, obtinere deberent, vt iudicatum fuit à Senatu Tholozano anno *1616.*

7. Vt nominationes dirigantur collatori habenti tria beneficia conferenda, vt idem Rebuſſus in dicto concordato, §. B præfatique ordinarij, verb. *tertiam partem omnium dignitatum,* & ſatis fuit oſtenſum ſuprà.

8. Debet graduatus mentionem facere omnium beneficiorum, quæ poſſidet tempore conceſſionis gradus, id præcipit concordatum, in rubr. de collationibus, §. volumus, quemadmodum diximus de mandatario, qui tenetur de iure narrare omnia ſua beneficia, cap. ad aures de reſcriptis, cap. ſi motu de præbend. in 6. nam credendum eſt, quod fortaſſe vniuerſitas non conceſſiſſet gradum, ſi ſciuiſſet beneficia poſſeſſa à graduato, argum. cap. ſuper literis, illo titul. de reſcriptis, C apud Gregorium.

9. Debet gradus, & nominatio emanaſſe ab eadem vniuerſitate, in qua graduatus ſtuduit, ex dicto §. volumus, ibi. *ab vniuerſitatibus, in quibus ſtuduerint.*

10. Debet beneficium vacaſſe per mortem, vt oſtendimus ſuprà, in menſibus graduatis conceſſis, vt in dicto §. præfatique ordinarij.

11. Debet graduatus eſſe clericus, cap. cum adeo de reſcript.

12. Non debet graduatus petere beneficium regulare, nec vice verſa regularis ſeculare, clem. ne in agro de ſtatu monac. etiam cuiuſuis diſpenſationis prætextu, D vt in dicto §. ibi. *ita quod ſecularis nominatus beneficia regularia, &c.* dixi vbi de Summo Pontifice in tertia quæſtione diſputatione prima, vltimo debet graduatus eſſe regnicola, can. nec emeritis, diſtinct. 61. quia pro regnicolis tantum factum fuit concordatum, vt dixi, Rebuſſus in tractatu nominationum, quæſtione 23. num. 16.

Nota etiam non poſſe graduatos ſimplices requirere beneficia vacantia in menſibus graduatorum nominatorum, Ianuario, & Iulio, ſed bene nominatos poſſe requirere beneficia vacantia in menſibus graduatorum ſimplicium, beneficia quippe vacantia in menſibus nominatorum, debentur antiquiori nominato, ex dicto concordato, vt in §. ſtatuimus, 1. rub. de collationibus.

Nota penultimo in qualibet prouiſione facienda nominato de beneficio ſibi debito, debere hæc verba inſeri à quolibet ordinario, *tibi tamquam graduato nominato, vel in vim tuorum gradus, & nominationes conferimus, &c.* alias nulla eſſet prouiſio, vt fuiſſe iudicatum Pariſiis, aſſerit Papon. titul. de graduatis, atteſto 4. idem Rebuff. in illo tract. quæſt. 21. num. 3.

Nota vltimo, graduatum non debere 60 habere ducentos florenos in reditu in vim gradus, adhoc vt valeat obtinere beneficia, id vult concordatum, in dicto §. volumus, ibi. *ad ſummam ducentorum florenorum auri de Camera aſcenderent, beneficium in vim gradus, & nominationes huiuſmodi petere, aut conſequi non poſſent.* ratio hæc eſt, quia dictum concordatum ideo factum fuit, vt conſuleretur pauperibus clericis regni, qui inſumere non dubitarunt bona patrimonialia in ſtudio, ne mèdicare poſtea cogerentur, gloſa pragmat. in rub. de collationib. §. quod ſi quis, ſed quando habent graduati in reditu annuo ducentos florenos in vim gradus, non poſſunt dici pauperes, vt nemo non videt, ergo nec poſſunt alia beneficia in vim gradus conſequi, aut petere.

Et hoc tam verum eſt, vt in concurſu duorum graduatorum, quorum alter habeat ducentos florenos in reditu beneficiali, alter vero habeat beneficium non attingens ſummam illam, incompatibile cum eo, quod perſequitur in vim gradus, veniat iſte præferendus primo, vt fuiſſe iudicatum à dicto Senatu, aſſerit idem Papon. loco citaro, cum ceſſante cauſa, ceſſare debeat effectus, can. quod pro remedio, 1. quæſt. 7. cap. etſi Chriſtus de iureiurand.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS NONÆ.

1. Collationis vera definitio hic apponitur.
2. Collatio eſt donatio.
3. Ordinarius habet plenam poteſtatem conferendi à iure, nec indigee aliena.
4. Solis clericis conferri debee.
5. Laicis non debent dari beneficia.
6. Impetrans beneficium, debet ſe probare clericum.
7. Clericatus eſt qualitas extrinſeca, qua ideo non præſumitur, niſi probetur.
8. Bulla Pontificia non ſufficit, nominans aliquem clericum.
9. Clericatus debet adeſſe à principio, alias collatio eſt nulla.
10. Deprehenſus in habito clericali, & tonſura reputatur de iure clericus.
11. Non tonſuratus poteſt habere beneficiã, ex diſpenſatione Summi Pontificis.
12. Clericatus poteſt probari per teſtes.
13. Teſtes deponentes de clericatu, quid iurare debeane.
14. Probatio clericatus, fit propriè per literas teſtimoniales Epiſcopi ordinantis.
15. Clericatus probatio, fit per atteſtationem ſupremarum Curiarum, certificantium de viſu illius.
16. Idoneo debet fieri collatio.
17. Idoneus eſt, qui miniſtrare valet.
18. Idoneus eſt, qui habet ſcientiam, morum grauitatem, & ætatem requiſitam.
19. Idoneus, non eſt neophitus.
20. Neophitus, quis dicatur.
21. Exteri non ſunt in regno idonei ad beneficia.
22. Idoneitas debee adeſſe à principio, alias corruit facta collatio.
23. Collatio ordinarij debet eſſe pura, & ſine pacto.
24. Collatio debet fieri, ſine diminutione.
25. Collatio debet eſſe ſine conditione, & modo.
26. Collatio debet eſſe libera & ſpontanea, adhoc vt valeat.
27. Ibi non eſt conſenſus, vbi metus, pactum, vel caro intercedit.
28. Collator poteſt tuta conſcientia præferre nepotem idoneum extero in conceſſiono beneficij.
29. Patronus poteſt nominare filium ſuum idoneum ad beneficium ſui iuris patronatus.
30. Beneficij nomine, omnia beneficia includuntur.
31. Beneficij nomine, dignitates, perſonatus, & officia importantur.
32. Beneficij nomine, beneficium Curatum, & ſimplex inuoluitur.
33. Beneficium non vacans dari nequit.
34. Collatio facta de beneficio non vacanti, eſt ipſo iure nulla.
35. Fallit in caſibus hic inſertis, in quibus beneficium non vacans conferri poteſt.
36. Summus Pontifex eſt ordinarius totius mundi.
37. Summus Pontifex eſt delegatus Dei.
38. Concilium generale poteſt conferre.
39. Legatus à latere eſt ordinarius, ideo poteſt conferre.
40. Epiſcopus eſt ordinarius.
41. Abbas eſt ordinarius.
42. Pleb inus eſt ordinarius.
43. Inferior Epiſcopi, poteſt de conſuetudine conferre.
44. Conſuetudo præfertur iuri communi, quoad collationes beneficiorum.
45. Territorium non eſt de ſubſtantia collationis.
46. Collationes Pontificiæ præferuntur (cæteris paribus) collationibus ordinariorum.
47. Collatio ordinarij, debee fieri intra ſemeſtre, adhoc vt valeat.
48. Collatio facta, decurſo tempore iuris, eſt ipſo iure nulla.
49. Electio Summi Pontificatus, intra quod tempus fieri debeat, hic dicitur.
50. Dignitates maiores dari debent intra tres menſes, de iure communi.
51. Beneficia vacantia in curia poſt menſem, ſunt de collatione ordinariorum.
52. Omnia beneficia regulariter conferri debent intra ſemeſtre, exceptis beneficiis iuris patronatus laici.
53. Electio debet etiam fieri intra ſex menſes, dempta electione ad maiores dignitates.
54. Formula collationis ordinaria hic inſeritur.
55. Salutari debet à collatore ille, cui fit gratia.
56. Summus Pontifex de ſtylo ſalutat eum, cui confert.
57. Salutatio Papæ non abſoluit excommunicationes eorum, quibus dirigitur.
58. In collationibus ordinariorum exprimi debet, cauſa impulſiua gratiæ.
59. Carnalis affectus non eſt iuſta cauſa conferendi.
60. Bona vita eſt iuſta cauſa conferendi.
61. Bonus quiſque præſumitur.
62. Bona vita ſemper præſumitur durare.

63. Literatis

Digitized by Google

63. Literatis conferri debet.

64. Literatura non præſumitur, niſi probetur.

65. Literatura probari debet per examen.

66. Meritum perſonæ præbet iuſtam cauſam conferendi.

67. Qualitas debet adeſſe tempore collationis.

68. Viris bene meritis deferri debet.

69. Modus vacationis inſeri debet, in quacumque collatione ordinarij.

70. Data debet poni, in quacumque gratia facienda de beneficio.

71. Nemo poteſt propria authoritate poſſeſſionem ſumere beneficij ſibi collati.

B *72. Immiſſio in poſſeſſionem pertinet ad ſolos Archidiaconos, de iure communi.*

73. Conſuetudo regni ſe habet in contrarium, vbi quilibet clericus immittit in poſſeſſionem collatarios.

74. Collatio ordinarij, debet eſſe facta coram teſtibus.

75. Collatio clandeſtina, eſt ipſo iure nulla.

76. Collatio, vt bona ſit, debet fieri à collatore ligato.

77. Epiſcopus excommunicatus, non poteſt conferre ordines.

78. Collatio, vt bona ſit, debet publicari.

79. Per collationem ius ad beneficium, per publicationem ius in beneficio confertur.

C *80. Poſſeſſio, quid ſit.*

81. Per poſſeſſionem, collatarius dicitur acceptare beneficium ſibi collatum.

82. Per collationem non confertur poſſeſſio.

83. Canonici publicantes, debent recipi in choro, & in capitulo.

84. Executor Apoſtolicus, eſt de iure perſona legitima publicandi reſcripta Apoſtolica.

85. Intra annum, ſumi debet poſſeſſio beneficij collati.

86. Fallit in collationibus factis ab ordinariis in vim reſignationum, quæ debent publicari intra vnum menſem.

87. Collatio eſt actus diſtinctus à poſſeſſione.

D *88. Tempore belli, vel peſtis, excuſatur quis à publicatione in loco beneficij.*

89. Poſſeſſio de iure multum fauorabilis eſt.

90. Qui eſt in poſſeſſione conferendi, præſumitur verus collator.

91. Poſſeſſio conferendi, acquiritur per vnum actum.

92. In pari caſu potior eſt conditio poſſidentis.

93. Ante ſumptam poſſeſſionem, collatarius non poteſt miniſtrare in beneficio ſibi collato.

94. Fructus acquiruntur beneficiato, à die ſumptæ poſſeſſionis.

A *95. Sufficit ſpoliato, vt reſtituatur, docere de ſua poſſeſſione.*

QVÆSTIO NONA.

De collationibus Ordinariorum.

PRætermitto modos omnes, quibus Rebuffus in concordat. rub. de collationibus, in principio, oſtendit ſumi poſſe vocem iſtam *collatio*, & quid ſit in ſenſu, in quo ſumitur à Canoniſtis, dico in ſequenti aſſertione.

ASSERTIO I. Collatio eſt, *ſpontanea, & libera de beneficio vacanti, ab habente poteſtatem, intra debitum tempus, idoneo facta donatio ſine præſentatione*, colligitur ex cap. nulla de conceſſ. præbend. & ex tota illa rub. Panormitan. in cap. ex frequentibus, colum. penult. & in cap. authoritate, col. 2. de inſtit. ſaltem cum verbis æquipolentibus, & communiter Doctor. in cap. cum in illis, §. 1. de præbend. in 6. Rebuff. quo ſuprà. 1

Dicitur *donatio*, quia conferre eſt donare, gloſa in cap. relatum de præbendis, vbi Doctores, ergo collatio eſt donatio, cap. cùm acceſſiſſent de conſtitutio, cap. vnico, ibi. *cum donatio eſſet occulta*, vt Eccleſ. benef. ſine dimin. confer. 2

Sine præſentatione, quia ordinarius habet omnimodam poteſtatem conferendi, nec indiget aliena vt ſua valeat, Abbas in cap. citato ex frequentibus, col. 2. de inſtitution. cap. ſtatutum, & cap. mandato de præb. in 6. in quo differt ab inſtitutione collatio, cap. cum in illis. §. cum autem, illo tit. & lib. quia inſtitutio præſupponit præſentationem, in cap. ſuſcepti, eodem tit. & lib. textus mirabilis, in cap. conſtitutus, ibi. ſi quis clericus ab ordinario iudice in Eccleſia fuerit inſtitutus, & præſentationem illius, qui eiuſdem credebatur eſſe patronus de iure patronat. extra, non autem collatio, tota rub. vt Eccleſ. benef. ſine dimin. conferantur, cap. poſt electionem, de exceſſ. præbend. 3

Clerico, quia ſolis clericis conferri debet, cap. citato cõſultationib. ibi. *ſi quis clericus*, de iure patr. non vero laicis quib. dari non debẽt beneficia, Decius in cap. cùm adeo, nu. 3. de reſcript. Ber. in cap. ſuper literis, num. 72. illo tit. cap. ex literis de tranſactionibus, quia eorum ſunt incapaces, cap. 2. de inſtit. Baldus in cap. decernimus de iudiciis, Archid. in can. ſi quis hoc 4 5

geſſerit, 1. quæſt. 2. Abbas in cap. maio-
res de præbend. Hoſtienſ. in ſumma de
inſtitutionib. §. ſi quis, Præpoſitus in can.
placuit, diſtinct. 32. Rebuff. in tract. de
pacif. poſſeſſ. num. 188. & in concorda-
tis, rub. de collation. gloſa prædicationis,
Nauarrus conſil. 1. de præbend. eſtque
communis opinio. cum laicus ſit incapax
ſpiritualium, can. ſi quis deinceps, 16. qu.
7. cap. cauſam de præſcriptionibus, Ab-
bas in cap. quamuis, notab. 2. de decimis,
cap. Maſſana de electione, ſed beneficia
ſunt iura ſpiritualia, Doct. in cap. dilecto
de præb. Cardin. in clement. ſi iuſta, qu.
2. illo tit. ergo.

6 Ideo debet clericatus exhiberi, quia
qualitas eſt extrinſeca, quæ non reputa-
tur, niſi probetur, vel exhibeatur, vt dixi
ſuprà, gloſa in cap. ſi fortè de electione in
6. Cardin. in cap. cum adeo, notab. 2. de
7 reſcrip. ideo habens beneficium, debet ſe
probare clericum, Ioann. Andr. in cap. ſi
iudex laicus de ſentent. excommunicat.
in 6. per ordinationem exhibitam, Decius
in conſil. 91. præmitto, col. 1. nec ſufficie-
8 ret Bulla, in qua Papa nominauit eum cle-
ricum, vel ſignatura, vt benè Doctores in
dicto cap. ſi iudex, idem Ioannes Andr.
in mercuria, in regula non licet actori de
reg. iuris in 6. Rebuff. in ſublatio. cle-
mentinæ literis de probationibus in con-
9 cordato. idem dic ſi laicus (poſt aſſecutio-
nem beneficij) fieret clericus per ton-
ſuram, tunc enim etiam collatio eſſet
nulla, quia quod nullum eſt tractu tem-
poris conualeſcere non poteſt, regula non
firmatur de regulis iuris eodem lib. 6.
gloſa in cap. ſi eo tempore, verb. effectum
de reſcript. illo lib.

10 Amplia quod (quamuis deprehenſus in
habitu clericali, & tonſura debeat repu-
tari regulariter clericus,) vt bene Bonifa-
cius VIII. in dicto cap. ſi iudex laicus, ta-
men quoad aſſecutionem beneficij debet
ſe probare clericum, vt Archidiaconus in
dicto cap. ſi iudex, Pariſ. lib. 4. quæſt. 2.
num. 4.

11 Quæres, an per diſpenſationem Papa-
lem poſſit non tõſuratus habere benèficia
Eccleſiaſtica. Reſp. affirmatiuè, commu-
nis eſt Doctorum opinio, teſte Pariſio, vbi
ſuprà, poſt Bened. cap. in reg. 97. num.
34. nam impoſſibile ſit per gratiam poſſi-
bile, Abbas in cap. quod Dei timorem,
col. 2. de ſtatu monach. Decius conſ. 43.
nu. 21 gloſ. in cap. gratia, verb. non poteſt
de reſcript. lib. 6.

Probari poteſt tamen clericatus per te-
A ſtes. Felinus in cap. licet vniuerſis de te-
ſtibus, non autem per vnum tãtum, quid- 12
quid dicat Guido Pap. in ſuis deciſ. del-
phinat. quæſt. 474. præſertim quando li-
tigatur ſuper poſſeſſorio vnius beneficij
coram iudicibus regiis huiuſce regni, duo
enim ſaltem teſtes ſunt neceſſarij, cap.
cum eſſent de teſtamentis, Rebuffus in
tractat. nominat. quæſt. 14. num. 32. fa-
cit, cap. nuper de teſtibus, qui duo teſtes
debent deponere, quod fuerunt præſen-
tes ordinationi, cap. 3. de clericis pere-
grinis, idem Guido Papæ, loco citato, &
ita fuiſſe reſolutum in Rota, aſſerit Pari-
ſius lib. 10. quæſt. 3. num. 33. in fine, &
B tunc fit talis probatio per teſtes, quando 13
literæ nequeunt haberi ob impedimen-
tum ineuitabile, alias non, Nicolaus Mil-
lius in repertorio, verb. probatio Capel-
lanatus, quemadmodum ex diuturna poſ-
ſeſſione, & miniſterio in ordine, clerica-
tus præſumitur, Doctores in cap. illud de
præſumptionibus, ſed melius per literas 14
Epiſcopi ordinantis, vt eſt magis vera opi-
nio, Felinus in cap. poſt ceſſionem, num.
3. de probationibus, Rota deciſ. 8. illo
titulo, in nouis, Maſcardus ibidem, con-
cluſ. 305. & ita ſeruatur de praxi in hoc
regno, vbi etiam probatur per atteſtatio-
nem ſupremarum Curiarum dicentium
C in ſuis arreſtis, *viſis tonſuratus literis, &c.*
quia non eſt veriſſimile viros illos clariſſi- 15
mos qui præſident in eis, veritati perſcru-
tandæ fortiter inuigilantes, aliter aſſerere
quam res ſe habeat, argument. cap. ad-
hæc de reſcriptis, cap. cum in iure de ele-
ctione.

Idoneo, cap. ad decorem, ibi. *viros lite-* 16
ratos, & alias idoneos, de inſtitutionib. cap.
dudum, & cap. is cui de præb. in 6. extra-
uag. ad regimen, eo tit. in communibus,
Doctores in cap. cum in cunctis de elect.
gloſa pragmat. rub. de collationib. verbo,
idoneis, Rebuff. in praxi, tit. de requiſitis
ad collationem, num. 23. & 24. cum ille 17
D ſolus miniſtrare valeat, cap. nihil eſt de
electione, cap. graue de præbend. & di-
catur ille qui habet ſcientiam, morum
grauitatem, & ætatem requiſitam, dicto 18
cap. cum in cunctis, Scotus in tractatu de
vero, & perfecto clerico, idem Rebuff. in
tractat. de pacif. poſſ. floribus, num. 172.
vel qui non eſt indignus, & talis non cre-
ditur, cap. vno de ſcrutino in ordine fa-
ciendo.

Hinc idoneus non eſt neophitus cui 19
conferri nequit, Gratianus in ſumma 48.
diſtinct. iuxta conſilium Diui Pauli ſcri-

bentis ad ſuum diſcipulum Thimotæum,
ibi. *non neophitum, ne in ſuperbiam elatus in*
20 *iudicium incidat diaboli*, qui dicitur ille qui
nuper ad baptiſmi gratiam peruenit, can.
ſicut neuphitus, illa diſtinct. Couarruuius
in clement. ſi furioſus, parte 1. §. 2. num.
7 concluſ. 1. colum. 2. de humicidio, &
multi alij, de quibus infrà, in diſputat. ſe-
quenti, vbi de criminoſis, & alijs priuatis
ipſo iure, vel priuandis per ſententiam.

21 Hinc idoneus non eſt exterus ad ha-
bendum beneficium in hoc regno Galli-
co, Benedict. in repetit. cap. Raynutius,
verb. & vxorem, num. 482. de teſtament.
Chopinus lib. 1. de dominio Franciæ,
idem Rebuff. in praxi, tit. de reſcriptis
mixtis, num. 7. Charondas in pandectis
iuris Gallici, lib. 2. cap. 8. Gregorius lib.
ſyntagmat. iuris, 42. part. 3. cap. 8. num.
25. dixi vbi de nominationibus regiis, in
præcedenti quæſtione.

22 Et hæc idoneitas debet adeſſe tempore
collationis, gloſa in cap. dudum, 1. verbo,
de electione, Decius in cap. poſt ceſſio-
nem de probationibus, Geminianus in
cap. ei cui de præb. in 6. ideo parochus
cui confertur parochialis Eccleſia, debet
habere 25. annus, ex decreto Concilij
Tridentini, ſeſſione 24. cap. 12. de refor-
matione, alias non debet ei conferri, dicit
textus, in cap. nemo deinceps de electio-
ne, lib. 6.

23 *Libera*, id eſt, ſine pacto, can. quam pio,
1. quæſt. 2. can. ſicut, ibidem, cap. vltimo
de pactis, quia omne pactum in beneficia-
libus horrendum eſt, & turpe, can. per lai-
cos, 16. quæſt. 7. cap. cum pridem de pa-
ctis, Doctores in cap. ex parte de officio
delegati vti ſimoniacum, Oldrad. conſil.
324. num. 5. Corraſius de benef. part. 1.
cap. 8. num. 13. idem Rebuff. in concord.
24 rub. de collat. in principio, vel ſine dimi-
nutione, cap. grauis de cenſibus, tota ru-
brica, vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut.
25 conferant. vel ſine conditione, & modo,
cap. verum de conditionib. appoſit. Pa-
normitan. in cap. extirpandæ de præben-
dis, gloſa in clement. vna, verb. liberè de
renunciat.

26 *Spontanea*, nam collatio debet eſſe in li-
bera voluntate conferentis, gloſa in cle-
ment. vt hi qui de ætate, & tunc dicitur
ſpontanea, quando non carnali affectu
ductus eam fecit collator, ſed dictâte con-
ſcientia, cum ille vt plurimum ad præci-
pitium trahat authorem, dict. cap. graue,
& cap. relatum de præbendis, cap. ad ſup-
plicationem de renunciat. Ioannes Mo-
A nachus in cap. vno de rerum permutatio-
ne, lib. 6.

Qui carnalis affectus diu viguit in re- 27
gno, concordatum in tub. de electionis
derogatione, cap. Michael, de filiis preſ-
byterorum, quemadmodum & ſymonia,
Rebuffus, ibidem, verb. illicitas.

Poteſt tamen collator tutà conſcientia, 28
conferre ſuo nepoti beneficium vacans ſi
nihil canonicum obſiſtat, eumque cæte-
ris expectantibus præferre, Doct. in cap.
1. de cohabitatione clericorum, & mulier.
Panormitan. in cap. dilecto, notab. 1. de
præbend. & patronus laicus præſentare 29
B ſuum filium, vt rectè Archidiaconus in
can. omnino, 10. quæſt. 2. idem Panor-
mitan. in cap. quia clerici de iure patro-
natus, & docui ſuprà, vbi de præſentatio-
ne patroni, in dicta quæſtione 7.

De beneficio, quod largè ſumitur, regula 30
1. & ibi omnes de regul. iuris in 6. cap.
olim de verborum ſignificat. cap. poſtu-
laſti, & ibi Felinus de reſcriptis, gloſa in
cap. liberum de ſepulturis, Doctores in
cap. ſi gratioſè de reſcript. comprehen- 31
dens dignitates, officia, & perſonatus,
cap. ad aures, illo titul. apud Gregorium,
cap. de multa de præbend. gloſa in clem.
C auditor, verb. beneficio, eodem titulo, be- 32
neficia curata, & non curata, ceu ſimplicia,
Abbas in cap. recolentes de ſtatu mona-
chorum, Gomeſ. in regul. de 20. quæſt.
23. & dico infrà, vbi de regulis Cancel-
lariæ.

Vacanti, quod ſolum dari poteſt, toto 33
titulo de conceſſ. præbend. & Eccleſ. va-
cant. non vero non vacans, quod conferri 34
nequit, can. ſi quis Papa, 79. diſtinct. alias
collatio eſt nulla, gloſa in cap. 1. verbo,
eſſet, illo tit. de conceſſ. præbend. Doct.
in cap. finali. §. ſanè, cod. titulo in 6. no-
tatur in cap. cum vos, ibi. *in vacantibus*
Eccleſiis, de officio ordinarij.

Fallit ſi ſit fama vacationis, quo caſu 35
D rectè confertur, gloſa in can. non opor-
tet, de conſecratione, diſtinct. 5. ſed re-
uertente beneficiato collatio eſt nulla,
teſte Card. conſ. 44. pro domino, fallit
2. in caſu inſerto, in cap. poſt electionem
de conceſſ. præbend. vbi poteſt quis ad-
dere iura iuribus, Doctores in cap. inter,
de fide inſtrumentorum.

Ab habente poteſtatem, qualis eſt Sum- 36
mus Pontifex, qui poteſt conferre omnia
beneficia vacantia, cap. propoſuit, illo
tit. de conceſſ. præb. cap. ſi gratioſè de
reſcriptis in 6. cap. 2. & cap. ſi à ſede de
præbend. illo lib. tamquam ordinatius

ordinariorum, Gomeſ. in regul. de non
tollendo ius quæſitum, quæſt. 11. num. 7.
37 Hoſtienſ. in cap. Eccleſia, num. 1. vt lite
non conteſtata, & delegatus Dei, vt dixi
ſuprà, vbi de Summo Pontifice in tribus
primis quæſtionib. diſputat. 1.
Concilium generale dicitur etiam or-
38 dinarius, teſte Panormitano in diſputat. 1.
incipiente Epiſcopus, dubio 4. de Selua
in ſuo tractat. benefic. part. 2. q. 2.
39 Legatus à latere, cap. 1. de electione in
6. cap. 1. de officio legati, illo lib. notatur
in cap. dilecto de præbendis, cap. ſi Apo-
ſtolicæ, illo titulo in 6.
40 Epiſcopus, cap. conquerente de officio
ordinarij, cap. ordinarij, illo titulo in 6.
& ſatis oſtendi ſuprà, vbi de Epiſcopis.
41 Abbates, can. nullus monachus, 18.
qu. 2. cap. ne pro defectu, §. ſtatuimus de
electione, clement. vna de ſupplenda ne-
gligentia prælatorum.
42 Plebanus, can. ſi in plebibus. 63. diſt.
Hoſtienſ. in ſumma, rub. de officio ordi-
narij, §. quis poſſit eſſe ordinarius, & no-
tatur in cap. cum ab Eccleſiarum, illo tit.
43 Et alius inferior, Doct. in cap. decerni-
mus de iudiciis, gloſa in dicto cap. ordina-
rij, cap. mandatum de præbend. in 6. qui
44 poteſt de conſuetudine conferre, cap.
cum Eccleſia de cauſa poſſeſſionis, quæ
conſuetudo validior eſt iure communi,
cui præfertur quando agitur de collatio-
nibus beneficiorum, cap. cum Eccleſia,
vbi Abbas de electione, cap. cum veniſ-
ſent de inſtitutionibus, cap. ea noſcitur
de his quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu
capitul. cap. Abbate, de verborum ſigni-
45 ficat. licet inferiores Epiſcopis nullam ha-
beant ordinariam iuriſdictionem, clem.
1. vt lite pendente, nam territorium, vt
dixi, vbi de Epiſcopis, non eſt de ſubſtan-
tia collationis, Marc. Anth. in cap. vt ani-
marum, num. 72. verſicul. ex his tamen
de conſtitut. in 6. Pariſius in tractat. de
confidentia benef. qu. 28. num. 21.
45 Et hæ collationes ordinariorum, licet
ſint fauorabiles, can. nullus, 16. quæſt. 7.
idem Pariſ. lib. 2. de reſignat. quæſtione
2. num. 6. tamen annullantur interuentu
collationum Pontificiarum, vel anterio-
rum, vel concurrentium, cap. ſi à ſede de
præb. in 6. Rota deciſ. 33. de præb. in antiq.
47 *Intra debitum tempus*, alias prætcrquam
quod ius deuolueretur ad immediatum
ſuperiorem, cap. 2. de conceſſ. præbend.
idem Rebuff. in concord. rub. de collat.
48 in principio, collatio eſſet nulla facto
tempore elapſo, cap. licet de ſupplend.

A negligentia prælatorum, quod eſt ſex
menſium, cap. vno de iure patronatus in
6. à die notitiæ obitus computandorum,
cap. quia, verb. ſemeſtre autem, illo tit.
de conceſſione præbend. gloſa in verb.
computandum, §. viſum de collationibus
in pragmat. probaui ſuperius, vbi de iure
deuolutionis Papalis.
Fallit in Summo Pontificatu, nam Car- 49
dinales debent poſt mortem Summi Pon-
tificis expectare abſentes per decem dies,
quibus elapſis ſiue redierint, ſiue non, de-
bent qui præſentes ſunt palatium ingredi,
& ab eo non diſcedere, quin electio Sum-
mi Pontificis facta fuerit, & publicata,
B quod fieri debet (cæteris omnib. omiſſis)
per rationem deductam, ex cap. vbi peri-
culum de elect. in 6. clement. ne Roma-
mani, illo titul. dignitates vero maiores 50
dari debent regulariter intra tres menſes,
cap. ne pro defectu, illo titul. de electio-
ne, apud Gregorium.
Beneficia vacantia in curia conferuntur 51
poſt menſem Papæ, ex conſtitutione Pon-
tificia, de quo in cap. ſtatutum de præb.
in 6. cætera autem quæcumque benefi- 52
cia conferuntur regulariter intra ſeme-
ſtre, vt dictum manet, cap. finali de ſup-
plend. neglig. prælator. dict. cap. vno,
Panormit. in cap. cum noſtris, notab. 2.
C de conceſſ. præbendæ, Ioannes Andræas
in cap. ſi Apoſtolicæ de præbend. in 6.
præter beneficia iuris patronatus laici, 53
quæ dari debent intra quadrimeſtre, dicto
cap. vno, & dixi vbi de iure deuolutionis
pontificiæ, ſed nequid deſit in hac mate-
ria, in qua quotidie verſamur, appono hic
formulam collationis ordinariæ.

Formula collationis ab Ordinariis facienda.

D IOANNES *Dei, & Sanctæ Sedis Apo-*
ſtolica gratia Epiſcopus, & dominus Lodo- 54
uenſis, Comes Montisbruni, dilecto nobis in
Chriſto, Stephano N. Clerico noſtræ diœceſis,
ſalutem in Domino: Literarum ſcientia, mo-
rum grauitas, ætatis maturitas, aliaque vir-
tutum merita, quibus te inſignitum nouimus,
nos inducunt, vt tibi, ad gratiam liberales
reddamur: Cum itaque Prioratus ſimplex de
Rouiniaco huiuſce noſtræ diœceſis, quem quon-
dam pacificè poſſidebat Petrus Archimbaud
ad præſens vacet, & vacare noſcatur per obi-
tum dicti Archimbaud. Cuius quidem Prio-
ratus collatio, donatio, prouiſio, & omnimoda
diſpoſitio ad nos vti diœceſanum Epiſcopum

iure ordinario ſpectat, & pertinet, ſpectare, & A
pertinere dignoſcitur, tibi dicto Stephano N.
præſenti & acceptanti, ſufficienti ætate, & ido-
neo doctrina reperto, Catholicamque fidem
profeſſo, iuxta decretum ſacroſancti Concilij
Tridentini, dictum Prioratum modo præmiſſo
vacantem, donauimus, & contulimus, dona-
mus, & conferimus. Mandantes primo pres-
bytero nobis ſubdito, & non ligato, quatenus
te, vel procuratorem tuum tuo nomine in
poſſeſſionem realem, & actualem dicti Priora-
tus ponat, & inducat, in vim harum noſtra-
rum collationis literarum, quas manu noſtra
ſignatas, & ſigillo noſtri Epiſcopatus muni-
tas, tibi per ſecretarium noſtrum infrà ſcri-
ptum expediri fecimus. Actum Lodouæ in B
domo noſtra Epiſcopali, die vigeſimo octauo
menſis N. præſentibus magiſtris ſignatis in
originali. Similem habes formulam in
praxi beneficiali Rebuffi, in titul. de re-
quiſitis ad collationem, in principio, quæ
formula quinque habet partes.

Prima eſt in nomine Epiſcopi, quod de-
bet inſeri, vt ſciatur quiſnam conferat,
can. in nomine Domini, diſtinct. 75. cap.
ego N. de iure iurando, 2. in ſalute quam
55 impartitur collator, ei cui confert iuxta
illud, ſalutamini inuicem in charitate non
ficta, quod benè ſeruat Summus Pontifex
56 qui de ſtylo ſalutat eum ad quem ſcribit, C
vt patet in proœmio decretalium, 6. &
notatur in clement. vltima, de ſentent.
excommunicat. can. rectius, ibi. *ſalutatio-*
nis alloquio præmiſſo, Rebuffus in forma
mandati, in principio, in concordato, cum
regis pacifici, & veri Salomonis locum te-
neat, cap. per venerabilem, qui filij ſint
legitimi in antiqua, cap. inter de tranſla-
tione Epiſcop. & qui ideo pacificus eſt, &
dulcis, cap. cum dilecti filij de donationi-
bus, cap. cum dilectus de ſucceſſionibus,
ab inteſtat. cap. 1. de Purificatione poſt
partum in antiqua, per quam tamen ſalu-
57 tationem non abſoluit ſalutatum ab in-
curſis cenſuris, cap. ſi aliquando de ſen-
tentia excommunicat. gloſa in illo proœ- D
mio decretal. verb. ſalutem, ſed benè per
verbum, *te abſoluentes*, poſitum in fine li-
terarum, vt dico infrà.

Debetque prima litera eſſe cum magno
charactere, ex Speculat. in tub. de reſcri-
ptis, §. 1. igitur, colum. 3. verſic. & quo-
niam ex forma, alias nun faceret fidem,
58 teſte Felino, in cap. ex parte, num. 11. illo
tit. de reſcriptis, tertio debet exprimi cau-
59 ſa, propter quam fit collatio, quæ debet
eſſe iuſta, qualis eſt bona vita, cap. eam te
de ætate, nam vir bonus eſt amandus, di-
cit textus in cap. ex parte de clerico ægro-
tante, contrarium dicendum de carnali 60
affectu, qui numquam fuit, nec erit iuſta
cauſa conferendi, cap. niſi de renunciat.
in antiq. cap. 1. de præbend. 2. meritum 61
perſonæ eſt iuſta cauſa conferendi, cap. in-
telleximus, ibi. *per tuorum exigentiam me-*
ritorum, illo titulo de ætate, quod ſemper
præſumitur durare, vt dicitur ibidem, vt 62
de bonitate dictum fuit ſuprà, Barbat.
conſ. 77. in principio, lib. 4. per textum
ſingularem, in dict. cap. intelleximus, ibi.
cum ex tranſacta vita didicerimus, quid de
ſubſequenti eius conuerſatione præſumere de-
beamus, quæ ſemper præſumitur durare,
vti à natura inſita homini, cap. vltimo, in
fine, de præſumptionibus, Pariſius lib. 10.
quæſt. 3. num. 63. gloſa in cap. ſi fortè,
de elect. in 6. & notatur in cap. vno de
ſcrutinio in ordine faciendo. 3. literatura 63
præbet iuſtam cauſam conferendi, cap.
vltimo de ætate, cap. cum in cunctis de
electione, quæ tamen non præſumitur, 64
niſi probetur, vt dixi ſuprà, Felinus in di-
cto cap. de præſumptionibus, Maſcardus
de probationibus in nouis, & deciſ. 17. de
conceſſ. præbend. illo lib. idem Maſcar- 65
dus vbi ſuprà, concluſ. 877. & eſt com-
munis opinio Doctorum, in dict. cap. ſi
fortè non enim naſcimur docti, ſi naſca- 66
mur boni, cap. dudum de præſumptioni-
bus, gloſa in cap. præſentium, verb. iura-
mento de teſtibus.

Et hæc merita, fundata in bona vita, & 67
literatura (vt probatum manet) & quæ
miniſtrant iuſtam auſam conferendi, ex
cap. innotuit, ibi. *dummodo ſibi vita meri-*
ta ſuffragantur, de elect. in antiq. debent
adeſſe à principio, & tempore collatio-
nis, vt ſatis fuſius manet oſtenſum, & eſt
textus ſingularis, in cap. dudum, 1. ibi.
cum electionis tempore pateretur, vel in ordi- 68
nibus, vel in ſcientia, vel in ætate defectum,
ibidem, cum debeant inſeri in quacum-
que prouiſione, cap. ſuper literis de re-
ſcript. idem Pariſ. lib. 8. reſignat. benef.
quæſt. 7. num. 116. ſicuti cauſa impulſi-
ua conceſſionis, cap. niſi eſſent, & cap.
graue de præbendis.

Quarto modus prouiſionis, cap. ſuſce- 69
ptum de reſcript. in 6. debent enim om-
nes ordinarij exprimere modum, quo va-
cat beneficium, Doctores iuncta gloſa, in
cap. 2. de præb. illo libr. nomen eius per
cuius obitum, vel eius ceſſum vacat be-
neficium, cap. ſignificante, col. 1. de re-
ſcriptis, nomen ſancti, in cuius hono-
rem fundata eſt Eccleſia, gloſa in cap.

quamuis, illo titulo de præbend. & libro ſexto.

70 Quinto, data, vt ſeruatur de ſtylo Curiæ Romanæ, & patet ex data 6. ante cuius poſitionem mandatur perſonis Eccle-
71 ſiaſticis, vt collatarium in poſſeſſionem inducant, cum nemo poſſit propria authoritate poſſeſſionem capere ex ſola collatione, per quam non transfertur poſſeſſio, cap. cum Bertholdus de re iudicata, Rebuffus in concordatis, rub. forma mandati Apoſtolici, & hæc immiſſio in poſſeſſio-
72 nem eſt Archidiaconorum de iure communi, vt probaui ſuprà, vbi de iure patronatus, ſed generalis conſuetudo regni aliis dedit talem facultatem inſtituendi, Ioannes de Selua in ſuo tractatu benef. part. 3. quæſt. 15. idem Rebuffus in praxi, tit. de
73 immiſſione in poſſeſſionem, Pariſius lib. 8. quæſt. 9. num. 58.

74 An autem adhibeatur fides collationib. Epiſcoporum. Reſpond. affirmatiuè, dummodo duo teſtes interueniant, alias non, ita communiter Doctores, teſte Aretino, in cap. poſt ceſſionem, colum. 2. de probationibus, maximè quando agitur de præiudicio, 3. Rota deciſ. 157. lib. 1. in manuſcriptis, & quod talis collatio facta ab ordinario ſine teſtibus, nulla ſit, fuit iudicatum Pariſiis, die 7. Iunij, anno 1527. teſte eodem Rebuffo, ibi, iuxta ſententiam Archidiaconi, in cap. vt circa, col. 2. verſic. inſtrumento publico de electione in 6. debent enim fieri palam collatio-
75 nes, non priuatim, & intra domeſticos parietes, can. clericus, 81. diſtinct. cap. vno, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, alias (vt probatum manet) reprobarentur, ſicut electiones clandeſtinæ, cap. quia propter. §. vltimo de electione, apud Gregorium, ex quibus omnibus datur intelligere ea omnia quæ ſunt neceſſaria ad habendam collationem cum effectu, t. enim requiritur, vt
76 collatio facta fuerit ab habente poteſtatem, reſoluto quippe iure dantis, reſoluitur, & ius accipientis, regul. nemo poteſt de regulis iuris in 6. qui dicitur ille, qui eſt in poſſeſſione conferendi, cap. cum acceſſiſſent de inſtitutionibus, vel qui non habet talem facultatem ſuſpenſam, & interdictam à iure, vel ab homine, ob v. g. excommunicationem incurſam, textus eſt, & caſus ſingularis, in cap. tanta, vbi dominus Gregorius IX. irritat, omnes quaſcumque collationes ab Epiſcopo Bracarenſi factas tempore interdicti, de exceſſibus prælator. Doctores in cap. cum

A inter. per illum textum de electione, Benedictus in reperit. cap. Raynutius, verb. mortuo, 1. nu. 285. de teſtamentis, etiam ſi collator ignoret cenſuram, gloſa in cap. penultimo, de clerico excommunicat. miniſtrante, & volunt omnes Canoniſtæ, in cap. paſtoralis, §. verum de appellationibus, dummodo talis ignorantia non fuerit craſſa, dicit textus in cap. cum ſit. ibidem, vide quæ diximus ſuprà, vbi diximus, quod non ſolum collator ligatus non poteſt per ſe conferre, ſed nec per alium, clement. religioſus de procuratoribus, ratio autem cur ignorantia nihil faciat, eſt quia inter publicũ, & occultum excommuni-
B catum nullum eſt diſcrimen in his quæ ſpectant ad iuriſdictionem voluntariam, ſed bene quoad inuoluntariam, & contentioſam, vt dico vbi de foro contentioſo, & ibi doceo, valere ſententiam latam à iudice ignorante cenſuras, Doctores in cap. ad probandum de iudiciis.

Non poteſt tamen Epiſcopus ligatus 77
conferre ordines, quia non eſt in Eccleſia, ergo non poteſt in ea ſociare, cap. 1. de eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit, cum nemo det, quod non habet, cap. veniens de præſcriptionibus.

2. Debet collatio facta fuiſſe ſine pacto,
C conditione, & modo, cap. in electionibus de electione in 6. alias vt ſymoniaca reprobaretur, extrauag. cum deteſtabile de ſymonia in communibus.

3. Sine diminutione, quod facit contra quoſdam collatores, qui retinent penes ſe partem fructuum beneficiorum, quæ conferunt, vel ea in fine tantum ſemeſtris conferũt, vt lucrentur fructus, ſed punietur eorum auaritia, radix omnium malorum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi, cap. auaritiæ de præbendis, cap. auaritiæ de elect. in 6.

4. Vt fiat collatio intra tempus iuris, vt ſatis fusè patefecimus, alias collatio eſſet
D nulla, gloſa in cap. finali, verb. irritam de ſupplend. neglig. prælatorum.

5. Vt libera ſit, & ſpontanea, cum collatio ſit donatio, cap. poſtulaſtis, ibi. *quod cum ad vos, & Archiepiſcopum veſtrum ſimul donatio præbendarum Eccleſiæ veſtræ pertineat*, de conceſſione præbendæ, quæ non valet, ſi non fuerit facta in plena libertate, toto titulo de donationibus.

Vltimo, notandum eſt parum inſeruire 78
collationem non acceptatam, vt volunt Doctores, in cap. ſi tibi de præbend. in 6. per ſumptam poſſeſſionem, per quam ſo- 79
lam ius in beneficio quæri certiſſimum

eſt, cap. vlt. de conceſſ. præb. illo lib.

80 Et hæc immiſſio in poſſeſſionem definitur, *beneficiati inſtallatio in propria ſede, ab habente poteſtatem, intra debitum tempus facta, in vim gratiæ ordinarij.*

Beneficiati, licet enim ſola collatio faciat quem beneficiatum, vt vult gloſa communiter approbata, in cap. penult. verb.
81 collatio de præbendis in 6. per quam datur ius ad beneficium, cap. vltimo de conceſſ. præbendæ, tamen ante ſumptam poſſeſſionem, tale ius dicitur eſſe in ſuſpenſo, vt dicit textus in dict. cap. ſi tibi abſenti, vbi dicitur tale ius non eſſe plenum, ſed perfici, & adimpleri per immiſſionem, vt fuit iudicatum Tholozæ, anno 1630. in menſe Februario, ab vltima Camera Inquiſitionum, in vna cauſa beneficiali præbendæ non Canonicalis Eccleſiæ Narbonenſis, per quod arreſtum dictum fuit Canonicum hebdomadarium, qui contulerat beneficium Titio ab eo non acceptatum ante mortem, poſſe illud repetere, & alteri de nouo conferre.

82 *Inſtallatio*, quæ non confertur per collationem, gloſa in cap. per tuas, verb. in poſſeſſione de donationibus, cap. ex ore de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu cap. & quæ inſtallatio fieri debet à Cano-
83 nicis in propria ſede chori, capituli, lectione Euangelij, oſculo Epiſcopi, cap. cum ſuper de conceſſione præbendæ, notatur in cap. dilecto de præbendis, Rebuffus in concordat. §. 1. verb. Canonicatum, rub. de collationibus.

84 *Ab habente poteſtatem*, qualis eſt executor Apoſtolicus, cap. dilectus filius, ibi. *eundem Clericum in Canonicum recipi faciatis*, illo tit. de præb.

85 *Intra debitum tempus*, quod à iure præfixum non eſt, Panormitan. in cap. capitulum, colum. penultima de reſcriptis, licet ſit in Gallia vnus annus ad talem poſſeſſionem capiendam, dicit Boerius in deciſionibus Burdigalenſibus, quæſt. 312. ſed intra quod, idem Rebuffus in illo concordato, rub. forma mandati Apoſtolici,
86 verb. inducentis, niſi per reſignationem facta fuerit collatio ordinarij, quo caſu debet publicari intra menſem, & intra ſemeſtre, ſi à Papa emanauerit, per regulam 34. Cancellariæ de publicand. vel niſi tempus ab ſtatuto præſcriptum fuerit, à quo non eſt recedendum, ſub pœna nullitatis prouiſionis, cap. cum dilecta de reſcriptis: ideo ſeruandum eſt tempus præ-

A fixum à noſtra Bulla Iuliana, quoad poſſeſſionem præbendarum, tam Canonicalium, quàm hebdomadalium, & aliarum inferiorum.

In vim gratiæ, quæ eſt actus realiter di- 87
ſtinctus à tali immiſſione, niſi emanauerit ab habente poteſtatem conferendi, & immittendi, cap. 2. de renunciat. cap. authoritate, & ibi Abbas de inſtitutionib.

In propria ſede, nulla ſcilicet cauſa legi- 88
tima impediente talem inſtallationem corporalem, nam tempore belli, vel peſtis poſſet fieri publicatio in loco viciniori beneficij, vel ad aſpectum campanilis Ec- B cleſiæ, Peleus lib. 1. actuum forenſ. & dico in illa regula de publicand.

Quare dic quod iſta poſſeſſio mirabiles 89
producit effectus, nam primo qui eſt in poſſeſſione conferendi, licet non ſit verus 90
collator, poteſt tamen valide conferre, donec ei ius conferendi cuiquam fuerit per ſententiam, cap. querelam de elect. cap. cum olim de cauſa poſſeſſionis, cap. conſultationibus, vbi gloſa, verb. credebatur, de iure patronatus, Capella Tholozana, deciſ. 107. Rota deciſione 14, de præbend. in nouis, & vltimus ſtatus hic conſideratur, quemadmodum & in iure patronatus, gloſa in cap. cum Eccleſia, C verb. vltimo, illo titulo de cauſa poſſeſſionis, vbi dixi, quod vltima nominatio 91
ſortita effectum fundat iſtam poſſeſſionem, vt dicit etiam illa gloſa ibi, verbo, trium, Decius conſ. 126. & eſt communis opinio, teſte Pariſio, lib. 7. quæſtione 23. nu. 41. 2. in pari caſu potior eſt con- 92
ditio poſſidentis, dicit textus, in cap. ſi à ſede de præbend. in 6. regula in pari caſu de regulis iuris in 6. cum præſumatur quod is qui poſſidet, priorem habuerit collationem, & ideo veniat præferendus, Rebuffus in tract. de pacificis poſſeſſorib. num. 297. 3. ante ſumptam poſſeſ- 93
D ſionem non poteſt prouiſus miniſtrare in beneficio ſibi collato, Panormitanus in cap. tranſmiſſa, col. 3. de electione, Nicolaus Millius in verbo, poſſeſſio beneficij, eadem Capella Tholozana, qu. 443. Ioan. de Selua in ſuo tract. benefic. parte 2. q. 15. nec ideo poteſt percipere fructus, 94
vt ſeruatur de praxi, Rota deciſ. 10. nu. 1. de præb. in antiq. idem Rebuff. in praxi, tit. de immiſſione in poſſeſſionem, nu. 11. & 12. vltim. ſufficit ſpoliato, docere de ſua 95
poſſeſſione adhoc vt reſtituatur, Innoc. in cap. ex literis de reſtitut. ſpoliat.

Digitized by Google

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VLTIMÆ.

1. *Beneficia acquiruntur per indulta.*
2. *Indultum Apoſtolicum, quid ſit.*
3. *Summus Pontifex poteſt dare inferioribus poteſtatem conferendi.*
4. *Indultum datur ſublimioribus perſonis, & eminenti in dignitate conſtitutis.*
5. *Indulta vt plurimum dantur Eminentiſſimis Cardinalibus.*
6. *Indultum datum Cardinali conferendi omnia beneficia alicuius diœceſi, vacantia etiam in Curia, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum non impedit, quominus eadem beneficia reſignari poſſint in manibus Papæ.*
7. *Ratio hic inſeritur de prompta ex penetrabilis iuris Canonici.*
8. *Summus Pontifex poteſt pro beneplacito derrogare omnibus quibuſcumque indultis.*
9. *Clauſulæ generales non præiudicant indultis Eminentiſſimorum Cardinalium.*
10. *Indultum datum ordinario, vt nullus conferat ſua beneficia, non extenditur ad beneficia, quæ ipſe Epiſcopus confert ſimul cum ſuo Capitulo, niſi id expreſſè caueatur.*
11. *Indultum Regis Chriſtianiſſimi quodnam ſit.*
12. *Laici conferunt ex ſola gratia Papali.*
13. *Laici non poſſunt de iure conferre.*
14. *Formula indulti regij hic apponitur.*
15. *Subſtantialia reſcriptorum regiorum hic inſeruntur.*
16. *Rex Chriſtianiſſimus nullum alium recognoſcit ſuperiorem in terris, niſi ſolum Deum in temporalibus.*
17. *Data indulti, ſemper venit inſpicienda.*
18. *Indultum regium eſt mandatum de prouidendo.* A
19. *Magnum Regis Conſilium agnoſcit de cauſis orientibus ex indultis ex conceſſione regia.*
20. *Vnde nam ortum habuerint indulta regia, hic dicitur.*
21. *Reges Chriſtianiſſimi ſemper fuerunt commendati maxima pietate, & deuotione, erga Sanctam Sedem.*
22. *Vnico tantum indulto regio poteſt grauari quilibet ordinarius regni, in vita cuiuſlibet Regis Chriſtianiſſimi.*
23. *Capitula Cathedralia poſſunt grauari indultis, ad quamcumque Regis Chriſtianiſſimi mutationem.*
24. *Neceſſaria hic inſeruntur, ad habendum indultum cum effectu.*
25. *Facta ſemel notificatione indulti, & requiſitione indultarij, non poteſt Papa præuenire.*
26. *Nominatio regia, vt liget, debet inſeri in regiſtris Eccleſiaſticis.*
27. *In caſu concurſus indultariorum, graduatorum, & mandatariorum, mandatarij præferuntur.*
28. *In caſu concurſus indultarij, & graduati, indultarius præferri debet.*
29. *Indultum de quo, in cap. ſi propter de reſcript. in 6. non habet locum in Cathedrali Eccleſia Lodouenſi.*
30. *Indulta cadunt in omnibus beneficiis, in quibus cadunt nominationes vniuerſitatum.*
31. *Rex Chriſtianiſſimus nominat ad vnam præbēdam Canonicalem in qualibet Eccleſia Cathedrali. & Metropolitana regni, ratione ſuæ promotionis ad Coronam, quæ dicitur Gallicè,* ioyeux aduenement à la Couronne.
32. *Rex Chriſtianiſſimus nominat ad primam præbendam vacantem poſt præſtitum ab Epiſcopo nouiter prouiſo fidelitatis ſacramentum.*
33. *Rex Chriſtianiſſimus confert etiam pleno iure beneficia quæ ſunt de fundatione regia.*
34. *Indultum datum Cardinali ad conferenda beneficia in menſibus ordinarij, non ligat ordinarium (literis non confectis.)*

QVÆSTIO VLTIMA.

De Indultis Pontificiis datis, tum Regibus, tum Eminentiſſimis Cardinalibus.

ACquiri beneficia per indulta, videmus quotidie in noſtris Capitulis, vbi fiunt notificationes eorundem, de his ergo ſupereſt dicendum in hac quæſtione, quare ſit. 1

ASSERTIO vna, Indultum Pontificium, vt hic ſumitur, *nihil aliud eſt quam reſcriptum emanans à Summo Pontifice, quo dat inferioribus poteſtatem conferendi, vel ſua, vel aliena beneficia.* Dixi, *à Summo Pontifice*, qui ſolus poteſt dare inferioribus poteſtatem conferendi aliena beneficia, cap. 3. de inſtitutionibus, ſupra quæ ſolus habet omnimodam poteſtatem, cap. propoſuit de conceſſione præbend. in 6. clement. 1. vt lite pendente, gloſa in cap. fœlicis de pœnis, illo lib. 6. §. vlt. Doctores in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus, 2 3

tionibus, facit quæ diximus ſuprà, vbi de
poteſtate Papæ, ſupra res, & perſonas Ec-
cleſiaſticas, quæſtione 2. diſputat. pri-
ma, in qua oſtendimus Romanum Pon-
tificem dediſſe inferioribus poteſtatem
conferendi, ergo poteſt pro libito ean-
dem reuocare, cum per quaſcumque cau-
ſas res naſcitur, per eas, & diſſoluatur, re-
gul. per quaſcumque de regul. iuris in 6.
præſertim cum penes ſe maiorem reti-
nuerit poteſtatem conferendi, vel per ſe,
vel per alios, dicit textus in cap. dudum
4 de præbendis in 6. quibus ratio dictat
concedere indulta ad hunc effectum vti
Regibus, & Principibus, tum ſecularib.
cap. de multa de præbendis, clement. vna
de baptiſmo, Doct. in extrauag. execra-
bilis, illo titulo de præbendis in extraua-
gantibus, Ioannes 22. tum Eccleſiaſticis,
5 quales ſunt Eminentiſſimi Cardinales,
Ægidius deciſione 222. Gomes in regu-
la de impetratione benefic. vacantium
per obitũ familiarium Card. Pariſ. lib. 7.
de reſignatione beneficiali, quæſtione 28.
num. 7. quibus ſemper fauere voluerunt
Summi Pontifices, cap. 2. de legatis in 6.
Bellam. deciſ. 622. in principio, tum in-
dulgendo eis, vt poſſint liberè conferre
in menſibus Papæ, & ordinariorum, idem
Gomeſ. in proœmio regular. Cancellar.
tum impediendo, quominus cæteri con-
ferant beneficia ſuorum familiarium, vt
eſt in textu dictæ regulæ, quæ eſt Grego-
rij XI. & quæ vult non poſſe impetrari
beneficium vacans per obitum familiaris
Cardinalis, ipſis inſciis, alias omnis colla-
tio nulla ſit, ibi. *alias deſuper gratia ſit
nulla.*

6 Hinc indultum Eminentiſſimi Cardi-
nalis, quo poteſt conferre beneficia in
aliqua diœceſi, ligat manus ordinarij, vt
eſt communis, & vera opinio, nemine
diſcrepante, ſed non ligat manus Summi
Pontificis, licet tale indultum extendatur
ad beneficia etiam vacantia in Curia, *cum
clauſula, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum*,
qua nonobſtante poſſunt talia beneficia
reſignari in Curia, vel ſimpliciter, vel in
7 fauorem. 1. quia Summus Pontifex con-
cedendo aliis facultatem conferendi,
numquam intendit ſe priuare eadem fa-
cultate, dicto cap. dudum, 2. quia per re-
ſignationem in Curia beneficium dicitur
affectum, & reſeruatum, Rota deciſione
16. de rerum permutat. in antiq. & de-
ciſione 25. de conceſſione præbend. illo
lib. ſed indultum non habet locum in re-
ſeruatis, teſte illa Rota, in deciſione pri-
A ma, illo titulo de rerum permutatione in
nouis, ergo nec in illo reſignato in Cu-
ria.

Amplia hoc tam verum, vt non ſit opus 8
vlla derrogatione in hoc caſu, ſecus in
alio, vt quando vult derrogare indultis à
ſe, vel à prædeceſſoribus ſuis conceſſis,
cap. innotuit de electione, tunc enim der- 9
rogatio expreſſa requiritur, præſertim
quando agitur de præiudicio Eminentiſ-
ſimorum Cardinalium, Felinus in cap.
cum ordinem de reſcriptis, Rebuffus in
concordat. rub. forma mandati Apoſto-
lici, verb. indultum, nec ſufficeret clau-
B ſula hæc, *nonobſtantibus indultis, & priui-
legiis quibuſcumque, etiam ſi ſit de eo ſpe-
cialis mentio facienda*, quidquid dicant
Gomes in illo proœmio regular. Cancel-
lar. & idem Rebuffus vbi ſuprà, propter
rationem poſitam in quæſtione 4. illa diſ-
putatione prima, in qua egimus de priui-
legiis Eminentiſſimorum Cardinalium,
quos diximus debere nominari, cum ſint
ſpeciali notatu digni, cap. 3. de officio vi-
carij in 6.

Quæres an indultum datum ordinario, 10
vt nullus conferat ſua beneficia exten-
datur ad ea, quæ ſunt de collatione Epi-
ſcopi, & Capituli ſimul, iuxta notata in
C cap. poſtulaſtis de conceſſione præbend.
Reſpond. negatiuè, cum non ſit veriſſimi-
le velle Summum Pontificem grauare
tertium, ex tali indulgentia ſine cauſa,
de Ripa conſ. 34. indultum lib. 2. reſpon-
ſionum, cap. 23. niſi id expreſsè dicat in li-
teris, cap. ex generali de regul. iuris in
ſexto.

Quæres 2. quid ſit indultum regium. 11
Reſp. quod eſt reſcriptum Pontificium
Regi Chriſtianiſſimo conceſſum, quo po-
teſt dictus dominus Rex nominare ſuos
officiarios collatoribus Eccleſiaſticis in-
ſtituendos ad beneficia ducentarum ad
minus librarum, vel eſt *reſcriptum Regium* 12
D *in fauorem officiariorum conceſſum in vim
Papalis gratiæ, ad futura beneficia tendens
attingentia ducentas libras in reditu annuo*,
dixi, *in vim Papalis gratiæ*, quia ex ſola
gratia Papali laici conferunt, gloſa in can.
imperium, 10. diſtinct. cap. dilectus, 3. de
præb. Oldrad. conſ. 1. vero de iure, gloſa
in ſumma, 16. qu. 7. licet per tale indul- 13
tum dominus Rex non conferat, ſed man-
det tantum conferri in vim illius, cuius en
formula.

Formula indulti Regij.

14 *LVDOVICVS Dei gratia Francorum
Rex, & Nauarraorum, dilectis noſtris
Archidiacono, Capitulo. & Canonicis Eccleſia
Cathedralis Lodouenſis, tam coniunctim,
quàm diuiſim, ſalutem: Cum iuxta faculta-
tem nobis à ſede Apoſtolica conceſſam in fa-
uorem officiariorum noſtrorum Cancellary,
Praſidum, & Conſiliariorum noſtrorum ſu-
prema noſtra Curia Parlamenti Pariſienſis,
nobis liceat nominare ad beneficia ad colla-
tionem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ab-
batum, Capitulorum, & aliorum quorumcum-
que collatorum huiuſce noſtri Imperij Gallici* B
*pertinentia, vſque ad valorem ducentarum
librarum incluſiuè dictos officiarios, vel alios,
quos ab eis nominari contigerit, iuxta breue
Apoſtolicum, Bullamque Pauli III. qua
incipit,* Paulus, &c. *cúmque dilectus N. in
noſtra dicta Curia Conſiliarius, nos ſupplica-
uerit, quatenus nominationem de ſua perſona
vobis facere dignaremur, volentes dictis eius
petitis ſatisfacere, eius precibus innuentes,
debite certificati de bona vita, clericatu, mo-
rumque probitate dicti N. eum vobis nomi-
nauimus, & praſentauimus, cumque per pra-
ſentes nominamus, & praſentamus: Man-
dantes quatenus dicta Sedis, & noſtris man-* C
*datis obtemperantes, tam coniunctim, quàm
diuiſim dicto N. prouideri faciatis de primo
beneficio vacaturo ad veſtram collationem,
tam coniunctim, quàm diuiſim (vt dictum
eſt) pertinente, poſt inthimationem harum
noſtrarum literarum: ita tamen, vt cogi non
poſsit, ſi nolit dictus N. acceptare beneficium,
cuius reditus non aſcendat ad dictum valo-
rem ducentarum librarum turonenſium, dedu-
ctis omnibus oneribus, ita enim nobis placet,
nonobſtantibus ordinationibus, conſtitutioni-
bus, edictis, & alits literis contrariis quibuſ-
cumque. Datum Pariſiis, die 25. Aprilis, an-
no Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrage-
ſimo quinto, imperij noſtri anno, &c.*

15 Ex hac formula vides illa, quæ ſunt ſub- D
ſtantialia nomen Principis nominantis,
can. ego Ludouicus, 63. diſtinct. qui ſe
16 vocat Regem Dei gratia, quem ſolum re-
cognoſcit ſuperiorem, non vero vllum
hominem, vt Imperatorem, nec alium
quemcumque Principem, vt benè agno-
uit dominus Innocentius III. in ſua de-
cretali per venerabilem, ibi. *inſuper cum
Rex ſuperiorem in temporalib. minimè reco-
gnoſcat.* qui filij ſint legitimi, & vltimo da-
17 ta literarum quæ ſemper attendi debet,
cap. conſtitutus de reſcript. & cap. penult.

A illo tit. in 6. nam qui potior eſt tempore,
potior eſt iure, regula qui prior de regulis
iuris, illo libro.

Ex his nota indultum Regium eſſe mã- 18
datum de prouidendo, cap. mandatum de
præb. in 6. & teneri ordinarios conferre
talibus officiariis, vel ab eis nominatis,
iuxtam Bullam Eugenij IV. vt ſæpius
fuit à magno Regis Conſilio, cui per edi- 19
ctum attribuita fuit facultas agnoſcendi
de talibus indultis & cauſis in vim illo-
rum ortis.

Quæres vnde nam ortum habuerit hoc 20
indultũ. Reſp. à dicto Eugenio IV. Sũmo
Pontifice, anno 1434. regnante Carolo
B VII. vt videre eſt ex Bulla Paulina, qua
Paulus III. Summus Pontifex dicti præ-
deceſſoris ſui Eugenij gratiam conceſſam
Carolo VII. confirmat in fauorem Fran-
ciſci I. per hæc verba: *Decet Romanum
Pontificem ea qua à ſuis prædeceſſoribus Ro-
manis Pontificibus perſonis bene meritis, præ-
ſertim ſupremarum Chriſtianorum Regum
Curiarum in iuſtitia miniſtranda operam
ſuam diligenti ſtudio omni tempore impen-
dentibus gratioſa conceſſa fuerunt approbare,
& innouare, prout in duo conſpicit ſalubriter
expedire.* cum enim dictus Franciſcus I.
Galliarum Rex, dictum dominum noſtrũ
C Paulum III. in vrbe Nicæna, pro tunc
exiſtentem officij cauſa adiiſſet, donatus
fuit ab illo tali facultare in memoriam
ſuæ pietatis erga Sedem, qua ſemper com- 21
mendati fuere omnes Reges Galliæ, vt
videre eſt in can. Adrianus, can. ſynodo,
& can. ego Ludouicus, 63. diſtinct.

Quæres 2. quot indultis Regiis poſſit 22
grauari in vita collator. Reſpond. vnico
tantum, quia cum ſint odioſa hæc indul-
ta, debent reſtringi, cap. odia de reg. iuris
in 6. id vult edictum Regium, per hæc
verba, *ne pourrons, &c.*

Dices quid dicendum de Capitulis, quæ 23
numquam mori cenſentur. Reſp. Hen-
ricum II. per ſuam conſtitutionem anni
D 1550. decreuiſſe ad quamcumque Regis
mutationem vnico tantũ grauari indulto
poſſe quodlibet capitulum; & ita ſeruari
de praxi certiſſimum eſt, teſte Molinæo
ſup. reg. Cancell. de infirm. reſignant.
num. 241.

Quæres 3. an hæc indulta habeant 24
vim legis perfectæ. Reſpond. affirmatiuè,
dummodo ſequentia concurrant, quod
non poteſt dici de mandatis Apoſtolicis,
non habentibus clauſulam reſcindentem,
quæ non ita ligant ordinarios, vt non te-
neant aliis factæ collationes, dicit textus

in cap. ſi ſoli de conceſſione præbendæ A
in ſexto, & docuimus ſuprà, vbi de dictis
mandatis Apoſtolicis, in diſputatione
prima, quæſtione tertia, 1. requiritur, vt
nominatio fiat à Rege, cuius Majeſtati
hæc facultas tantum data fuit, can. pri-
uilegia, diſtinctione 3. nam Reges potiſ-
ſimum de fide Catholica bene meriti de-
bent maioribus beneficiis honorari, cap.
de multa de præbendis. 2. debet fieri in-
ſinuatio nominationis, Eccleſiaſticis col-
latoribus, cap. tibi qui de reſcript. in 6.
vt ſciant collatores quibuſnam habeant
conferre, alias iuſta eis eſſet cauſa igno-
randi, argumento deducto, ex cap. ſi B
clericus de præbendis, illo libro, Peleus
libro 1. actuum forenſium, art. 6. imo
valeret alteri facta collatio, quam indul-
tario, cap. 1. de conceſſione præbendæ,
eodem libro, 3. vt talis notificatio in-
dulti fiat coram notario, & duobus te-
ſtibus ſubſcriptis in proceſſu verbali, vti
ſeruatur de praxi in hoc regno, 4. vt fiat
generalis notificatio, & requiſitio ante
vacationem beneficij, 5. vt peculiaris, &
ſpecialis fiat de nouo poſt vacationem
beneficij, per quam requiſitionem ius
ad beneficium quæritur indultario, Go-
meſ. in regula de non tollendo ius quæ-
ſitum, colum. 14. verſiculo 2. cum per
gratiam expectatiuam quæratur ius ad C
rem expectánti, Zabarella in clement.
auditor de reſcriptis, ſed indultum eſt
gratia expectatiua, vt probatum manet.
ex ſuperioribus, ergo.

25 Hinc facta ſemel illa requiſitione ſpe-
cifica, non poteſt Summus Pontifex præ-
uenire probatur, ibi non eſt præuentio
pontificia, vbi collatio Papæ non præit
re integra, veritas iſtius maioris patet ex
dictis, vbi de iure præuentionis, in illa
prima diſputatione, quæſtione 2. Rebuf-
fus in concordat. rub. de mandatis Apo-
ſtolicis, §. declarantes, verbo, iure præ-
uentionis, ſed hoc caſu res non eſt inte- D
gra, in qua (ex ſuppoſitione) requiſitio in-
dultarij facta fuit, ergo, vltimo debet tale
26 indultum inſeri in regiſtris Eccleſiaſticis,
quod tam verum eſt, vt per arreſtum ma-
gni Conſilij iudicatum fuerit, talem omiſ-
ſionem vitiare totam nominationem,
eiuſque effectum impedire.

27 Quæres 4. in caſu concurſus gradua-
torum, indultariorum, & mandatario-
rum, quinam veniant præferendi. Reſp.
iſtos vltimos præferri de iure primis duo-
bus, vtpote prouiſos à maiori, cap. hi qui,
& cap. ſi à ſede de præbendis in 6. gloſa
pragmat. §. non tamen intendit, verbo,
effectum, rub. de collationibus, & dixi in
diſputatione prima, quæſt. 3. Rota deci-
ſione 55. nota quod vbi, in antiq. con-
cordatum, in illo §. declarantes, illa ru-
brica, de mandatis Apoſtolicis. Indulta- 28
rij vero præferuntur graduatis, vt fuit
etiam iudicatum à dicto magno Conſilio,
vt antiquiores tempore, regula qui prior
de regulis iuris in 6.

Quæres 5. an indultum datum Epiſco-
po, qui ſoluendo non eſt, percipiendi pri-
mo anno fructus omnium beneficiorum
quæ vacabunt in ſua diœceſi, vt iis debita
ſoluat, iuxta notata in cap. ſi propter de
reſcriptis in 6. cum clauſula, *nonobſtanti-
bus quibuſlibet conſtitutionibus, conſuetudi-
nibus priuilegiis, & aliis literis contrariis qui-
buſcumque*, habeat locum in noſtra Ca- 29
thedrali Eccleſia, ex cuius ſtatuto fructus
omnium præbendarum Canonicalium
contentioſarum intra annum poſſeſſionis,
debentur fabricæ. Reſpond. negatiuè,
niſi id expreſsè caueatur, cap. 1. de præ-
bendis in 6. gloſa in cap. inquiſitores,
verb. expreſſa de hæreticis, illo libro, glo-
ſa in clement. dudum, verb. pacta de ſe-
pulturis, Ioannes Andræas in cap. 1. de
reſcriptis, eodem libro 6. vide textum
dicti cap. ſi propter aſtruentis noſtram
ſententiam.

Et hæc indulta habent locum in omni- 30
bus his beneficiis, ad quæ ſe extendunt
nominationes, & gradus vniuerſitatum,
non in aliis, vt in electiuis, quæ ſunt li-
bera omni indulto, nominatione, & man-
dato vti ſatis ſuperque monſtratum eſt,
quemadmodum, & in illis vigent illæ ſpe- 31
cies indultorum, quibus etiam dominus
Rex nominat de conſuetudine ad pri-
mam præbendam Canonicalem, vacan-
tem in qualibet Eccleſia Cathedrali ſui
regni à die ſuæ promotionis ad Coronam, 32
iuxta Rebuffum, Paponem, Bauny, &
multos alios praxis regni obſeruatores,
& ad alteram præbendam etiam in quo-
libet Epiſcopatu vacantem poſt præſti-
tum à prælato nouiter prouiſo fidelitatis
ſacramentum, quo vltimo indulto dona-
tus fuit in noſtro Epiſcopatu egregius vir
Ioannes Plantat, in Theologia Doctor,
nunc Canonicus, & Archipreſbyter in
noſtra Eccleſia digniſſimus.

Ex his omnibus datur colligere, Reges
noſtros Chriſtianiſſimos fuiſſe multis pri-
uilegiis decoratos à Summis Pontificibus,
quibus ſemper fuerunt chariſſimi, cap.
nouit de iudiciis, tum ob eorum pieta-

33 tem, & deuotionem erga Deum, & ſanctam Sedem, can. ego Ludouicus, 63. diſtinct. tum ob fundationes Eccleſiarum multarum in multis regni partibus, teſte Graſſalo de iure regaliæ, lib. 2. cap. 1. Ioanne de Selua in ſuo tractatu beneficiali, parte 1. huiuſce generis ſunt Canonicatus Sanctæ Capellæ Pariſienſis, & Decanatus Andegauenſis, teſte eodem Bauny in illo tractatu de iure regaliæ, in ſua praxi iuris Canonici.

34 An autem indultum datum Cardinali, vt poſſit conferre beneficia diœceſis alienæ in menſibus Papæ, & ordinarij liget A ordinarium (literis non confectis.) Reſp. negatiuè, 1. quia ante notificationem literarum indulgentium, ordinarius non ligatur, vt probatum fuit, ſed quomodo poterunt notificari literæ, ſi confectæ non fuerint, ergo, 2. talia indulta ſunt odioſa, vt facta in grauamen ordinariorum, clement. 2. de officio ordinarij, ergo reſtringenda, cap. odia de regulis iuris in 6. Caſſadorus deciſione 8. num. 6. de præbendis, Mendoſa in regula 26. Cancellar. colum. 1. & ſequenti.

Finis Diſputationis tertiæ.

DISPVTATIO QVARTA.

De criminibus, & aliis inducentibus priuationem beneficiorum.

Quia publicæ vtilitatis intereſt, ne crimina remane:nt impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam ſunt, nequiores, dicit textus in cap. famæ, de ſentent. excommunicat. illa omnia ſcelera ſunt à nobis in hac diſputatione recenſenda, quibus incurritur priuatio beneficiorum, per duas quæſtiones, quarum prima docebit, quandonam habeat locum talis priuatio ipſo iure, 2 vero dicet quandonam requiratur ſententiam iudicis. Deumque Maximum deprecabimur, vt nos ab vtriſque immunes efficiat, qui ſolus facit de peccatoribus iuſtos, & de immundis mundos, ſit igitur.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS PRIMÆ.

1. *Canon latæ ſententiæ, quis dicatur.*
2. *Canon ferendæ ſententiæ, quiſnam vocetur.*
3. *Priuatio ipſo iure non incurritur, niſi pro graui crimine.*
4. *Crimen eſt, grauius peccato.*
5. *Priuatio ipſo facto, non incurritur, niſi in caſibus expreſsis à iure.*
6. *Irregularitas non incurritur, niſi in eiſdem caſibus expreſsis à canone.*
7. *Irregularitas in dubio, non cen[illegible]ur appoſita.*
8. *Priuatio beneficij, ipſo iure, i[illegible] [illegible]ctur per contractum matrimonij per verba de præſenti.*
9. *Matrimonium etiam nullum de iure, non impedit priuationem [illegible] inductam ipſo iure.*
10. *Contrahens matrimonium, per verba de præſenti, cenſetur hoc ipſo renunciare beneficio.*
11. *Beneficium non vacat, per contractum matrimonij, per verba de futuro.*
12. *Verba de futuro quænam ſint.*
13. *In contrahendo matrimonio, nulla eſt certa forma ſtatuta à iure, vel ab homine.*
14. *Verba de præſenti, quænam ſint.*
15. *Matrimonium per verba de præſenti, non frangitur per 2. etiam ſubſecuta copula.*
16. *Beneficium vacat ipſo iure, per adeptionem ſecundi incompatibilis.*
17. *Pluralitas beneficiorum, damnata ſemper fuit à iure.*
18. *Qui acceptat 2. videtur hoc ipſo renunciare primo.*
19. *Ius ad rem amittitur, per acceptationem beneficij incompatibilis.*
20. *Habens vnum beneficium, non poteſt transferri ad aliud.*
21. *Habens vnum beneficium, non poteſt eligi ad aliud.*
22. *Diſpenſatio Pontificia, impedit talem vacationem ipſo iure.*
23. *Duo beneficia, etiam ſimplicia, ſunt de iure incompatibilia ſub eodem tecto.*
24. *Beneficia Epiſcoporum vacant ipſo iure per conſecrationem eorundem, vel per expletionem temporis iuris.*
25. *Ante conſecrationem, Epiſcopus non habet ius in Eccleſia.*
26. *Tempus conſecrandi, eſt trium menſium à die confirmationis computandorum.*
27. *De iure nouo ſunt ſex menſes Epiſcopis*

conſecrandis ad habendam conſecrationem, antequam priuentur ipſo iure.

28. Impedimentum ineuitabile, excuſat à non conſecrando.

29. Regula 21. Cancellariæ hic apponitur, & ibi per eam oſtenditur, beneficia promouendorum vacare ipſo iure, per eorum promotionem.

30. Confirmatio, debet ſemper præcedere conſecrationem.

31. De ſtylo Curiæ, beneficia promouendorum conferuntur à Summo Pontifice, nulla expectata conſecratione, nec decurſo tempore conſecrandi.

32. Beneficia promouendorum, non poſſunt reſignari, nec permutari.

33. Finito tempore conſecrationis, ſedes Epiſcopalis dicitur vacare.

34. Per acceptationem beneficij incompatibilis, non vacat Epiſcopatus.

35. Epiſcopus non poteſt dimittere ſuum Epiſcopatum, inconſulto Summo Pontifice.

36. Summus Pontifex, poteſt prorogare tempus conſecrationis.

37. Tempus priuationis ex acceptatione incompatibilis, computatur à die pacifica poſſeſſionis.

38. In Gallia ante annum completum, non dicitur quis pacificus poſſeſſor.

39. Beneficia Abbatum vacant ipſo iure per pacificam poſſeſſionem ſuarum Abbatiarum, etiam ante benedictionem.

40. Abbates ante benedictionem dicuntur tales, idque de iure.

41. Beneficia monachorum, vacant ipſo iure per eorum profeſſionem.

42. Profeſſio, fit regulariter poſt annum probationis.

43. Ante profeſſionem editam, monachus poteſt reſignare.

44. Beneficia parochialia vacant ipſo iure, per non promotionem ad presbyteratum intra annum.

45. Impedimentum ineuitabile, excuſat parochum à non promouendo.

46. Impedimentum ineuitabile, æquiparatur impoſſibili.

47. Diſpenſatio à non promouendo, excuſat non promotum à rigore iuris, & ibi dicitur, quod Epiſcopi poſſunt diſpenſare in fauorem ſtudioſorum.

48. Beneficia vacant ipſo iure, per non reſidentiam beneficiatorum.

49. Neceſſaria hic inſeruntur, vt dicatur incurſa priuatio ob non reſidentiam.

50. Cauſa legitima non reſidendi, hic apponuntur, extracta è viſceribus iuris Pontificij.

51. Studium eſt, iuſta cauſa non reſidendi.

52. Studens in ſtudio generali, excuſatur à reſidentia, & percipit fructus ſuæ præbendæ.

53. Canonicus properans ad ſtudia, petit licentiam de conſuetudine regni à Capitulo, non à prælato.

54. Parochus (pendente tempore ſtudij) excuſatur à reſidentia, dummodo conſtituat Vicarium in ſua Eccleſia.

55. Obſequium præſtandum Eccleſiæ, excuſat à reſidentia.

56. Familiares, & domeſtici Papæ, excuſantur de iure à reſidentia in ſuis beneficiis.

57. Duo Canonici inſeruientes Epiſcopo, excuſantur de iure à reſidentia.

58. Canonici Theologales, excuſantur à reſidentia.

59. Officiales Epiſcoporum, excuſantur de conſuetudine regni à reſidentia.

60. Cantores Sanctæ Capellæ Pariſienſis, excuſantur de ſtylo regni à reſidētia in beneficiis.

61. Conciliarij Eccleſiaſtici, vel Præſidentes Curiarum Regiarum, excuſantur à reſidentia.

62. Eminentiſſimi Cardinales, excuſantur de iure à reſidentia in prælaturis.

63. Omnes beneficiati, tenentur reſidere in ſuis beneficiis.

64. Beneficiatus non reſidens, tenetur in conſcientia reſtituere fructus perceptos tempore non reſidentiæ.

65. Epiſcopi non reſidentes in ſuis Epiſcopatibus, tenentur ad dictam reſtitutionem.

66. Prælati non poſſunt diſpenſare ſubditos à reſidentia, extra caſus ſibi à iure conceſſos.

67. Prælati non diſpenſant ſupra decreta Conciliorum, & ibi probatur reſidentiam eſſe conſtitutam à Conciliis.

68. Reſidentia eſt de iure diuino ex decreto Concilij Tridentini.

69. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare ſupra ius diuinum.

70. Summus Pontifex diſpenſat ſupra conſtitutiones Conciliorum.

71. Prælati tenentur in conſcientia per cenſuras compellere ad reſidentiam beneficiatos ſubditos non reſidentes.

72. Trina monitio, debet regulariter præcedere omnem excommunicationem.

73. Poteſt quis excommunicari, & priuari ob non reſidentiam, creſcente contumacia.

74. Prælati ligant conſcientias, conniuentes non reſidentiis ſubditorum.

75. Violenti priuantur ipſo iure ſuis beneficiis.

76. Electus miniſtrans ante habitam confirmationem ſuperioris, eſt ipſo iure priuatus, vti violentus.

77. Falſarij literarum Summi Pontificis, priuantur eo ipſo ſuis beneficiis.

78. Apoſtatæ, incurrunt talem priuationem ipſo iure, & apoſtaſiæ.

79. Sodomitæ, priuantur ipſo iure ſuis beneficiis.

80. Hæretici, eandem incurrunt priuationem.

81. Symoniaci, in eadem ſunt cathegoria.

82. Symoniacus, priuatur ipſo iure ſuis omnibus beneficiis, etiam ſupra quæ commiſſa non fuit ſymonia.

83. Schiſmatici, in eandem priuationem incidunt.

84. Idem dicendum de excommunicatis.

85. Simile iudicandum de ſuſpenſis.

86. Homicida qualificatus, priuatur ipſo iure.

87. Occidens ſuum Epiſcopum, mulctatur tali priuatione.

88. Fratricida, parricida, vel matricida, priuantur ipſo iure.

89. Clerici inferiores Epiſcopis, cogentes beneficiatos renunciare, priuantur etiam ipſo facto.

90. Percutientes Eminentiſsimos Cardinales, priuantur ipſo iure.

91. Propter enormitatem criminis, iura relaxantur.

92. Rei leZæ Maieſtatis, perdunt ipſo iure ſua beneficia.

93. Banniti, & damnati ad perpetuos carceres, eandem priuationem incurrunt.

94. Beneficiati, effecti milites, incidunt eo ipſo in talem priuationem.

95. Illi omnes crimino ſi, tenentur in conſcientia, dimittere ſua beneficia.

96. Tenentur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, quia non faciunt ſuos fructus.

97. Non poſſunt taliter priuati, renunciare ſua beneficia.

98. Parochi priuati ipſo iure, non poſſunt ſoluere, vel ligare parochianos.

99. Poſſeſsio triennalis, non ſuffragatur taliter priuatis.

100. Talia beneficia priuatorum poſſunt quolibet tempore conferri, vel impetrari.

QVÆSTIO PRIMA.

De criminibus, & aliis inducentibus priuationem beneficiorum ipſo facto.

1 ANtequam ad aſſertiones veniamus, præmittendum eſt, priuationem induci ipſo facto, vel ipſo iure, quando hoc ipſo, quod aliquid actum eſt, vel omiſſum, incurritur

A talis priuatio (iure id decernente) cap.
quod tranſlationem de officio legati, cap.
cum non ab homine de ſententia excommunicat. & hoc caſu talis priuatus dicitur
incidiſſe in canonem latæ ſententiæ, can.
ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. cap. vltimo
de officio ordinatij, gloſa in cap. quiſquis,
verb. irritam de electione, gloſa in can.
decernimus, 16. quæſt. 7. Canon vero 2
ferendæ ſententiæ dicitur, quando requiritur ſentẽtia iudicis, quæ declaret incurſam fuiſſe talem priuationem, cap. cùm
tu, vbi gloſa, verb. priuandus, de vſuris,
Abbas in cap. de regularibus, de ſymonia,
B Felinus in cap. Rodulphus de reſcriptis,
priuatio primo modo numquam incurritur, niſi pro grauiſſimo crimine, can. in- 3
uentum, 16. qu. 7. Abbas in cap. ſi conſtiterit, notab. 3. de accuſat. gloſa in cap.
ſicut, 2. de iureiurando, idem Abbas in
cap. vt famæ de ſententia excommunicat.
gloſa vltima in cap. 1. de capellis monach.
Rebuff. in praxi, tit. de modis amittendi beneficia, quod crimen eſt ſemper gra- 4
uius peccato, can. Apoſtolus, diſtinct. 81.
& debet abſolui à Summo Pontifice, cap.
canonica, illo titulo de ſentent. excommunicat. quemadmodum numquam in- 5
curritur priuatio ipſo iure, gloſa communiter recepta in cap. finali de iure patro-
C natus, gloſa in clement. vltima, verb. ſuſ-
penſus, de vita, & honeſtate, nec irregu- 6
laritas, cap. is qui de ſententia excommunicat. in 6. Speculator de diſpenſationib.
§. iuxta, Nauarrus, conſilio 35. num. 37.
de homicidio, Maiol. de irregularitate,
lib. 1. cap. 1. Pariſius lib. 4. de reſignat.
benef. quæſtione 3. num. 38. & in tractat.
de confident. benef. quæſt. 61. num. 2.
quæ etiam in dubio non cenſetur appoſi- 7
ta, gloſa in cap. vno, de ſagittario, gloſa
in dicta clement. vltima, illo verbo, ſuſpenſus, idem Rebuffus in tract. de pacificis poſſeſſoribus, num. 223. his poſitis ſit.
D Assertio 1. Priuatio ipſo iure in- 8
ducitur per contractum matrimonij, per
verba de præſenti. veritas aſſertionis patet, ex can. de Syracuſana, 28. diſtinct.
cap. cum decorem, & cap. diuerſis de clericis coniugat. Panormitan. in cap. 1. illo
titul. communis eſt, & vera opinio Doctorum, in cap. 1. eodem tit. in 6. iidem
in cap. gratiæ de reſcriptis, in clement.
notatur in clement. vna de ſponſalibus,
Aufrerius deciſione Tholozana, qu. 383.
idem Rebuffus in illo tractat. de pacificis
poſſeſſ. num. 186. & ſequenti, & in concordat. rub. de regia ad prælatur. nomi-

nar. §. *monaſteriis*, etiam ſi matrimonium
9 fuerit nullum, vtpote factum cum con-
ſanguinea, vel cum adultera machinata in
mortem primi mariti, tota rubr. de eo qui
duxit in matrimo. quam polluit per adul-
terium, Imol. in cap. Ioannes, colum. pe-
nultima, de clericis coniugat. idem Pariſ.
lib. 1. reſignat. qu. 1. num. 12. vbi dicit
hanc eſſe veriſſimam opinionem, dixi ſup.
vbi de mandatis Apoſtolicis, & in diſputa-
tione ſuperiori, quæſt. 5. vbi de reſigna-
10 tione tacita, nam contrahens matrimo-
nium per verba de præſenti cenſetur ipſo
facto renunciare beneficio, Doct. & ibi
gloſa, in cap. quod à te de clerico coniu-
gat. Nauarrus conſilio 3. num. 1. de re-
nunciat. Maſcard. de probationibus, con-
ſilio 182. num. 3. ſatis fusè probaui locis
11 citatis. dixi, *per verba de præſenti*, quia non
vacat beneficium de iure, per verba de fu-
turo, gloſa in dicto cap. 1. in 6. extrauag.
vna de voto in extrauagan. Ioannis 22.
12 quæ verba de futuro ſunt iſta, *ego te acci-
piam in meam vxorem, ego te accipiã in meum
maritum*, cap. tua de ſponſa duorum, vel
13 alia verba æquipollentia, cum in contra-
ctib. matrimoniorum nulla ſit ſtatuta cer-
ta verborum forma, vt benè notauit Ab-
bas in cap. ſi inter de ſponſalibus, verba
14 de præſenti ſunt iſta, *ego te accipio in meam,*
15 *ego te accipio in meum*, quæ faciunt verum
matrimonium, non frangendum etiam
per ſecundum cum ſubſecuta copula, di-
cit textus in dict. cap. ſi inter, & notatur
in cap. licet de ſponſa duorum, de vtra-
que forma contrahendi agitur in tota illa
rubrica de ſponſalibus, & in rub. de ſpon-
ſa duorum, multo plura dicam, vbi de fo-
ro Eccleſiaſtico, in antepenultima diſpu-
tatione huiuſce libri.

16 Assertio 2. Beneficium vacat
ipſo iure, per aſſecutionem, & accepta-
tionem ſecundi incompatibilis, veritas
educitur, ex can. quos habet, & can. ſan-
ctorum, 70. diſtinct. cap. quia in tantum,
& cap. de multa de præb. vbi Doctores,
cap. quia nonnulli de clericis non reſiden-
tibus, gloſa in cap. dudum, 2. verb. ipſo
iure de electione, extrauag. execrabilis,
illo titulo de præbend. in extrauagantib.
eiuſdem Ioan. 22. dixi multo plura, vbi
de dictis mandatis Apoſtolicis, vbi dixi,
17 quod hoc eſt, 1. quia talis multiplicitas
damnata fuit, vt inimica canonibus à iu-
re, cap. 1. de conſuetudine in 6. & à Con-
cilio Lateranenſi, de quo fit mentio in di-
cto cap. de multa, 2. vti denotans auari-
tiam maximam, cap. auaritiæ, eodem tit.
A de præbendis, & diſſolutionis inducens
materiam, & euagationis, dicto cap. quia
in tantum, 2. quia per acceptationem ſe- 18
cundi beneficij, videtur primum derelin-
qui, Geminianus in cap. beneficium, nu.
4. de regularib. in 6. Ioannes de Ligna-
no, in tractatu de pluralitate benef. in
principio, id etiam docuimus, in illa quæ-
ſtione 5. vbi de reſignat. tacita.

Amplia idem dicendum de gratia ex- 19
pectatiua, & de iure ad rem, quod etiam
expirat per acceptationem beneficij in-
compatibilis cum dicta gratia, Doctores
in cap. ſi pauper de præbend. in 6. & in
B clement. gratiæ de reſcriptis.

Amplia 2. & dic per tranſlationem ad 20
beneficium incompatibile, vacare pri-
mum, can. in apibus, 7. quæſt. 1. idem
Rebuffus in praxi, tit. de requiſitis ad
collationem, num. 51. gloſa in cap. cum
iamdudum, verb. multitudo de præbend.
Concilium Tridentinum, ſeſſione 7. cap.
4. & ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat. & no-
tatur in dicto cap. dudum, vbi dicitur,
quod habens vnum beneficium, eſt ad 21
aliud ineligibilis.

Limita, ſi adſit diſpenſatio Papalis gloſa 22
in cap. dudum, 1. de electione, & in dicto
cap. quia in tantum, verb. animarum de
C præbend. & notatur in dicto cap. de mul-
ta, Speculator in tit. de diſpenſationibus,
§. dicendum, Nauarrus in manuali, cap.
25. num. 125. idem Rebuffus in praxi, tit.
de diſpenſationib. ad plura beneficia, ſtat
concluſio, quæ etiam habet locum in be-
neficiis ſimplicibus ſub eodem tecto, quæ 23
ſunt etiam incompatibilia, cap. literas de
conceſſ. præbend. gloſa vltima in clem.
vltima de præbend. cap. licet Epiſcopus,
eo titul. in 6. Abbas dict. cap. de multa,
col. 2. Felinus in cap. in noſtra correlar.
8. de reſcript. etiam quauis contraria con-
ſuetudine non obſtante, dicto cap. 1. de
D conſuetud. in 6. gloſa in illo cap. literas,
verbo, ex conſuetudine, Concordat. rub.
de mandatis Apoſtolicis, verbo, ita ta-
men.

Assertio 3. Beneficia Epiſcopo- 24
rum vacant ipſo iure per conſecrationem
eorundem, vel per finitum tempus con-
ſecrationis, can. quoniam, 100. diſtinct.
cap. cum noſtris de conceſſ. præb. Ratio 25
eſt, quia ante conſecrationem non dicitur
Epiſcopus habere plenum ius in Eccleſia,
cap. licet, & ibi Doctor, de tranſlat. Epi-
ſcopi. cum adhuc poſſit excipi contra ip-
ſum, cap. ſup. his de accuſat. gloſa in cap.
cum in cunctis, verb. ad quem ſpectat de
electione,

26 electione, dixi, vel per finitum tempus A
conſecrationis, quod eſt trium menſium
à die confirmationis habitæ computandorum, can. quoniam quidam, 75. diſt.
dicta gloſa in dicto cap. cum in cunctis,
27 verb. tempore, & hoc de iure veteri, ſed
hodie ſunt ſex menſes Epiſcopis conſecrandis, tribus primis menſibus elapſis,
amittunt fructus, & tribus poſterioribus effluxis amittunt Epiſcopatus, Henriquez
lib. 10. de ordinis ſacramento, cap. 23. nu.
5. Concilium Tridentinum, ſeſſ. 23. cap.
28 2. de reformatione, niſi fuerint impedimento ineuitabili excuſati, can. 2. 75. diſtinct. Decius conſ. 361. colum. penult.
Ioannes de Lignano de cenſuris Eccleſiaſt. §. 14. num. 17. B

Limita, & dic aſſertionem eſſe veram de iure antiquo, ſed non hodie de iure nouo, iuxta quod vacant beneficia promouendorum per eorum promotionem, cauſante regul. 21. Cancell. quæ eſt Sixti V. quam hic habes.

Regula 21. Cancellariæ, de promouendis.

29 *Item prædictus dominus Papa voluit, decreuit, & ordinauit, vt quæcumque conceſſiones, gratiæ, & mandata, etiam motu proprio, & cum derrogationibus conſtitutionis, quæ ab eo pro quibuſuis perſonis emanauerunt de prouidendo eis, de quibuſuis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque ad Eccleſiarum, & monaſteriorum regimina, ſi huiuſmodi conceſſiones, & mandata diem promotionis promouendorum ipſorum præceſſerint, nec non quæcumque collationes, prouiſiones, & diſpoſitiones, pro tempore faciendæ de præmiſſis, ac quibuſuis aliis beneficiis Eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus, quæ per promouendos, & aſſumendos ad quaſcumque prælaturas inter illarum vacationis, & huiuſmodi promotionis, & aſſumptionis tempora ſimpliciter, vel ex cauſa reſignationis, vel permutationis vbicumque reſignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde ſecutis pro tempore ſint caſſa, & irrita, nulliuſque roboris, vel momenti.*

Ex textu iſtius regulæ, vide illa quatuor non eſſe hodie neceſſaria, quæ olim concurrere debebant antequam quis poſſet dici incurriſſe priuationem beneficiorum per acceptationem dignitatis, 1. electio canonica, cap. quia propter de electione, 2. confirmatio ſuperioris intra tres menſes obtinendæ, cap. poſtquam, ibidem,
3. ſumptio poſſeſſionis dignitatis, Rebuffus in concordat. rub. de mandatis Apoſtolicis, §. ſtatuimus, verb. Cathedrales
Eccleſias, 4. conſecratio, Doctores in dicto cap. cum in cunctis, quam ſemper præ- 30
cedere debet confirmatio, cap. prouida de electione in 6. gloſa, & Doctores, in cap. cum olim, de dolo, nam hodie de ſtylo
Curiæ ſeruatur, vt conferantur illico à Papa eius beneficia, qui promotus eſt ad 31
prælaturam, nulla expectata conſecratione, vel decurſo tempore conſecrandi, Ioannes Andræas in clement. 1. gloſa, verb. collato, vt lite pendente non innouetur, Caldetinus conſ. 1. de tranſlatione Epiſcopi, Caſſadorus deciſ. 2. de conſtitutionibus, Mendoſa in regula 1. Cancellar. quæſt. 15. num. 3. & in regula illa de vacatione beneficiorum per promotionem, quæſt. 4. num. 4. Pariſius lib. 3. reſignat. quæſt. 1. num. 77. & ſequenti,
ideo non poſſunt, nec reſignari, nec per- 32
mutari à promotis, vel promouendis, qui ſunt ipſis priuati hodie ipſo iure, Decius conſilio 236. colum. 3. verſicul. venio igitur, Ancharus in cap. 2. notab. 2. de præſcriptionibus in 6. cum quod noſtrum non eſt, à nobis dari nequeat, cap. quod autem de iure patronatus, Francus in cap. cum C ſecundum de hæreticis, illo libro 6. ex his.

Collige 1. finito tempore conſecratio- 33
nis ſedem de iure vacare, viduata enim cenſetur Eccleſia, quæ habet Epiſcopum non conſecratum, dixi vbi de Capitulis, ideo poteſt Capitulum hoc caſu creare vicarius, teſte Hoſtienſi in ſumma, rub. de tranſlat. Epiſcopi.

Collige 2. quod licet per promotionem 34
ad dignitates vacent priora beneficia, non tamen vacat Epiſcopatus per acceptationem beneficij, per textum ſingularem, in dicto cap. cum noſtris, vbi Abbas, Doct. in dicto cap. de multa, idem Abbas in cap. quanto, de tranſlatione Epiſcopi, Epiſco- D
pus enim non poteſt dimittere ſuum Epi- 35
ſcopatum, inconſulto Summo Pontifice, cap. inter, ibidem.

Collige 3. poſſe prorogari tempus con- 36
ſecrationis à Papa, cum per eaſdem cauſas, per quas aliquid naſcitur, per eaſdem, & diſſoluatur, regula omnis res de regulis iuris in 6. Ber. de Epiſcopis, part. 3. lib. 6.
& vltimo tempus priuationis incurſæ ipſo 37
iure per aſſecutionem beneficij ſecundi incompatibilis computari à die pacificæ poſſeſſionis, cap. licet, canon electione in
6. & in Gallia vnus eſt annus ante quem 38

quis dici poſſit eſſe pacificus in poſſeſſor,
vt fuit iudicatum Pariſiis, anno 1542.
menſe Februario, teſte Papone, lib. de
neceſſitate promouendi, arreſto t.

39 Assertio 4. Beneficia Abbatum,
vacant ipſo iure per adeptionem Abba-
tiarum ſuarum, etiam ante benedictio-
nem ſumendam à diœceſanis, communis
eſt opinio, eaque vera Canoniſtarum, in
dicto cap. de multa, Panormitanus in di-
cto cap. cum in cunctis, §. inferiora, nu.
2. & in cap. quanto, de officio ordinarij,
Oldrad. conſ. 14. Alphonſus, Hoiedus de
incompatib. benef. part. 1. cap. 6. nu. 5.
idem Rebuffus loco præallegato, cum, vt
dixi ſuprà vbi de Abbatibus, verè dican-
40 tur Abbates, etiam ante benedictionem,
Felinus in cap. cum monaſterium, colum.
1. de re iudicat.

41 Assertio 5. Beneficia Monacho-
rum vacant ipſo iure per eorum profeſ-
ſionem, notatur in can. Gonzaldus, 17.
quæſt. 2. cap. beneficium de regularibus
in 6. & eſt regula 44 Cancellariæ, nam,
vt dixi ſuprà, vbi de Abbatibus, in quæ-
ſtione 9 diſputatione 1. profeſſio inducit
quandam renunciationem tacitam, Ab-
bas in cap. quod Dei timorem, de ſtatu
monach. & in cap. admonet, 2. lectione,
colum. vltima, verſicul. oppono quod de
renunciat. Diuus Thomas 2. 2. quæſtione
vltima, articul. 7. Syluester in ſua ſumma,
verb. religio 2. quæſtione 8. Concilium
Tridentinum, ſeſſ. 25. cap. 21. de regula-
42 ribus, quæ profeſſio fit regulariter poſt
annum profeſſionis, dict. cap. beneficium,
43 dixi, *per profeſſionem*, nam ante illam po-
teſt beneficiatus reſignare, dicto can.
Gonzaldus, gloſa in dicto cap. benefi-
cium, verb. aſſenſu, Pariſius lib. 3. quæſt.
13. num. 100. & 101.

44 Assertio 6. Beneficia parochialia
vacant ipſo iure per non promotionem
beneficiatorum intra annum, cap. licet,
& cap. commiſſa de electione in 6.

45 Limita 1. ſi iuſto impedimento fuerint
muniti parochi, vt eſt in dicto cap. com-
miſſa, qui hoc caſu excuſarentur à pœna
priuationis, Abbas in cap. ſignificaſti, nu.
46 11. de foro competenti, nam impedimen-
tũ æquiparatur impoſſibili, teſte Pariſio,
libr. 11. de reſignat. benef. quæſt. 13. nu.
7. notatur in cap. cupientes. §. inſuper,
illo tit. de electione, libro 6. præſertim ſi
tolli nequibat, cap. ſciſcitatus de reſcri-
ptis.

47 Limita 2. ſi fuerint diſpenſati, vel à
Papa, vel ab Epiſcopis ſuis, qui poſſunt id
A de iure ratione ſtudij, dummodo fuerint
ſubdiaconi tales parochi, cap. cum ex eo,
illo titulo de elect. & lib. 6. ne poſtea re-
ſilire queant è clericatu, dicit textus in
dicto cap. commiſſa.

Assertio 7. Vacant ipſo iure be- 48
neficia per non reſidentiam beneficiato-
rum, communis eſt opinio Doctorum, in
cap. non poteſt de præbend. in 6. Abbas
in cap. extirpandæ, §. qui vero, num. 27.
illo tit. apud Gregorium, notatur in cap. 2.
de clericis non reſidentibus, & hanc eſſe
veram ſententiam ideo tenendam in iu-
dicio, aſſerit idem Pariſius lib. 3. quæſtio-
ne 1. num. 135. in fine, Hoiedus de in-
B compatibilit. benef. part. 1. cap. 18. num.
19. ratio eſt quia ex impotentia reſidendi
in duobus beneficiis ſimul, & ſemel oritur
incompatibilitas duorum beneficiorum
curatorum, cap. nemo deinceps de elect.
in 6. neceſſe enim eſt alterutrum illorum
debitis obſequiis defraudari, cap. peruenit
de appellationibus.

Nota tamen multa requiri, vt talis pri- 49
uatio inducatur ipſo iure, 1. vt monitio-
nes fuerint præuiæ, Innocent. in dicto
cap. extirpandæ, nam quantumcumque
tempore abſens fuerit beneficiatus, debet
citari, & moneri, vt redeat, cap. inter de
C clericis non reſidentibus, gloſa in cap. ex
parte, verb. per decem ann. ibidem, quia
iuſta forſan de cauſa abeſt, dicit gloſa in
dict. cap. inter, verb. ſine iuſta cauſa, 2. vt
nullo legitimo impedimento ſit, qui abeſt
munitus, nam probato impedimento ve-
niret reſtituendus, qui priuatus fuiſſet
can. præſentium, 7. quæſt. 1. textus mi-
rabilis, in cap. finali, ibi. *niſi excuſationem
rationabilem oſtenderint*, illo tit. de clericis
non reſidentibus, 3. vt beneficium ſit cu-
ratum, quia, vt dixi vbi de beneficiis in
abſtracto, beneficia ſimplicia non requi-
runt reſidentiam de conſuetudine gene-
D rali, Felinus in cap. cum dilecti de reſcript.
Rebuff. in ſua praxi, tit. de diſpenſatione
ſuper non reſidendo, Pariſ. lib. 1. qu. 10.
num. 67. 4. vt beneficium curatum non
fuerit annexum Canonicatui, vel dignita-
ti, perſonatui, vel officio, nam reſidendo
in loco digniori excuſaretur à reſidendo
in loco minus digno, dicit dictum cap.
extirpandæ, §. 1. & ibi omnes, etiam ſine
diſpenſatione, cap. ſuper eo, illo titulo in
6. Canoniſtæ in cap. penultimo de cleri-
cis non reſidentibus, & vltimo, vt non
fuerint diſpenſati, cap. cum ex eo de ele-
ctione lib, 6.

Nota 2. Multas eſſe cauſas legitimas 50

non reſidendi ad effectum euitandæ no-
ſtræ priuationis ipſo iure, prima eſt infir-
mitas, dict. can. præſentium, & cap. 1. vbi
gloſa, verb. ægrotanti, de clerico ægrot.
2. eſt inimicitia capitalis, cap. ad ſupplica-
tionem, & ibi gloſa, verb. morari de re-
nunciatione, Felinus in cap. accedens,
2, num. 4. vt lite non conteſtata, notatur
in cap. bonæ, 2. de electione, Doctores in
cap. niſi de renunciat. gloſa in cap. cleri-
cos, verb. excuſationem de clericis non
reſidentibus. 3. peſtis, Romanus conſilio
263. nu. 8. Ripa in ſuo tractatu de peſte,
4. intemperies æris, gloſa in cap. ne in
agro, §. ad finem, verb. rationabili, de ſta-
tu monach. in clementinis. 5. ſtudium,
cap. relatum, de clericis non reſidentib.
cap. cum de diuerſis de priuilegiis in 6.
51 nam iuſta cauſa dicitur abeſſe, qui abeſt
cauſa ſtudij, dicto cap. cum ex eo, & Ca-
nonicus percipit tempore ſtudij fructus
52 præbendæ, dummodo in ſtudio generali
ſtudeat, dicta clement. 1. §. cæterum, in
fine, notatur in cap. ſuper ſpecula de ma-
giſtris, Panormitan. in cap. licet de cleri-
cis non reſidentibus, Imol. in clement. 1.
de magiſtris, gloſa pragmat. rub. de col-
lat. §. veruntamen, verb. liberius, Re-
buffus in tractat. priuilegiorum ſcholar.
53 priuileg. 31. & habuerit in regno licen-
tiam à ſuo Capitulo, vt ſeruatur de con-
ſuetudine regni, teſte eodem Rebuffo
in illo tractatu, priuilegio 29. quæ con-
ſuetudo ſeruanda venit, teſte eodem Pa-
normitano in cap. tuæ, de clericis non re-
ſidentibus, Rebuffus in concordatis, ru-
brica de collationibus, §. 1. gloſa onus
54 reſidentiæ, quod ſi ſtudens habeat Eccle-
ſiam parochialem, conſtituet vicarium
alendum de fructibus beneficij qui inſer-
uiat Curæ, dicto cap. commiſſa, ne pa-
rochiani detrimentum vllum patiantur in
ſpiritualibus, cap. quam ſit, & cap. ne pro
defectu de electione, & tunc excuſabitur
à reſidentia, & lucrabitur fructus dicti be-
neficij, Charondas lib. 7. reſponſionum,
cap. 150. Fabricius de præbend. earum-
que fructibus, litera *S*, ad marginem,
Chenutius in arreſtis, tit. 1. cap. 9. & ita
fuit ſæpius iudicatum à Senatu Pariſien-
ſi, & potiſſimum die 18. Iunij, anni 1580.
55 6. Obſequium præſtandum Eccleſiæ,
ideo licitè ſe abſentant, qui iurium Eccle-
ſiæ tuendorum gratia ſe abſentant, cap.
ex parte de clericis non reſidentibus, cap.
cum non deceat de electione in 6. cap.
vno, illo titulo de clericis non reſidentib.
in 6. Concilium Tridentinum, ſeſſ. 23.

A cap. 1. de reformatione.
7. Obſequium præſtandum Papæ, cap. 56
cum dilectus, iuncta gloſa, verbo, obſe-
quiales, ibidem de clericis non reſidenti-
bus, & notatur in cap. ad audientiam, ibi-
dem, ideo cum de tali excuſatione reſi-
dentiæ mota fuiſſet olim lis inter Epiſco-
pum pro tunc exiſtentem, & Capitulum
noſtrum, in qua aſſerebat dictus Epiſco-
pus fructus ſuæ præbendæ Canonicalis
ſibi deberi, nonobſtante ſua non reſiden-
tia, eo quod eſſet tempore illius Romæ,
vbi degebat tanquam commenſalis, &
familiaris Papæ, pro tunc exiſtens dictus
B Epiſcopus, & ſuper lite tranſactum fuiſ-
ſet, per arbitros viros iuris Canonici pe-
ritos, dictum fuit eundem Epiſcopum vti
iuri communi innixum debere percipere
fructus ſuæ præbendæ tempore reſiden-
tiæ ſuæ in Romana Curia.
8. Obſequium præſtandum Epiſcopo, 57
dicto cap. ad audientiam, gloſa in cap. de
cætero, verb. in ſeruitio, illo tit. de cle-
ricis non reſidentibus.
9. Excuſantur à reſidentia euntes Ro-
mam, vt inſtruant dominum Papam circa
electionem faciendam in Eccleſia vidua-
ta, cap. cum non deceat de elect. in 6.
10. Canonici Theologales, qui excu- 58
C ſantur à reſidentia, concordatum in rub.
de collationibus, & ibi Rebuffus, verb.
nihil omnino perdat, nec ligantur horis
canonicis, Maynardus lib. arreſt. Sena-
tus Tholozani, quæſtione 114. Papon in
arreſtis, tit. 3. de Capitulis, arreſt. 10. dixi
vbi de Capitulis, in quæſtione 10. diſpu-
tatione prima, & dico in vltima diſputat.
vbi de diſtributionibus quotidianis, vbi
doceo quod nihil perdunt, nec diſtribu-
tiones, nec anniuerſaria, & hæc omnia
ſunt de iure.
11. De conſuetudine regni excuſantur 59
à reſidentia officiales Epiſcoporum, Bo-
D chellus in ſua ſumma, verb. reſidentia.
12. Cantores Sanctæ Capellæ Pariſien- 60
ſis, ex conceſſione Clementis VI. Aufre-
rius, tit. de priuilegiis Apoſtolicis Regi
conceſſis, articul. penultimo, Boerius de-
ciſ. 17. num. 13. Ioannes de Selua in ſuo
tractat. benef. part. 4. quæſt. 1. Blejanus
de præbendis, earumque fructibus, litera
P. Graſſalus de iure regaliæ, num. 19.
13. Beneficiati Præſides, vel Conſiliarij 61
Eccleſiaſtici in Regiis Curiis degentes
percipiunt integros fructus ſuarum præ-
bendarum, ex conceſſione Apoſtolicas, vt
colligitur, ex reſcripto Caroli directo
Capitulo Claromontano in Aruernia,

quod ſic incipit, *Carolus Dei gratia Francorum Rex, dilectis noſtris Decano, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Claromontanæ, ſalutem.* Cum nobis à ſede Apoſtolica ſit indultum, &c. & ita fuit ſæpius iudicatum à ſupremis regni Curiis, & de hoc nullum eſſe dubium poteſt.

62 14. Eminentiſſimi Cardinales reſidentes in Curia, excuſantur de iure à reſidentia in ſuis prælaturis Archiepiſcoparibus, Epiſcopatibus, vel Abbatiis, Oldrad. conſilio 48. Barbat. de præſtantia Cardinalium, quæſt. 12. Pariſ. lib. 3. reſignat. beneficial. quæſt. 1. num. 74. dixi ſuprà vbi de priuilegiis Cardinalium, quæſtione 4. diſputat. 1.

Obiicies cap. 2. de clericis non reſidentibus contrarium ſuadere, vbi deponitur Cardinalis Anaſtaſius, qui per quinquennium abſfuerat à ſua parochia. Reſpond. dictum cap. nihil facere contra noſtram aſſertionem, cum per illud conſtet dictum Cardinalem, ideo fuiſſe priuatum à Summo Pontifice, quia & à loco ſui tituli, & à Curia Romana abſens fuerat per dictum tempus quinquennii, in qua ſi Curia reſidens fuiſſet, certè numquam priuatus fuiſſet cum inſeruiens vniuerſali Eccleſiæ de iure ſemper fuerit excuſatus à reſidentia perſonali in Eccleſia particulari extrauag. execrabilis ſuo tit. de præbendis in extrauag. communibus, & en omnes qui ſunt priuilegiati, tum de iure, tum de
63 conſuetudine, cæteri vero beneficiati tenentur reſidere, nam beneficium datur regulariter propter diuinum officium perſonaliter peragendum, cap. finali de reſcript. in 6. vbi Bonifacius VIII. annullat omnes conceſſiones factas à ſuis prædeceſſorib. de non reſidendo, ex eo quod ex his oriebantur inſolentiæ vagandi, diſſolutionis præparabatur materia, & cultus diuinus minuebatur, vt conqueritur ibi prædictus Papa.

64 Hinc præter peccatum mortale, quod contrahit ille, qui ſine iuſta cauſa abeſt à ſua Eccleſia, vt ait Sey. Legm. cap. 3. tract. 3. tenetur in conſcientia reſtituere fructus, quos percepit tempore abſentiæ, ita Concilium Tridentinum, ſeſſ. 23. cap. 1. de reformatione, ibi. *præter pœnas contra non reſidentes impoſitas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, decreuit ſancta ſynodus, eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia illos ſibi detinere poſſe.*

65 Idem dicendum de Epiſcopis, & cæteris prælatis, ex quorum abſentia multum

A grauantur Eccleſiæ, *& ideo vbi periculum magis intenditur, ibi eſt procul dubio plenius conſulendum*, dicit textus in cap. vbi periculum de electione in 6. quia, vt ait Euariſtus in epiſtola, quæ habetur in regiſtro ad Epiſcopos Ægyptiacos, ſicut non debet vir dimittere ſuam vxorem ſine magna cauſa, ita nec Epiſcopus ſuam Eccleſiam, cap. requiſiſti de teſtamentis, ita dictum Concilium loco citato.

Quæres 1. an poſſint prælati diſpenſare 66
ſubditos à reſidentia. Reſp. negatiuè, cum onus reſidentiæ ſit Conciliarium, & à Conciliis indictum Calcedonenſi, & Sar-
B dinienſi, can. 11. quo excommunicantur deſerentes ſuas Eccleſias, imo & à Concilio generali, quod habetur in cap. quia
nonnulli de clericis non reſidentibus, ſed 67
Epiſcopi non poſſunt diſpenſare ſupra decreta Conciliaria, cap. vltimo de pœnitentiis in 6. gloſa communiter approbata, in cap. cum dilectus, verb. ætate, & ibi
Doctores de elect. ergo, &c. ad quod ad- 68
de reſidentiam eſſe de iure diuino, dictum Concilium loco prætallegato, ibi. *cum diuino præcepto mandatum ſit, quibus animarum cura commiſſa eſt, cognoſcere oues, &c.*
Sed Epiſcopus non diſpenſat ſupra ius di- 69
C uinum, quod immutari nequit, can. finali §. is itaque, diſtinct. 5. Præpoſitus in can. ſicut, diſtinct. 14. Panormitanus in cap. ſignificaſti, col. vltima de electione, imo nec Papa, vt dixi vbi de poteſtate Summi
Pontificis, in prima diſputat. licet poſſit 70
diſpenſare ſupra conſtitutiones Conciliares, gloſa in dict. cap. vbi periculum, verb. Concilium, notatur in cap. innotuit de electione, apud Gregorium, gloſa in can. ſunt quidam, diſtinct. 25. Hoſtienſis in ſumma de diſpenſat. §. 1. & eſt vnanimis opinio Doctorum, in cap. 1. de conſtitutionibus.

Obiicies contrarium dici in dicto cap.
D de cætero, & cap. ad audientiam, de clericis non reſidentibus, vbi poſſunt Epiſcopi diſpenſare duos Canonicos à tali reſidentia. Reſpond. illa capitula noſtram aſtruere opinionem, nam ideo ibi diſpenſant Epiſcopi, quia per canones illud eis permittitur in hoc caſu vti expreſſo, in aliis vero non, Abbas in cap. erſi clerici, §. de adulter. de iudiciis, Pariſius lib. de confidenti benef. q. 21. n. 62.

Inſurges Gregorius X. decreuit, in Concilio Lugdunenſi poſſe ordinarios diſpenſare ſupra reſidentiam, habetur decretum in cap. licet in fine, de elect. in 6. ergo. Reſpond. negando antecedens, & ad cap.

dico in caſib. ſupta citatis, id eſt in duobus A
caſibus conceſſis à iure, nempe erga ſcho-
lares per ſeptennium, cap. cum ex eo, illo
tit. & lib. & erga duos Canonicos inſer-
uientes ſibi in munere Epiſcopali, dicto
cap. ad audientiam, & cap. de cætero de
clericis non reſidentibus, C. in aliis nego,
& hoc eſt probandum, nam & illi duo ca-
ſus non licerent ordinariis, ſi à iure con-
ceſſi non fuiſſent, & extra illos dicendum
71 eſt, quod prælati non poſſunt diſpenſare
ſubditos, ſed potius tenentur eos monere,
vt reſideant, & ad id eos compellere per
cenſuras in caſu contumaciæ, cap. tuæ,
72 illo titulo, trina monitione præuia, cum
nemo debeat excommunicari non ſerua- B
to iuris ordine, cap. peruenit de exceſſib.
prælator. ſed trina monitio eſt de ordine
iudiciario, cuius eſt inceptio, cap. ex par-
te, eodem titulo de clericis non reſidenti-
bus, ergo ſemper debet præcedere ex-
communicationem trina monitio, can.
omnes decimæ, 16. qu. 7. can. de presby-
terorum, 17. qu. 4. can. de illicita, 24. qu.
3. cap. ſacro de ſententia excommunicat.
gloſa in cap. eum ſpeciali, verb. compe-
tenti de appellationibus, ſed (quia res eſt
73 difficilis.) Nota, quod antequam quis
priuari queat ob non reſidentiam debet
tet citari perſonaliter, vt redeat intra tem-
pus concedendum, & deſignandum in ci- C
tatione à prælato, qui debet viam & di-
ſtantiam locorum conſiderare, adhoc vt
det tempus competens beneficiato ad
redeundum, gloſa in cap. inter, verb. con-
gruo tempore, de clericis non reſidentib.
quod ſi citationes ad eum perſonaliter
peruenire non poſſint, debent illæ tres
fieri in loco beneficij, clementina cauſam
de electione, dicto cap. tuæ. gloſa in cap.
quoniam, §. porro, vt lite non conteſtar.
& in cap. finali, verb. redierint, illo titulo
de clericis non reſidentibus, notatur in
cap. peruenit de appellationibus, qui non
rediens poteſt excommunicari, & poſt- D
ea priuari, cap. ex geſtis, ibidem, de cle-
ricis non reſidentibus.

Obiicies, afflicto non eſt danda afflictio,
ſed potius eius miſerendum eſt, dicit In-
nocentius III. in cap. ex parte de clerico
ægrotante, ergo pro vna, & eadem culpa
non poteſt quis duplici pœna mulctari.
Reſpond. diſtinguo antecedens afflicto,
(culpa, vel contumacia non creſcēte) non
eſt danda afflictio. C. hoc enim valde exo-
ſum eſſet, & charitate Christiana multum
deuians, creſcente culpa. N. nam qui in
multis præſumit offendere, vt talis contu-
max, multiplici, & pœna debet caſtigari,
cap. 1. in fine, de re iudicata in 6. & ita
fieri debet à quibuſcumque prælatis, qui 74
tenentur, vt dixi, ſub pœna peccati mor-
talis cogere ſubditos, vt reſideant, proba-
tur, ius canonicum, quod ad ſalutem ani-
marum promulgatum fuit, tenentur ordi-
narij ſeruandum curare, cap. licet, de iure-
iurando in 6. Doct. in cap. canonum de
conſtit. communis eſt, & vera opinio, teſte
Gomeſio in proœmio regular. Cancellar.
ſed talis reſidentia eſt conſtituta à iure
Canonico pro ſalute animarum, quibus
ita conſulitur, cap. quam ſit de elect. in
6. ergo, ad quod adde quod ideo fuerunt
inſtituti prælati, vt iura condita ſeruanda
curarent, parum enim eſſet leges habere
ſi non eſſent, qui ea cuſtodire facerent,
cap. vbi periculum, §. præterea, illo titul.
& libro.

Assertio 8. Violenti priuantur 75
ipſo iure ſuis beneficiis, probatur aſſertio
ex can. placuit, 16. qu. 6. textus eſt ſin-
gularis, in cap. eum qui de præbend. in 6.
Rebuffus in tractatu de pacificis poſſeſſo-
ribus, num. 231. quinam dicantur violen-
ti, vel intruſi, dixi ſuprà, & dico etiam in
illa regula de pacificis, vbi de regulis Can-
cellar, in diſputatione ſequenti, quæſt. 1.
vbi dico quod electus miniſtrans ante ha-
bitam confirmationem dicitur violentus,
cap. noſti, & cap. qualiter de electione,
ideo priuatur ipſo iure beneficio, ad quod
electus fuerat, dicit decretum Concilij 76
Lugdunenſis, ibi. omnes illos, qui ſecus
fecerint, iure (ſi quod eis per electionem
quæſitum fuerit) decernimus eo ipſo pri-
uatos, fertur decretum, in cap. auaritiæ,
illo tit. in 6. vbi Francus enumerat caſus
omnes, in quibus electus poteſt admini-
ſtrare, ſine metu talis priuationis ipſo iure.

Assertio 9. Falſarij literarum 77
Papalium, priuantur eo ipſo ſuis benefi-
ciis, notatur in cap. ad falſariorum de cri-
mine falſi, ſiue in magno falſum commi-
ſerint, ſiue in modico, cum in hoc caſu
ſola temeritas conſideretur, Hoſtienſis in
ſua ſumma, illa rub. §. qualiter, verſicul.
ſed hodie quid. idem Rebuffus loco citat.
num. 204. notatur in cap. in quibuſdam
de pœnis, & eſt communis opinio Doct.
teſte Pariſ. 1. de reſignat. quæſt. 4. num.
24. & 25. vide modos falſandi tales lite-
ras in cap. licet, illo titulo de crimine
falſ.

Assertio 10. Apoſtatæ incurrunt 78
talem priuationem ipſo iure, can. finali,
diſtinct. 50. can. infames, 6. quæſt. 1. cap.

vltim. de apoſtatis, Felinus in cap. ſciſci- tarus, colum. 2. de reſcript. Nauarrus conſ. 1. de apoſtatis.

79 Assertio 11. Sodomitæ ſunt in eadem cathegoria, notatur in can. mulier, 15. quæſt. 1. cap. clerici de exceſſib. prælatorum, quod crimen teterrimum eſt, & contra naturam, gloſa in dicto cap. clerici, verb. naturam, & propter illud quinque ciuitates conſumptæ fuerunt, duæ ex proprio delicto, tres ex vicinitate, can. ſed & continuæ de pœnitent. diſtinct. 1. vide Barbar. conſ. vltim. in 1. volum.

80 Assertio 12. Hæretici priuantur eo ipſo ſuis beneficiis, patet veritas aſſertionis, ex cap. ſuper his de accuſationib. cap. excommunicamus de hæreticis, cap. 2. §. hæretici, illo tit. in 6. Baldus in proœmio decretalium, col. 3 Rebuffus in tractat. de pacificis poſſeſſoribus, num. 195. ideo Pius V. per ſuam conſtitutionem annullat reſignationes beneficiorum hæreticorum, teſte eodem Nauar. conſ. 6. de hæreticis.

81 Assertio 13. Symoniaci eandem incurrunt priuationem ipſo facto, gloſa in can. ſi quis pecunia, 79. diſtinct. cap. cum clerici de pactis, cap. nobis, & ſequenti de ſymonia, gloſa in cap. niſi, verb. ſed dumtaxat de renunciat. Archidiaconus in can. ordinationes, 1. qu. 1. Felinus in dict. cap. ſciſcitatus, col. 3. in fine de reſcript. Innocentius in cap. cum vniuerſorum de rerum permutat. Aufrerius deciſ. cap. Tholozan. quæſt. 458. Boerius in ſuis deciſ. quæſt. 117. Caſſadorus deciſ. 1. de ſymonia, gloſa pragmat. in §. deinde, verb. ipſo iure, rub. de electione, Gomeſ. in regul. de triennali poſſeſſore, quæſtione 12. idem Felinus in cap. inſinuatum de ſymonia.

82 Hinc ſymoniacus non tantum priuatur beneficio, ſuper quo commiſit ſymoniam, ſed etiam omnibus aliis, quæ habet. Innocentius IV. in cap. in noſtris de conceſſione præbendæ, iuxta conſtitutionem Pij V. quæ eſt in ordine 5. incipiente, cum primum, Nauarrus conſ. 34. num. 4. illo tit. de ſymonia, & ita iudicatur à Senatu noſtro Tholozano, & fuit iudicatum anno 1617. die 3. Nouembris, pro Guillermo Groc, contra Hoſpitalis, quod ſeruari debet etiam à Senatu Pariſienſi, quidquid dicant alij.

83 Assertio 14. Schiſmatici ſunt in eodem prædicamento, probatur ex can. nos conſuetudinem, diſtinct. 12. cap. quia diligentia de electione, Doctores in rub.

A de ſchiſmaticis, quinam dicantur tales dicce ex gloſa in ſumma 24. qu. 1. & ex ſupradictis, vbi de iure patronatus, in præcedenti diſputatione, quæſt. 7. confirmatur aſſertio hoc argumento, hæretici priuantur ipſo facto, vt oſtenſum manet, ſed ſchiſmatici ſunt tales, vt volunt iidem Doctores in illa rub. Rebuff. in illo tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 197. ergo, 3. excommunicati priuantur ipſo iure, doceo infrà, ſed ſchiſmatici ſunt excommunicati, cap. licet de elect. cap. firmiſſimè de hæreticis, ergo, &c. tales ſunt adhærentes Antipapæ, cap. cum olim de

B accuſationibus, Iacob. in tract. de feudis, verb. adhærentibus.

Assertio 15. Excommunicati ſubiacent pari priuationi, per textum ſingularem, in cap. poſtulaſtis, vbi Doctores de clerico excommunicat. miniſtrante. 84

Idem dic de ſuſpenſis, gloſa in cap. bonæ, de ætate, & qualitate, & in cap. præterea de vſuris, notatur in cap. vltimo de exceſſibus prælatorum, vbi dicitur, quod ſuſpenſi ſunt irregulares, ſed irregulares perdunt ipſo iure ſua beneficia, Panormitanus in cap. vltimo de temporibus ordinat. ergo. 85

Assertio 16. Homicida qualificatus priuatur etiam ipſo iure ſuis benefi- 86

C ciis, notatur in cap. in quibuſdam de pœnis, cap. 1. de homicidio in 6. Talis dicitur ille qui occidit ſuum Epiſcopum, can. ita nos, 25. quæſt. 2. gloſa in cap. ad aures, verb. reſtituantur de exceſſ. prælatorum, Rebuffus in concordat. §. ſtatuimus, verbo, in ciuitatibus, tub. de collationibus, notatur in clement. 1. de pœnis, vel fratricida, parricida, vel matricida, vt fuit iudicatum Tholozæ in magna Camera, anno 1642. pronunciante domino de Bertier Protopræſide meritiſſimo, pro Vicario Archiepiſcopi Arelatenſis, contra reſignatarium beneficiati Aquenſis, matri- 87 88

D cidio conuicti.

Assertio 17. Clerici omnes inferiores Epiſcopis cogentes beneficiatos renunciare priuantur ipſo iure ſuis beneficiis, notatur in dicta clement. 1. de pœnis, eſtque communis, & vera opinio Canoniſtarum, nemine diſcrepante. 89

Assertio 18. Percutientes Eminentiſſimos Cardinales priuantur etiam ipſo iure ſuis beneficiis, textus eſt mirabilis, in cap. fœlicis, illo titulo in 6. Rebuffus in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 65. Pariſius lib. 11. quæſtione 10. num. 1. nec opus eſt vlla citatione rei 90

adhoc vt decernatur talis priuatio contra illum, dicit gloſa in dicto cap. fœlicis, verbo, diſponant, licet alias contra, teſte illa gloſa in cap. licet Epiſcopus de præbendis, verb. te non vocato, illo libro, & hoc 91 propter enormitatem criminis prouenientem ex eminenti dignitate læzæ perſonæ, propter quam iura non ſeruantur, Innocent. & ibi Doctores, in cap. 1. de conſtitutionibus, Pariſius, vbi ſuprà, num. 24. dixi vbi de priuilegiis Eminentiſſimorum Cardinalium, in 4. quæſtione, diſputatione 1.

92 Assertio 19. Rei perduellionis, & criminis læzæ Maieſtatis, amittunt ipſo iure beneficia, gloſa in can. ſatis peruerſum, diſtinct. 56. Rebuffus loco citato, num. 207.

93 Assertio 20. Idem dicendum venit de bannitis, & damnatis ad perpetuos carceres, vt fuiſſe iudicatum etiam Tholozæ, aſſerit in dicto loco, num. 203.

94 Assertio penultima, milites effecti, priuantur ipſo facto ſuis beneficiis, dixi ſupra vbi de renunciatione tacita, & eſt communis opinio, teſte Imol. in cap. finali, num. 6. de clericis non reſidentibus, de Ripa lib. 2. reſponſionum, cap. 35. in hoc iudicio de reſcriptis.

95 Assertio vltima, hi omnes ſupra enumerati criminoſi tenentur in conſcientia dimittere ſua beneficia, communis eſt, & veriſſima hæc opinio, Abbas in cap. extirpandæ, §. vero, colum. 8. verſicul. ex his dico de præbend. Felinus in cap. 1. colum. 13. de conſtitutionibus, nec poſſunt percipere fructus, & tenentur 96 ad reſtitutionem omnium perceptorum, idem Felinus in cap. inquiſitionis, colum. 2. de accuſationibus, Doctores in cap. dudum de electione.

97 Hinc non poſſunt renunciari talia beneficia, dicto cap. dudum, Decius conſilio 836. colum. 2. verſicul. venio igitur, cum non ſint beneficiatorum, cap. dilecto, in fine de præbendis, cap. quod autem de iure patronatus, qui ea amiſerunt, ex incurſa priuatione, vt oſtendimus. Pariſius lib. 3. quæſt. 1. num. 79. ſed quæ ſunt amiſſa, non poſſunt renunciari, Francus in cap. cum ſecundum poſt principium, de hæreticis in 6. Collectaneus in cap. in quibuſdam, colum. 1. de pœnis, ergo.

98 Hinc non poſſunt taliter priuati ſi ſint parochi, ſoluere, vel ligare ſuos parochianos, can. placuit, de pœnitent. diſtinctione 6. cap. 1. de pœnitent. cum per talem priuationem deſierint eſſe prælati, dicto cap. dudum, & ibi gloſa, verbo, deceptæ, Papon in ſuo notario, lib. 2. de modis priuationis beneficiorum, ideo poſſunt parochiani ſe ſubtrahere ab eorum obedientia, Petrus de Ancharo in cap. ad Apoſtolici, notab. 2. de re iudicat. in 6. Lapus in cap. ſæpe de reſtitut. ſpoliatorum.

99 Hinc poſſeſſio triennalis nihil prodeſt illis, cum nullum habeant titulum, gloſa in cap. cum nuſtris, verbo de facto de conceſſione præbend. non enim dici debet coloratum, vel bonum, quod per ſe nullum eſt, cap. literas, illo titulo, Felinus in cap. in noſtra, Correlat. 36. de reſcriptis, & eſt communis opinio Doctorum, imo eo grauiora eſſent eorum crimina, quo diutius infelices detenuiſſent animas, cap. cum tanto de conſuetudine.

100 Hinc talia beneficia poſſunt quolibet tempore conferri, & impetrari, cum ſemper vacare cenſeantur, teſte Redoano de ſymonia, parte 2. cap. 8. num. 37. Abbas in cap. cum vniuerſorum, num. 5. de rerum permutatione. Rebuffus in praxi, titulo de reſignat. ſymoniaca, num. 11. Pariſius lib. 14. quæſtione 2. num. 12. notatur in cap. fœlicis de pœnis in 6. Duclos in Pariſium, dicta quæſtione 2. & eodem num.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VLTIMÆ.

1. *Nulla crimina inducunt regulariter priuationem ipſo iure, præter enumerata in præcedenti quæſtione.*
2. *Homicida non qualificatus, venit priuandus per ſententiam.*
3. *Periurus venit etiam priuandus.*
4. *Ex ſola promiſſione, oritur actio contra promittentem de iure canonico.*
5. *Verbum* excludatur, *importat canonem ferendæ ſententiæ.*
6. *Iuuenes non multum curant periuria.*
7. *Cap. 2. de reſcriptis, apud Gregorium, hic explicatur.*
8. *Periuri, qui dicantur.*
9. *Sacrilegi veniunt priuandi.*
10. *Sacrilegi ſunt infames.*
11. *Sacrilegium impedit, quominus quis promoueatur.*
12. *Facilius quis impeditur ab habendo beneficio, quam repellatur ab habito.*
13. *Multa tenent facta, quæ tamen fieri prohibentur, antequam facta fuerint.*
14. *Sacrilegi, qui dicantur.*
15. *Publici concubinarij, veniunt priuandi.*
16. *Clerici concubinarij non debent compelli ad abiurandas concubinas.*
17. *Sortilegia, furta, blaſphemia, & alia id genus, importent canonem ferendæ ſententiæ.*
18. *Nullum crimen inducit regulariter canonem latæ ſententiæ.*
19. *Priuandi faciunt fructus ſuos.*
20. *Priuandi poſſunt reſignare ſua beneficia.*
21. *Priuati, nec faciunt fructus ſuos, nec poſſunt reſignare.*
22. *Degradati, qui dicantur.*
23. *Enormia crimina inducentia priuationem ipſo iure, debent abſolui à Summo Pontifice.*

QVÆSTIO VLTIMA.

De his, in quibus requiritur ſententia iudicii.

EGimus de criminibus inducentibus priuationem ipſo iure, nunc de his quæ requirunt ſententiam iudicis, ideo ſit.

1 ASSERTIO 1. Nulla crimina, (præter ſupra enumerata) inducunt priuationem ipſo iure, ſed tantum importaut canonem ferendæ ſententiæ, communis eſt, eaque veriſſima opinio Canoniſtarum, teſte de Anania, in cap. 2. de clerico pugnante in duello, cum enim, vt dictum fuit, priuatio ipſo iure incurratur tantum in caſibus expreſſis à iure, Rebuff. in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, nulla alia reperiri poſſunt in toto iure Canonicu crimina, præter ſupra dicta, quæ importent talem priuationem, ergo non important. B

2 Hinc homicidium non qualificatum non priuat ipſo facto reum homicidij, cap. ex literis de exceſſibus prælatorum, Innocentius in cap. cum noſtris de conceſſione præbendæ, Felinus in cap. inquiſitionis, num. 3. de accuſationibus, Cardinalis in clement. conſtitutionem, §. cæterum de electione, notatur in cap. clericis, ne cle-

A rici, vel monachi, Aufrerius deciſ. Capellæ Tholozan. qu. 436. Nauarrus in manuali, cap. 27. num. 259. Concilium Tridentinum, ſeſſione 24. cap. 7. de reformatione.

Hinc periurium non inducit talem priuationem ipſo iure, contra eundem 3
Rebuffum in illo tractatu, num. 223. licet enim graue ſit fidem fallere, dicit textus in can. noli exiſtimare, 13. qu. 1. & fruſtratoria eſſe non debeant verba clericorum, clement. 1. & ibi Bonifacius, num. 18. de renunciat. qui obligantur ex ſola promiſſione, vt volunt Doctores in cap. 1.
per illum textum de pactis, tamen ex ſolo 4
periurio non inducitur de iure talis priuatio, cap. niſi, §. propter conſcientiam,
B illo titulo de renunciat. & ibi Doctores, iuncta gloſa dicunt, quod periurus poteſt renunciare, ſed qui priuatur ipſo iure, non poteſt renunciare, vt probatum manet ex dictis in præcedenti quæſtione, ergo, 2. confirmatur ex cap. tuæ ibi. *excludatur* de
iureiurando, ſed verbum illud *excludatur*, 5
importat canonem ferendæ ſententiæ, gloſa in cap. quicunque de hæreticis in 6. ergo, eſtque mens communis ſententia Doctorum, teſte Gomeſio in §. item ſi quis, num. 28. inſtitut. de actionibus, Decius in cap. cum non ab homine, num. 5. de iudiciis, gloſa in cap. venerabilem, verbo, periurium de electione, Pariſius lib. 4. reſignat. benef. quæſtione 3. num. 12. & lib.

& lib. ſ. quæſt. 6. num. 65. & ideo ſer- A
6 uanda in iudiciis, alias ferè omnes bene-
ficiati priuati poſſent, & potiſſimum iu-
uenes, qui non multum curant periuria,
ſicuti ſcholaſtici, teſte Barbato, in rub. de
iureiurando in clement.

7 Obiicies cum eodem Rebuffu, loco al-
legato, cap. 2. ibi. *& ſi conſtaret ipſum de
periurio eſſe conuictum, & perpetuo illi renun-
ciaſſe prabenda ipſum amoueres ab ea, & eo
cognito, & probato prabendam adiudicaſſet
eandem* de reſcript. ergo periurus priuatur
ipſo iure. Reſp. negando conſequen-
tiam, ibi enim, vt patet ex textu dicti cap.
erat periurium, & renunciatio, vnde non
eſt mirum, ſi ob renunciationem factam B
de præbenda ab illo clerico periuro im-
poſitum fuerit ei ſilentium à domino A-
lexandro III. reſcribente, quare dic quod
priuatus fuit talis clericus beneficio, ſed
non ex cauſa periurij, quod numquam in-
duxit vacationem ipſo iure beneficiorum,
cap. peruenit de fideiuſſoribus, cap. acce-
pta de reſtitutione ſpoliatorum, ſed pro-
pter ſuam reſignationem, quæ ipſo facto
ſemper priuauit facientem, cap. quod in
dubiis de renunciat. Doctores in cap. ſol-
licitè, illo titulo de reſtitut. ſpoliatorum,
vt docui vbi de reſignationibus, in præ-
cedenti diſputat. qu 5.

8 Quinam autem dicantur periuri, dixi C
vbi de Epiſcopis, vbi oſtendi quod ſunt
illi, qui veniunt contra iuramentum ſine
neceſſitate, dicto cap. 2. dixi ſine neceſſi-
tate, quæ ſemper cenſetur excepta, vt
oſtendi vbi de tranſlatione prælatorum,
vel authoritas ſuperioris, cap. venientes
iureiurando, Ioannes Andræas in regula
in malis, de regulis iuris in 6. in mercu-
rialibus, Rebuffus in tractatu priuilegio-
rum, priuilegio 73. vel etiam periuri di-
cuntur, qui renunciant duobus, teſte eo-
dem Pariſio, lib. 1. qu. 14. nu. 24.

9 Assertio 2. Sacrilegi veniunt pri-
uandi per ſententiam, probatur ex can.
quod autem 16. quæſt. 3. can. nulli, 3. qu. D
10 4. nam tales ſacrilegi ſunt infames, can.
infames, 6. qu. 1. ideo repelluntur à per-
ceptione ſacramentorum, can. mirur, 17.
quæſt. 4. tamquam excommunicati, can.
ſi quis preſbyter, 50. diſtinct. cap. vltimo
de furtis, ad quod adde ſacrilegium impe-
11 dire promouendum, Abbas in cap. con-
queſtus in fine, de foro competenti, gloſa
in cap. venerabilem, verb. ſacrilegium de
electione, cum enim veniat priuandus per
ſententiam beneficio, quod habet (vt pro-
batum fuit) ad illud non debet vocari ſi
non habeat, cap. quemadmodum de iu-
reiurando, gloſa in can. cum omnibus, 81.
diſtinct. Rebuffus in illu tractatu de pa-
cificis, num. 203. Pariſius in illo libro 4.
reſignar. qu. 3. num. 23.

Obiicies non poteſt ex ſupradictis ſacri-
legus habere beneficia, ergo illis habitis
priuatur ipſo facto. Reſp. conceſſo ante-
cedente, nego conſequentiam, nam fa- 12
cilius quis impeditur ab habendo, quam
repellatur ab habito, dicit Felinus in cap.
ſuper his de accuſationibus, iuxta com-
munem regulam turpius eiicitur, quam
non admittitur hoſpes, dicto cap. quem-
admodum, Gomeſ. in regula de triennali
poſſeſſore, quæſt. 42 & multa tenent fa- 13
cta, quæ tamen non ſunt de iure facienda,
can. neque furioſus, 31. qu. 2. Barb. conſ.
55. in nomine, volum. 1. quinam autem 14
dicantur ſacrilegi, dic 1. quod ſunt illi, qui
mala inferunt perſonis Eccleſiaſticis, cap.
cum ſit de foro competenti, cap. 2. de pri-
uilegiis, eos percutiendo, vel alias, cap.
fœlicis de pœnis in 6. clement. 1. illo tit.
2. ſacrilegi dicuntur laici vſurpantes bo-
na, vel iura Eccleſiaſtica, dicto cap. con-
queſtus, & multi alij, quos vide apud Ca-
noniſtas, in rub. de cohabitat. clericorum
& mulierum.

Assertio 3. Publici concubinarij 15
ſunt in eadem cathegoria, notatur in can.
præter, 22. diſt. can. ſi quis clericus, diſt.
81. gloſ. in can. lator, 2. qu. 7. textus in
cap. ex parte à de teſtibus, in cap. vt cle-
ricorum, de vita & honeſtate clericorum,
gloſa pragmatices in verb. omnibus, rub.
de publicis concubinariis, Rebuffus in
concordat. illa rub. in principio, vbi dicit
concordatum, debere ordinarios compel-
lere concubinarios, vt dimittãt concubi- 16
nas, non tamen vt abiurent eas, ne ſequa-
tur periurium, quod eſſet atrocius, dicit
cap. clericis de iureiurando, & cap. cleri-
cos, & ibi Abbas, illo titul. de cohabitat.
cleric. & mulier. vide Doct. in cap. etſi
clerici, §. de adulteriis de iudiciis, ita com-
muniter concludentes, & in cap. cum non
liceat, vbi dicunt tantum quod fugiendi
ſunt, & ibi gloſa, verb. recedere, de præ-
ſcriptionibus.

Assertio vltima, idem venit dicendum 17
de cæteris quibuſcumq. criminib. vt ſor-
tilegiis, vſuris, furtis, blaſphemiis, & aliis,
quæ non inducunt priuationem latæ ſen-
tentiæ, ſed ferendæ, can. ſi quis, can. il-
lum, 22. quæſt. 1. cap. finali, & ibi Doct.
de clerico ægrotante, cap. clericis, & cap.
ſententiam, ne clerici, vel monachi, ra-

18 tionem diximus ſuprà, quia nullum cri-
men regulariter inducit talem priuatio-
nem ipſo iure, abſque ſententia declara-
toria, Abbas in cap. in noſtris, de conceſſ.
præben. Capella Tholozana, decif. 436.
Roſſiniacus de beneficiis, cap. 26. col. 8.
Gabriel conſilio 196. lib. 1. Pariſius libro
3. qu. 16. num. 6. & lib. 7. quæſtione 2.
num. 8. & 11.

19 Hinc omnes hi priuandi faciunt fructus
ſuos, donec priuentur per ſententiam,
idem Abbas in cap. item cum quia de re-
ſtitutione ſpoliatorum, Felinus in cap. de
quarta, col. 4. de præſcriptionib. Anto-
nius de Burg. in cap. canonum, num. 25.
20 de conſtitutionibus, & poſſunt reſignare,
Rota deciſione 5. de re iudicata in nouis,
idem Felinus in cap. inquiſitionis, col. 3.
de accuſationibus, idem Roſſiniacus illo
tractatu de benef. cap. 21. Boerius deci-
ſione 205. & ſequenti, Gomeſ. in regula
de annali, qu. 42. num. 3. Gamb. de au-
thoritate Legati à latere, lib. 10. nu. 321.
21 & in hoc differunt à priuatis, qui nec poſ-
ſunt reſignare, vt eſt communis, & vera
opinio Doctorum, vt fuſius oſtendimus
in ſuperiori quæſtione, nec facere pro-
curationes ad reſignandum, quæ cenſen-
tur omnes de iure reuocatæ per priuatio-
nes conſtituentium, cum priuati quoad
beneficia, dicantur mortua quoad illa,
idem Pariſius lib. 9. quæſt. vltima, nu. 2.
ſed mortui non poſſunt procurare, cle-
ment. vltima de procuratoribus, ergo,
nec mortui ciuiliter, nam mors ciuilis eoſ-
dẽ producit effectus, quos naturalis, Do-
ctores in cap. ſuſceptum de reſcriptis in
6. nec faciunt fructus ſuos, gloſa in cap.
dudum de electione, idem Rebuff. in illo
tractat. num. 263.

Tales ſunt omnes degradati, vt eſt com- 22
munis opinio illorum Doctorum, in dicto
cap. etſi clerici, qui dicuntur illi, qui ob
crimina fuerunt de gradu proprio eiecti,
idem Abbas in cap. ad audientiam, de
crimine falſi, Speculator in titulo de ac-
cuſationibus, §. 1. verſicul. degradatur,
per ſententiam Epiſcopi certo aſſiſtente
preſbyterorum, numero, can. ſi quis Epi-
ſcopus criminaliter, 6. quæſt. 4. cap. 2.
de pœnis in 6. & hæc enormia crimina 23
inducentia priuationem ipſo iure, de-
bent abſolui à Summo Pontifice, cap.
canonica, de ſententia excommunicatio-
nis.

Finis Diſputationis quartæ.

DISPVTATIO QVINTA.

De Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, vſum habentibus in hoc regno Gallico.

Tot erunt quæſtiones in hac diſputatione, quot ſunt regulæ ſeruatæ in hoc Imperio Gallico, & quia illæ ſunt ſex, totidem erunt & quæſtiones, quarum prima erit de triennali poſſeſſione, ceu de pacificis poſſeſſoribus, 2. de regula de viginti, ceu de infirmis reſignantibus 3. regulam de publicandis reſignationibus explicabit, 4. oſtendet quomodo tolli non queat ius quæſitum, 5. veriſſimilem notitiam obitus patefaciet, eiuſque mirabiles effectus, vltima denique quomodo fieri debeant vniones beneficiorum edocebit, ſit igitur.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS PRIMÆ.

1. *Ei primo loco tenemur obnoxij, à quo nos beneficia credimus accepiſſe.*
2. *Regula de pacificis poſſeſſoribus, hic inſeritur.*
3. *Regula hæc Cancellariæ, vndenam ortum habuerit.*
4. *Verbum* ſtatuo, *nouum ius facit.*
5. Quicumque *vox, generalis eſt nihil excludens, & omnia importans.*
6. *Fæminæ habentes prælaturas, iuuantur decreto de pacificis poſſeſſoribus.*
7. *Iura multum fauent mulieribus.*
8. Dummodo, *vox eſt limitatiua.*
9. Dummodo, *vox eſt conditionalis, ſuſpendens actum in euentum, duntaxat conditionis.*
10. *Violentus, quis dicatur.*
11. *Ad præſcribendum, ſemper requiritur titulus, ſaltem coloratus.*
12. *Coloratus titulus, quis dicatur.*
13. *Titulus, quis ſit.*
14. *Coloratus dicitur ille titulus, (qui licet non ſit nullus de iure) venit tamen annullandus per ſententiam.*
15. *Titulus ille dicitur coloratus, qui factus fuit ab Epiſcopo diœceſano in præiudicium eius, qui erat verus collator.*
16. *Collatio facta ab Vicario Capituli (ſede vacante) dicitur colorata, & iuuat triennalem poſſeſſorem.*
17. *Omnia beneficia vacantia (ſede vacante) ſunt hodie de reſeruatis ſanctæ Sedi.*
18. *Colorata eſt illa collatio, quæ facta fuit ab ordinario habente manus ligatas.*
19. *Incoloratus dicitur titulus, qui eſt ipſo iure nullus.*
20. *Incoloratus eſt titulus factus à Vicario non habente poteſtatem conferendi ab Epiſcopo.*
21. *Poteſtas conferendi, debet ſpecialiter committi.*
22. *Incoloratus dicitur titulus, qui factus fuit in præiudicium decreti Pontificij irritantis.*
23. *Symoniacus, quis dicatur.*
24. *Symoniacè prouiſus, etiam ignorans, debet in conſcientia dimittere ſuum beneficium.*
25. *Fallit in caſu hic inſerto, & quando ignorauit ſymoniam per triennium.*
26. *Symonia computatur inter grauiſſima, & teterrima crimina.*
27. *Symoniacus nullum habet titulum.*
28. *Sine titulo, vel vero, vel colorato, nulla currit de iure præſcriptio.*
29. *Longa poſſeſſio beneficij non iuſtificat titu-*

lum, qui ideo debet probari.

30. Exhibitio tituli eſt facienda in iudicio, tum ad obtinendam, tum ad recuperandam poſſeſſionem.

31. Symoniacus eſt, qui dat penſiones, vel ſtipendia, donec de beneficio prouiderit.

32. Fallit in caſu inſerto, in cap. cum ſecundum de præbendis.

33. Symoniacus eſt, qui dat pecunias iudicibus, vt obtineat beneficium.

34. Pacificus poſſeſſor, quis dicatur.

35. Pacificus poſſeſſor eſt, qui per triennium pacificè poſſedit beneficium, ſine vlla lite, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio.

36. Citatio interrumpit præſcriptionem.

37. Citatio, eſt litis inceptio.

38. Citatio dat locum præuentioni inter indices.

39. Neceſſaria hic apponuntur ex textu regulæ, adhoc vt quis non dicatur pacificus poſſeſſor.

40. Pacificus ille dicitur contra eos, contra quos non litigat, licet litiget contra alios.

41. Lites non debent eſſe perpetuæ, & immortales.

42. Quot ſint neceſſaria de iure Canonico, adhoc vt citatio interrumpat præſcriptionem, hic oſtenditur.

43. Libelli oblatio, eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij.

44. Libellus, quid ſit.

45. Tempus ad comparendum in iudicio, debet eſſe competens.

46. Tempus comparendi, pendet ex arbitrio iudicis.

47. Prælatura, quid ſit.

48. Prælaturæ nomine hic, venit Epiſcopatus.

49. Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij, non poſſunt moleſtari poſt triennium.

50. Dignitas, quid ſit.

51. Illa eſt cenſenda dignitas, quæ de conſuetudine talis reputatur.

52. Perſonatus, quid ſit.

53. Præcentoriatus in noſtra Eccleſia eſt perſonatus.

54. Beneficij nomine, omnia beneficia includuntur.

55. Beneficia laicalia, non ſunt beneficia, ſed officia.

56. Lex regulariter reſpicit futura.

57. Triennium debet eſſe completum, & in ſtatu perfecto.

58. Triennium non debet eſſe completum, quando lex, vel ſtatutum dicit ſufficere inceptum.

59. Triennium noſtrum ad affectum iſtius triennalis poſſeſſionis, debet eſſe continuum.

60. Vbicumque lex requirit certum tempus, illud debet eſſe continuum.

61. Tempus prædeceſſoris, non poteſt coniungi cum tempore ſucceſſoris.

62. Cap. cum de beneficio de præbendis in 6. hic explicatur.

63. Caſus in quo reſignans cenſetur non interrupiſſe iſtam continuitatem triennij.

64. Per probationem extremorum, media cenſentur, & probata.

65. Ille dicitur poſſidere, cuius nomine poſſidetur.

66. Poſſeſſio ſumi poteſt per procuratorem.

67. Reſignatio poteſt fieri per procuratorem.

68. Permutari poſſunt beneficia per procuratores.

69. Acceptari poſſunt beneficia per procuratores.

70. Matrimonia contrahi poſſunt per procuratores.

71. Ad capiendam poſſeſſionem requiritur ſpeciale mandatum.

72. Poſſeſſio non tribuitur per ſolam collationem ſuperioris.

73. Per collationem ſuperioris, ius acquiritur collatario.

74. Præſcriptio triennalis, computatur à die ſumptæ poſſeſſionis.

75. Parochus, quandonam dicatur incipere poſſeſſionem curæ.

76. Canonicus, quandonam dicatur ſumere poſſeſſionem ſuæ præbendæ.

77. Petitorium rei litigioſæ, quid ſit.

78. Cauſa petitorij, & poſſeſſorij, debet regulariter tractari ab vno, & eodem iudice.

79. Prius debet iudicari poſſeſſorium, quam petitorium.

80. Poſſeſſorium, eſt propriè vſusfructus rei alicuius.

81. Poſſeſſorium rerum etiam ſpiritualium iudicatur in regno à ſolis iudicibus regiis, non autem ab Eccleſiaſticis, ex conceſſione Pontificia.

82. Cap. cauſam qui filij ſint legitimi apud Gregorium, hic explanatur.

83. Durante bello, tempus non currit.

84. Bellum excuſat à contumacia.

85. Bellum excuſat à publicatione reſignationis.

86. Impedimentum ineuitabile excuſat à mora.

87. Peſtis excuſat à mora.

88. Omittens aliquid agere ad quod tenebatur, tempore belli, vel peſtis, non poteſt dici negligens.

89. Impeditus, non poteſt dici negligens.

Digitized by Google

100. *Impedimentum legitimum, excuſat à deſertione.*
101. *Impedimentum ineuitabile, excuſat emphyteutum non ſoluentem canonem,*
102. *Impedimentum legitimum, excuſat ab obligatione accedendi ad concilium generale.*
103. *Impedimentum legitimum, excuſat à non appellando intra tempus iuris.*
104. *Infirmi etati non tenentur comparere in iudicio.*
105. *Impedimentum non excuſat impeditum à mora ſi non fuerit proteſtatum, contra præſcribentem.*
106. *Proteſtatio, quomodo fieri debeat ad interrumpendam triennalem poſſeſſionem hic edocetur.*
107. *Proteſtatio fieri debet parte vocata.*
108. *Impedimetum (vt excuſet) debet probari.*
109. *Impedimentum (vt excuſet) debet probari, fuiſſe ineuitabile, & ibi dicitur quod debet etiam probari diligentia adhibita in illo remouendo.*
110. *Eius eſt probare impedimentum, qui ſuper illo ſe fundat.*
111. *Iura omnia pugnant pro poſſeſſore.*
112. *Legitime impeditus dicitur ille, qui detinetur in vinculis.*
113. *Inthimatio impedimenti fieri debet iuxta formam præſcriptam à domino Clemente V. in Concilio Vienneuſi.*
114. *Forma præſcripta à Concilio Vienneuſi, quanam ſit.*
115. *Concilium Vienneuſe, quandonam celebratum fuerit.*
116. *Quanam conſtituta fuerint in dicto Concilio, hic dicitur.*
117. *In dicto Concilio, ſtatutum fuit, feſtum ſanctiſſimi Sacramenti celebrari debere ſingulis annis quinta feria poſt octauam Pentecoſtes, & ibi conceſſa fuerunt indulgentia, intereſſentibus horis canonicis intra octauam dicta feſtiuitatis.*
118. *Concilium nequit de iure celebrari, ſine authoritate Summi Pontificis.*
119. *Eius eſt regulariter interpretari, cuius eſt condere.*
120. *Summo Pontifici ſemper cordi fuit, redimere à litibus ſuos ſubditos.*
121. *Sopitæ iudicio Sedis Apoſtolicæ quaſtiones, ad perpetuam rei memoriam ſcripto commendantur.*
122. *Monitiones Papales, non ſunt contemnenda ſed cum veneratione ſumenda.*
123. *Prælati, & alij inferiores monitionibus Pontificiis non deferentes, incurrunt indignationem Dei, & ſanctæ Sedis.*
124. *Parum eſſet leges condidiſſe, ſi non eſſent, qui eas ſeruandas curarent.*
125. *Vox* etiam, *eſt ampliatiua ſermonis.*
126. *Prælati tenentur inquirere de titulis ſuorum ſubditorum.*
127. *Inquiſitiones fieri debent à prælatis in viſitationibus diæceſeon ſuarum, parte vocata.*
128. *Beneficiati tenentur exhibere ſuos titulos prælatis viſitantibus, & inquirentibus.*
129. *Beneficiati recuſantes exhibere titulos, ſuis prælatis, poſſunt à beneficiis amoueri.*
130. *Sine titulo poſſidens parochiam, decipit parochianos.*
131. *Inquiſitio, quid ſit.*
132. *Inquiſitio fieri poteſt de iure à prælatis, etiam nullo accuſatore exiſtente, fama tamen publica deferente.*
133. *Inquiſitio fieri debet parte citata.*
134. *Ratio hic inſeritur talis obligationis citandi partem, deducta ex iure Pontificio.*
135. *Non citatus, non poteſt dici contumax.*
136. *Intruſi, & violenti nullum ius habent in beneficiis.*
137. *Intruſi habent omni tempore conſcientiam rei alienæ.*
138. *Poſſeſſio longi temporis non habilitat incapacem.*
139. *Intruſus, quis dicatur, & ibi oſtenditur, quot modis dicatur talis.*
140. *Intruſi tenentur dimitttere ſua beneficia.*
141. *Qui retinent ſua beneficia cum peccato, quanto magis retinent, tanto plus peccant.*
142. *Diuturnitas temporis non minuit, ſed auget peccatum.*
143. *Intruſi tenentur ad reſtitutionem omnium fructuum perceptorum.*
144. *Violenti priuantur ipſo iure.*
145. *Nihil eſt quod Eccleſiis magis officiat, quam quod indigni aſſumantur ad regimen earum.*
146. *Indignus eſt regulariter, qui non eſt dignus.*
147. *Indignus eſt, omnis non tonſuratus.*
148. *Indignus eſt, omnis ignarus.*
149. *Illiteratura eſt iuſta cauſa renunciandi.*
150. *Illiteratura eſt impedimentum legitimum non promouendi.*
151. *Indignus eſt, omnis ſymoniacus.*
152. *Ad probandam ſymoniam, admittuntur de iure omnes infames.*
153. *Symonia dicitur hæreſis.*

154. *Pneri ſunt indigni beneficiorum, quibus inſeruire non poſſunt.* A

155. *Ordinatus à non ſuo Antiſtite ſine dimiſſoriis eſt indignus.*

156. *Per ſaltum promotus, eſt indignus.*

157. *Suſpenſus, eſt indignus.*

168. *Alij indigni qui dicantur, hic docetur.*

159. *Dignus eſt regulariter beneficij, qui dignus eſt ordinum clericalium.*

160. *Bigamus non eſt dignus ordinis, & ibi dicitur quod non poteſt eligi ad beneficia, & quod Lamech fuit primus qui dedit locum bigamia reprobandæ.*

161. *Nemo poteſt ſeipſum inſtituere.*

162. *Idoneis debent dari beneficia.*

163. *Idoneus eſt, diſpenſatus.*

164. *Statutum conditum à Papa, ligat omnes ſubditos.*

165. *Qui totum dicit, nihil excludit.*

166. *Caſus in quo bonitas tituli non æquiparatur titulo colorato, qui venit ei præferendus.*

167. *Præſcribens cum colorato titulo, poteſt agere contra verum titularium, etiam quoad reſtitutionem fructum.*

168. *Ratio promulgandæ regulæ de pacificis, hic inſeritur.*

169. *Habens ſententiam recredentia, & præſcribens cum ea, non poteſt amplius moleſtari.*

170. *Praxis regni hic apponitur in fauorem triennalis poſſeßionis, & ibi formula literarium regiarum dictarũ de pacificis inſeritur.*

QVÆSTIO PRIMA.

De regula trigeſima tertia Cancellariæ Apoſtolica, dicta de triennali poſſeßione, ceu de pacificis poſſeſſoribus.

1 CVm ei primo loco teneamur obnoxii, à quo nos accepiſſe credimus beneficia, dixit textus ſingularis, in cap. cum in officiis de teſtamentis, primam facio hanc regulam, quæ mihi multum fauere viſa fuit contra multos impetrantes, tum Regaliſtas, cum alios, quemadmodum multum fauit his nouiſſimis diebus vni ex confratribus meis præbendam litiganti in hoc Senatu Pariſienſi, qui obtinuit eam in poſſeſſorio, intuitu ſuæ triennalis poſſeſſionis, quæ mirabiles producit effectus, vt colligere licet ex interpretatione textus dictæ regulæ, quæ ſic ſe habet,

Regula 33. Cancellariæ, de triennali poſſeſſore, ceu de pacificis poſſeſſorib.

STatuimus quoque, & ordinamus, quod quicumque (dummodo non ſit intruſus, vel ſimoniacus) ſed habens coloratum titulum pacificè, & ſine lite prælaturam, dignitatem, perſonatum, & adminiſtrationem, officium, vel quodcumque beneficium Eccleſiaſticum triennio proximo hactenus, vel pro tempore poſſederit, ceu poſſidebit, in petitorio, vel poſſeſſorio à quoquam etiam ratione iuris nouiter 2
B *reperti moleſtari nequeat, præterquam prætextu hoſtilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari valeat, & illud iuxta Concilium Viennenſe intimari: Lis autem hoc caſu, quoad futuras controuerſias intelligatur, ſi ad executionem citationis, iuriſque ſui in iudicio, vel exhibitionem, aut terminorum omnium obſeruationem proceſſum fuerit: Monemus etiam ordinarios, vt diligenter inquirant, ne quis ſine titulo beneficium poſſideat, & ſi quem ſine titulo poſſidere repererint, declarent illi ius non competere in eodem, etiam cuiuſuis temporis detentione nonobſtante, de ipſoque beneficio poſſit illi, (dummodo non ſit intruſus, vel violentus, aut alias indignus,) vel alteri idoneo prouidere.*
C Ex qua vides eum, qui pacificè poſſedit ſuum beneficium per triennium continuum, non poſſe moleſtari à quoquam, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio, etiam ratione iuris nouiter reperti, vt dico infrà, Gomeſ. in hac regula per totum.

Vndenam ortum habuerit regula iſta, & originem varij varij ſentiunt, Felinus in cap. ſicut, col. 16. de ſententia, credit illam deſumptam fuiſſe à decreto Concilij Baſilienſis, can. 8. quemadmodum, & gloſſator iſtius regulæ, quorum ſententiæ acquieſcit, Gomeſ. in hac regula, quæſtione 1. in principio, alij vti Rebuffus in pra-
D xi, ſuper hanc regulam, ex cap. 1. de præſcriptionibus, quod fuit eductum ex Concilio Affricano, quod ſic ſe habet: *Placuit vt ſi quiſquam aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit: ſi eum per triennium nemine repetente tenuerit, vlterius ab eo non repetatur.* Alij vero, quibus ego aſſentior, dicunt illam depromptam fuiſſe, ex cap. vno de ſequeſtratione poſſeſſionum, in clement. en eius verus textus, *Ad compeſcendas litigantium malitias definimus, vt (vna contra poſſeſſorem definitiua ſententia ſuper beneficio apud Sedem Apoſtolicam. duntaxat in petitorio, vel in poſſeſſorio promul-*

Digitized by Google

gata) beneficium ipſum, etiam ſi ſit dignitas, A
vel perſonatus exiſtat, & curam habeat ani-
marum, à poſſeſſore huiuſmodi, (dum tamen
triennio pacificè ab eo poſſeſſum non fuerit)
per loci ordinarium apud aliquam perſonam
idoneum ſequeſtretur. eſtque regula 33.
Cancellariæ, cuius mirabiles extant effe-
3 ctus, vt dico infrà, quæ omnes regulæ
primum habent authorem dominum
Ioannem 22. vt benè idem Gomeſ. in
procemio regularum Cancellariæ, quam-
uis Cancellaria Apoſtolica eſſet multo
ante promotionem dicti domini Papæ,
erat enim tempore Lucij III. vt colligi-
tur ex ſua decretali adhæc, ibi, *tales igitur*
literas è Cancellaria noſtra non credimus ema- B
naſſe de reſcriptis, & tempore ſui immediati
ſucceſſoris Innocentij 3. vt conſtat ex cap.
porrecta, de confirmatione vtili.

4 *Statuimus*, verbum hoc ius nouum fa-
cit, cap. 1. de officio delegati in 6. cle-
ment. vltima de reſcriptis, gloſa in cap.
eos de ſententia excommunicat. libro 6.
in clement. finali de ætate, & in clement.
2. de rebus Eccleſiæ alienand. Panormi-
tanus in cap. decernimus de iudiciis, Re-
buff. in concordat. rub. de collationibus,
§. ſtatuimus, 1. Pariſius libro 13. quæſt. 2.
num. 3. debet enim ſumi cum effectu,
can. in memoriam, 19. diſtinct. can. hæc C
autem verba, de pœnitentia, diſtinct. 1.
cap. in his de verborum ſignificatione,
gloſa in extrauag. execrabilis, verbo, ſta-
tuimus, in extrauagantibus Ioannis 22.

Quoque, id eſt etiam, cap. nihil eſt, §.
Epiſcopi quoque, & cap. quia propter, §.
ibi. *electiones quoque*, de electione, cap.
conſilium, §. ſanctorum quoque de ob-
ſeruatione ieiuniorum, cap. ſicut dignum,
§. hi quoque de homicidio, cap. ex eo, §.
vltimo, illo titul. de electione in 6. Ar-
chidiaconus in cap. quorundam, colum.
2. eo titul. & libro, idem Rebuffus in illo
loco, §. ſtatuimus, 2. vel *quoque*, id eſt in- D
ſuper, cap. ſtatutum, §. inſuper, & §. pro-
ferendo quoque de reſcript. lib. 6.

Quod, ſumitur hic hæc vox aduerbiali-
ter, cap. ex parte, cap. ſanè, & cap. telarũ
de officio delegati, cap. hac conſtitutio-
ne, illo titulo in 6. cap. illud de iure pa-
tronatus, cap. ſtatuto, §. ſtatuimus, quod
de decimis, illo lib. 6.

5 *Quicumque*, vox generalis eſt, nullum
excludens, cap. in Geneſi de electione,
Decius conſilio 5. ad finem, idem Pari-
ſius libro 11. quæſt. 3. num. 2. & omnia
includens, cap. ſi de cuiuſcumque de
conceſſ. præbend. in 6. gloſa in clement.
2. verb. quocumque, de vita, & honeſtate
clericorum, maſculos, & fœminas, gloſa
in clement. 1. verb. quicumque de deci-
mis, & in clementina prima de ſepulturis,
gloſa in cap. generali de electione, libro
ſexto.

Hinc fœmina habens prælaturam, iux- 6
ta notata in cap. dilecta de maioritate,
cap. indemnitatibus, illo titulo de elect.
& lib. 6. quam poſſedit per triennium
continuum, iuuatur hoc decreto de paci-
ficis, nec poteſt moleſtari, nec in petito-
rio, nec in poſſeſſorio illius, gloſa Conci-
lij Baſilienſis, in titulo de pacificis, Gomes
in hac regula de triennali poſſeſſore, quæ-
ſtione 3. idem Rebuffus in tractatu de pa-
cificis poſſeſſoribus, num. 4. imo & mul-
to fauorabilior eſt mulierum cauſa, cum 7
indecorum ſit eas curis ſecularibus, vel
litibus occupari, cap. mulieres de iudiciis
in ſexto.

Dummodo, vox limitatiua eſt, cap. ſciſci- 8
tatus, ibi. *dummodo is qui*, de reſcriptis,
cap. quia de electione, cap. finali de tranſ-
latione Epiſcopi, cap. ex tuarum de au-
thoritate, & vſu pallij, cap. quoniam, §. is
autem de officio delegati, cap. vltimo in
fine, de teſtamentis, cap. cum contingat,
de ætate, cap. cum cauſam de appellatio-
nibus, cap. Ioannes, ibi. *dummodo nullum*
percipiant beneficium Eccleſiaſticum, de cle-
ricis coniugatis, cap. præſenti, ibi. *dum-*
modo de officio delegati in 6. idem Rebuff.
in concordat. rubrica de regia ad præla-
turas nominatione, verbo, *dummodo*, & 9
conditionalis, Doctores, iuncta gloſa, in
cap. non poteſt de præbend. in 6. Rota
deciſ. 231. in nouis.

Violentus, qui dicitur multis modis, pri- 10
mò, qui expulſo vero, & legitimo poſſeſ-
ſore beneficium per vim occupat, cap.
cum qui de præbendis in 6. & violenter
illud detinet, cap. quia, 5. de iudiciis, &
contra hos iura armant, cap. conqueſtus
de foro competenti, 2. qui capit poſſeſſio-
nem ſua propria authoritate, Francus in
dicto cap. cum qui, 3. qui habet titulum
nullum, gloſa pragmatices, in verbo, co-
lorarum, titulo de pacificis, Rebuffus in
illo tractatu de pacificis, num. 34. 4. qui
non intrat per oſtium in Eccleſiam, ſed
per feneſtram, cap. relatum de iure pa-
tronatus, idem Rebuffus vbi ſuprà, multo
plura dicam infrà, verb. *intruſus*, vbi do-
ceo violentos eſſe intruſos, Abbas in cap.
cum iamdudum, colum. vltima de præb.
Ioannes Andræas in cap. in literis de re-
ſtitutione ſpoliatorum, Cottaſius in tract.

de beneficiis, cap. 4. num. 53. & illi nullo A
modo præſcribunt, Probus in additione
ad gloſam pragmat. illo verbo *coloratum*,
num. 12. quia non habent in vlla parte
temporis bonam fidem, quæ neceſſaria
eſt in omni præſcriptione, dicit textus in
cap. ſi diligenti de præſcriptionibus, imo
quanto magis retinent, tanto plus pec-
cant, can. ſi res, 14. quæſt. 6. cum tanto
ſint grauiora crimina, quanto longiori
tempore infœlicem detinent animam al-
ligatam, cap. quanto de conſuetudine, &
ideo tenentur ad reſtitutionem fructuum
perceptorum, Rota deciſione 5. de reſti-
tutione ſpoliatorum in nouis, & dixi vbi
de criminibus, & aliis inducentibus priua- B
tionem ipſo iure, in præcedenti diſputat.
quæſt. 1.

11 *Coloratum titulum*, qui ſemper debet
eſſe, cap. ex frequentibus, de inſtitutio-
nib. regula 1. de regulis iuris in 6. cum
ſine illo non currat præſcriptio, nec trien-
nalis, nec quadragenaria, propter ratio-
nem ſupra inſertam, quam notant Doct.
in dicto cap. ex frequentibus, & qui dici-
12 tur coloratus, qui licet non habeat boni-
tatem intrinſecam, habet tamen illam ap-
parentem, dicit illa gloſa pragmat. loco
13 citato, vide quæ dico inferius, titulus vero
dicitur, omnis modus canonicus habendi C
beneficia, cap. vt ſingulæ de officio archi-
presbyt. gloſa in cap. 2. verbo, intitulatam,
de electione, Boerius in additione ad
Dinum, in illa regula 1. illos modos om-
nes appoſuimus in diſputatione tertia,
per totum.

14 Hinc coloratus dicitur, ille titulus, qui
non eſt nullus ipſo iure, licet veniat an-
nullandus per ſententiam, ſi intra trien-
nium impugnetur, qualis eſt collatio fa-
cta ab ordinario de beneficio iuris patro-
natus ſine præuia nominatione patroni,
vt eſt magis vera opinio, ſecundum quam
concludimus vbi de præſentatione pa-
troni, dicta diſputat. 3. & iudicauit millies
Rota, teſte Pariſio, lib. 2. quæſt. 4. num. D
15 17. & ſequenti, 2. qui habuit ſuum titu-
lum ab Epiſcopo loci, in quo ſitum eſt be-
neficium, Nicolaus Millius in ſuo reper-
torio, verbo, poſſeſſio, quæſt. 101. Au-
ferius deciſ. Tholozan. quæſtione 441.
item, &c. quod tamen erat de conſuetud.
ne ab inferiore conferendum, cap. cum
olim de cauſa poſſeſſionis.

16 Idem dic de collatione Capituli facta
(ſede vacante) de beneficio expectante
ad Epiſcopum, quæ poteſt dici colorata,
cum Capitulum ſede vacante ſuccedat

omni iuriſdictioni Epiſcopali, cap. cum
olim de maioritate, licet non ſuccedat in
collatione beneficiorum, cap. illa, ne ſede
vacante, cap. 1. de inſtitutionibus in 6.
Hodie omnia beneficia vacantia (ſedibus 17
vacantibus) ſunt de reſeruatis Summo
Pontifici, ex reſeruatione ſpeciali domini
Papæ Pauli V. Contenta in ſua Paulina
conſtitutione, quæ incipit, *Sanctiſſimus*,
de anno Incarnationis Dominicæ 1567.
Pontificatus vero anno 3. & quæ conci-
pitur ſub decreto irritanti.

4. Idem dicendum de collatione facta 18
ab ordinario habente manus ligatas, vt
pote quia excommunicatus erat, Imol. in
cap. propoſuit, colum. 2. de conceſſione
præbendæ, Rebuffus loco citato, num 32.
verſiculo item, Gomes in hac regula,
quæſtione 27.

Incoloratus vero dicitur titulus, qui eſt 19
ipſo iure nullus, gloſa in cap. auaritiæ,
verbo, colore, de electione in 6. qualis eſt 20
titulus factus à vicario, qui non habebat
poteſtatem conferendi, cap. vltimo de of-
ficio vicarij in 6. & ibi Doctores omnes,
Abbas in cap. conſtitutus, nu. 6. de con-
ceſſ. præbendæ, Rota deciſione 1. & 4.
illo tit. de officio vicarij in antiq. Ioannes
de Selua in ſuo tractatu benef. parte 2.
qu. 14. num. 1. Rebuffus in tractatu de
pacificis poſſeſſoribus, num. 32. & in pra-
xi, titul. forma vicariatus, num. 530. nam
facultas conferendi debet ſpecialiter
committi, Doctores omnes in cap. qui ad
agendum de procuratoribus in 6. 2. qui 21
habuit collationem à laico, Panormitanus
in cap. cum noſtris, col. vltima, de con-
ceſſ. præbendæ, Geminianus in cap. licet
Epiſcopus de præbendis in 6. idem Go-
mes loco citato, 3. omnes collationes fa- 22
ctæ in præiudicium decreti irritantis, ſiue
illud ſit clauſum in corpore iuris, ſiue non,
cap. 2. illo tit. de præb. in 6. gloſa in cap.
ſi ſoli de conceſſ. præbendæ, illo libro,
Gaſpar. Peruſius in tractatu de reſerua-
tione.

Symoniacus, qui dicitur ille, qui dat, vel 23
promittit, vel accipit temporalia pro re
ſpirituali, gloſa in ſumma 1. quæſt. 1. cap.
ſicut, 2. de ſymonia, Gomes in hac regul.
quæſtione 12. notatur in can. Mathæus
illo titulo, vt qui dat aliquid pro voce
danda in electione, cap. de hoc ibidem,
etiam ſi ſit beneficium, gloſa pragmatices,
§. cum humanæ, verbo temporalis de ele-
ctione Rebuffus in concordatis, rub. de
electio... derrogatione, verb. ſymoniacis,
vel qui promittit aliquid pro habenda
præſentatione

præſentatione patroni, cap. cum ſuper de
confeſſis, cap. veniens de teſtibus, nam
omnis promiſſio in ſpiritualibus eſt dam-
nabilis, cap. cum pridem de pactis, cap.
præterea, 2. de tranſactionibus, cap. ſuper
eo, ibidem, cap. vt noſtrum, vt Eccle-
ſiaſt. beneficia ſine diminut. conferant.
glofa in cap. finali, verb. ceſſate de pa-
ctis, vti ſymoniam inducens, can. per lai-
24 cos, 16. qu. 7. etiam ſi taliter præſentatus
promiſſionem ignorauerit, vel dationem,
cap. ſi alicuius, & cap. nobis fuit, ibi.
Quamuis ipſe promiſſionis conſcius non fuerit,
eius tamen electio, tamquam ſymoniaca pra-
uitate præſumpta, eſt penitus reprobanda,
dicit Celeſtinus III. de electione, niſi, vt
25 dixi ſuperius, per triennium ignorauerit
ſymoniam, vel niſi in fraudem facta fue-
rit, vel malitioſè ab inimicis præſentati
talis promiſſio, vti limitant Doctores in
dicto cap. nobis fuit, nam præterquam
quod res inter alios acta non debet regu-
lariter nocere, 3. iuxta ſanctiones cano-
nicas & ciuiles, dicit textus, in cap. quod
ſuper de re iudicata, regula res inter alios
de regulis iuris in 6. non debet quis dam-
num reportare ex malitia aliena, gloſa in
dicto cap. ſicut 2. verb. quæ debet noce-
re ſolis authoribus, cap. ſuper literis de
reſcriptis, cap. ſignificante, qui matrimo-
nium accuſare poſſunt, gloſa in dicto cap.
nobis, verb. malitioſè, ſed extra hos duos
caſus præſentatio, vel electio eſt nulla
26 propter vitium eligentium, vel præſen-
tantium, dicit ibi illa gloſa, verbo repro-
banda, cap. cumana, & cap. Eccleſia ve-
ſtra de electione, de Selua in illo ſuo tra-
ctatu benef. part. 1. quæſt. 7. num. 64.
& in odium teterrimi illius ſceleris, quod
inter grauiſſima computatur, can. præſen-
tium, 7. quæſt. 1. extrauag. cum deteſta-
bile de ſymonia in communibus, Diuus
Thomas, 4. diſtinct. 26. articul. 2. &
comparatur hæreſi, quam ſapit, gloſa in
can. quicumque, 7. quæſt. 1.
27 Hinc fit, quod non eſt mirum ſi domi-
nus Papa excludat à noſtra præſcriptione
triennali, infames ſymoniacos, cum nul-
lum habeant titulum, cap. cum vniuer-
ſorum de permutationibus, & eſt com-
munis opinio Doctorum, teſte Archid.
in can. ordinationes, 1. qu. 1. Caſſad. de-
ciſ. 5. de conſtitutionibus, Gomeſ. hic
quæſt. 12. maximè hodie propter decre-
tum irritans dictæ extrauagantis, quæ eſt
28 Pauli II. qui titulus ſemper eſt neceſſa-
rius ad præſcribendum, Doctores in cap.
ſi diligenti de præſcript. & eſt in textu

A reg. *ſed habens coloratum titulum*, & qui 29
quoad hoc non iuſtificatur per quam-
cumque longam detentionem beneficij,
cap. dilecto de præbendis, Doctores in
illa regula 1. de regulis iuris in 6. Ioan-
nes Andræas in cap. 2. illo titulo de præ-
bendis, lib. 6. notatur in cap. cauſam de
præſcriptionibus, Baldus in cap. ex parte,
colum. 1. de teſtibus, idem Rebuffus in
illo tractatu, num. 172. ſed venit proban- 30
dus per exhibitionem in iudicio, maximè
in regno, tum ad obtinendum benefi-
cium, tum ad recuperandam poſſeſſio-
nem, Rota deciſ. 1. & 2. de reſtit. ſpoliat.
Aufrerius in additione ad deciſ. Capell.
B Tholozanæ, deciſ. 4. Maſcardus de pro-
bationibus, concluſ. 180. num. 9. ſed ſy-
moniaci nullum habent titulum, Felinus
in cap. 2. colum. 3. de reſcriptis, gloſa
pragmat. rub. de electione, §. ſi vero, ver-
bo, ſymoniacam, ergo.
Quæres an ille dici debeat ſymoniacus, 31
qui dat Titio penſionem, vel ſtipendium,
donec ei de beneficio prouiderit vacatu-
ro. Reſpond. affirmatiuè, vt colligitur ex
ſumma 1. quæſt. 3. tota rub. de ſymonia,
idem Rebuffus loco citato, à num. 198.
vſque ad numerum 202. illo ſolo caſu ex-
cepto, de quo in cap. cum ſecundum de
C præbendis, ad quem tenetur Epiſcopus 32
ordinans ſine titulo de rigore decreti
Concilij Lateranenſis, relati in cap. ſi E-
piſcopus, ibidem, & de quo egi in priori
diſputatione huiuſce libri, quæſt. 3. vbi
de mandatis.
Quemadmodum & ſymoniacus eſt ille, 33
qui dat iudici, vel conciliario relatori pro-
ceſſus, pecunias ad lucrandum benefi-
cium, gloſa in can. vendentes, 1. quæſt. 3.
Panormitanus in cap. cum ab omni, col.
2. de vita & honeſtate, quod tamen hodie
fit communiter in perniciem animarum.
Pacificè, id eſt ſine vlla controuerſia iu- 34
D diciali, cap. vltimo, ne prælati vices ſuas,
gloſa in cap. commiſſa. §. annus, verbo,
pacificam de electione in 6. Doctores, &
ibi gloſa, in clement. gratiæ de reſcriptis,
& ibi Zabarella, num. 8. Felinus in cap.
cum Ioannes, num. 33. de fide inſtrumen-
torum, Rota deciſione 6. ſufficit in no-
uis, Caſſadorus deciſ. 9. de cauſa poſſeſ-
ſionis, vel ſine lite, cap. cum cauſam de
appellat. gloſa ſuper hanc regulam 33.
Cancellariæ, Guido Papæ deciſione del-
phinal. qu. 85. Curia, Archidiaconus, &
Ioannes Andræas in cap. cum ex eo, vbi
dicunt, quod ille dicitur pacificus poſſeſ- 35
ſor, qui per triennium beneficium poſſe-

dit de electione in ſexto.
36 Ex his nota citationem interrumpere
præſcriptionem, toto titulo de libelli o-
blatione, gloſa in cap. cum non liceat, &
in cap. illud autem, verb. interruptio de
præſcriptionibus, Goffredus in ſumma,
illo titul. §. item exigitur, idem Guido
Papæ, loco allegato, quæſt. 416. num.
37 11. eſt enim litis inceptio, quæ perpetuat
actionem, cap. gratum, & cap. licet de
officio delegati, gloſa in cap. propoſuiſti
38 de foro competenti, & dat iudicibus lo-
cum præueniendi, cap. capitulum de re-
ſcriptis, cap. vt debitus honor de appella-
tionibus, gloſa illa, in dicto cap. propo-
ſuiſti, verb. citatus, dicam multo plura in
quæſt. 1. diſputat. 7. vbi de foro Eccleſia-
ſtico, & de iudicibus Eccleſiaſticis, & hoc
39 ſtrictè de iure verum eſt, non vero de iure
hodierno ad interrumpendam hanc præ-
ſcriptionem triennalem ad quam requiri-
tur citatio, eius executio iuriſque partium
in iudicio, & potiſſimum in regno, exhi-
bitio iuxta regulam hanc, vt oſtendo in-
frà, Rebuffus in dicto tractatu, num. 169.
40 Quætes an qui litigat contra Seium,
poſſit dici pacificus contra Titium, cum
quo nullum habuit litem per triennium,
& poſſit hoc caſu excipere contra illum.
Reſpond. affirmatiuè, cum dicto Rebuff.
loco citato, num. 167. & ita ſeruati in
Gallia, aſſerit gloſa, verb. terminorum,
rub. de pacificis in pragmatica, contra
Gomeſium contrarium affirmantem in
iſta regula, quæſtione 22. vide ibi eun-
dem Rebuffum reſpondentem obiectio-
nibus aduerſariorum, quorum opinio non
debet ſeruari, ſed noſtra vti magis æqua,
41 alias eſſent lites immortales, quibus ob-
uiatur hoc modo, cap. finem de dolo, cap.
diſpendia de reſcript. in 6. clementina
diſpendioſam de iudiciis, clement. vt liti-
gantium de re iudicata, nam in fine cu-
iuſlibet triennij inuidus aliquis ſuſcitare
poſſet poſſeſſorem in iudicium, viam alus
perturbare volentibus operturus, & ita
ſemper vexaretur dictus poſſeſſor, qui
numquam poſſet dici pacificus ex ſuppo-
ſitione, quod abſurdum reputat idem Re-
buffus loco citato, & hanc opinionem
ſuſtinui Tholozæ, anno 1637. iura publice
legendo, contra multos iuris canonici
peritiſſimos contrarium ſentientes.
42 Multa tamen requiruntur de iure, ad-
hoc vt citatio interrumpat præſcriptio-
nem, primo enim requiritur, vt citatio à
proprio iudice emanauerit, cap. ſi clericus,
& cap. licet, vbi eſt textus mirabilis de fo-
A ro competenti, & regulariter actor ſequi-
tur forum rei, can. experientiæ, 11. qu. 1.
& can ſequenti, ibidem, cap. cum ſit ge-
nerale, illo titulo, de foro competenti,
gloſa in dicto cap. ſi clericus, verb. actor
forum rei, notatur in cap. vt debitus, ibi.
coram idoneo iudice, de appellationibus, vbi
gloſa illo verbo *idoneo*, dicit interruptio-
nem non fieri per litem conteſtatam co-
ram iudice non ſuo, quod eſt valde no-
tandum, Zabarella in clement. cum lite,
vt lite pendente nihil innouetur, 2. vt in-
feratur in citatione cauſa, propter quam
citatur reus, qui venire poſſit paratus ad
reſpondendum, can. relatum, 5. quæſt. 2.
B & quæ vaga non debet eſſe, ſed ſpecifica
talis expreſſio, cap. ſignificantibus, & ſe-
quenti de libelli oblatione, cap. cum di-
lecti de dolo, & dicta clement. cum lite,
3. vt porrigatur citato exemplar citatio-
nis, illo titulo de libelli oblatione, alias
non tenetur comparere, cap. dilecti filij,
ibid. cap. cum venerabilis de dolo, textus
eſt ſingularis, in cap. cauſam, ibi. *porrecto*
videlicet ſibi ſcriptura authentica, vel perle-
cto illius tenore, & copia, de electione in
clement. Hoſtienſ. in cap. præterea de
dilationibus, ideo libelli oblatio dicitur
eſſe de ſubſtantia ordinis iudicialis, vt vult 43
C gloſa in cap. 1. verb. libellum, illo titulo
de libelli oblatione, quia per libellum ap-
paret de modo agendi, ſecundum quem
formari debet ſententia, cap. ſicut Hely
de ſymonia, cap. qualiter de accuſationi-
bus, quemadmodum & litis conteſtatio
eſt etiam de ſubſtantia eiuſdem ordinis,
cap. vno de litis conteſtatione, cap. du-
dum, 2. de electione, & eſt libellus, *ſcri-* 44
ptura in qua continetur res, quæ petitur, &
cauſa petendi, nomen actoris, rei, & coram quo
iudice, dicta gloſa dicti cap. 1. ideo debet
ſemper dari copia libelli, can. induciæ, 3.
quæſt. 3. 4. vt detur legitimum tempus 45
D intra quod comparere teneatur citandus,
ponendum in citatione, can. offeratur, illa
cauſa 3. qu. 3. quod eſt arbitrarium iudi- 46
cibus, qui debet inſpicere locorum diſtan-
tiam, & qualitatem negotij, cap. quod ad
conſultationem de iudiciis, dict. cap. cum
dilecti, cap. cum ſit Romana de appella-
tionibus, gloſa in dicto cap. præterea, ver-
bo, plenè potuit inſtrui, gloſa in clement.
dudum, per illum textum de iudiciis, Gui-
do Papæ in deciſione Gratianopolit. qu.
488. incipiente, lis non dicitur, num. 5. &
vltimo, vt talis citatio fuerit debite inthi-
mata, Felinus in cap. 1. de iudiciis, & cre-
ditur præconi aſſerenti ſe citaſſe partem,

maximè in hoc regno Gallico, vbi cita- A
tiones perſonales quotidie decernuntur
contra accuſatos à ſolis præconibus in ſuis
proceſſibus verbalibus, vide quæ dico in-
frà, in diſputat. 7. de iudice Eccleſiaſti-
co.

47 *Prælaturam*, qualis eſt prioratus, & gar-
dianatus perpetuus, cap. nullus de ele-
ctione in 6. clement. vna de ſupplenda
negligentia prælatorum, & dicitur omnis
honor adminiſtrationi copulatur, can. qui
Epiſcopatum, 8. qu. 1. gloſa in cap. edo-
ceri de reſcriptis, imo appellatione præla-
turæ venit Epiſcopatus, gloſa in hac regu-
la, verb. boc prælaturam, cap. ne pro de- B
48 fectu, & cap. nihil eſt de electione, ma-
ximè in fauorabilibus, vt hic, & dixi vbi
de Capitulis, cap. vbi periculum, illo tit.
de electione in 6. dicta prælatura, quia
præ aliis elata, dictum fuit ſuperius,
quia earum poſſeſſores præ aliis eminent,
gloſa in cap. 2. verb. maiores de tranſla-
tione Epiſcopi, notatur in cap. quæ in Ec-
cleſiarum de officio ordinarij, tales ſunt
49 Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij
prælati, qui ideo iuuantur decreto hoc de
pacificis poſſeſſoribus, reſpectu prælatu-
rarum, quas pacificè poſſederunt per
triennium, ita Rebuffus in dicto tractatu C
de pacificis, num. 67.

50 *Dignitatem*, quæ dicitur illa, quæ de con-
ſuetudine habetur talis, Abbas in cap. de
multa, dixi ſuprà quid ſit, vbi de dignitati-
bus Capitularibus, in vltima quæſtione
51 diſputationis primæ, quid ſit adminiſtra-
tio, vide Cardinalem, quæſt. 6. in cle-
ment. 1. de reſcriptis, & gloſam in hac re-
gula, mihi ſufficit docere ex textu regu-
læ, habentes dignitates iuuari poſt trien-
nium hac regula de pacificis poſſeſſori-
bus.

52 *Perſonatum*, qui eſt honor, vel præemi-
nentia ſine iuriſdictione, cap. 1. de con-
ſuetudine in 6. Doctor. in dicto cap. de
multa, gloſa in extrauag. execrabilis de D
præbendis, verb. perſonatus in commu-
nibus, qui perſonatus eſt beneficium Ec-
cleſiaſticum. cap. cum acceſſiſſent de con-
53 ſtitutionibus, talis eſt vt plurimum præ-
centoriatus, de quo in cap. cum olim, vbi
in textu dignitates, & perſonatus confun-
duntur, illo titulo de conſuetud. apud
Gregorium.

54 *Ceu quodcumque beneficium*, verba ſunt
generalia, cap. in Geneſi de electione,
indefinitum enim æquipollet vniuerſali,
cap. vt circa, illo tit. in 6. & vox benefi-
cium largè ſumitur, Doctores, & ibi gloſa
in cap. 1. de regul. iuris, illo lib. Felinus
in cap. poſtulaſtis de reſcriptis, per quod
verbum, vult textus, omnes & quoſcum-
que beneficiatos triennales, non poſſe ve-
xari à quoquam in beneficiis.

Eccleſiaſticum, quo excluduntur officia 55
laicorum, de quibus non curat prætor,
cap. non ne de præſumptionibus, & quæ
non ſunt beneficia niſi largo modo, cap.
fœlices, §. ſi quæ vero, ibi. *ſi quæ vero feu-
da, locationes* de pœnis in 6. clement. 1.
illo titulo, dixi vbi de beneficiis in abſtra-
cto, in ſecunda diſputatione, quæſtione
prima.

Triennio proximo, lex enim, vt pluri- 56
mum, reſpicit futura, & futuris dat nor-
mam negotiis, can. ante triennium, 31.
diſtinct. can. propoſuiſti, 32. diſtinct. cap.
cognoſcentes de conſtitutionibus, textus,
& ibi gloſa in cap. finali, illo titulo, niſi
dicatur quod & ad præterita retrahatur,
vt dicitur in dicto cap. & notatur in cap.
ad audientiam de reſcriptis, quod trien- 57
nium debet eſſe completum, gloſa Bar-
tholomæi Brizienſis, in clement. vna, ver-
bo hoc triennio de ſequeſtratione poſſeſ-
ſionum, & fructuum, ne poſſit moleſtari
poſſeſſor, dicit gloſa pragmat. hoc verbo
triennio, de pacificis poſſeſſoribus, & pro-
batur argument. deducto, ex cap. ad no-
ſtram de regularibus, & cap. commiſſa,
vbi annus promotionis debet eſſe ex toto
elapſus de electione, lib. 6. ad quod addi
poteſt quod tempus triennij computatur
de momento ad momentum, quando ma-
teria eſt fauorabilis, vt hic, Præpoſitus in
can. ſubdiaconos, num. 5. diſtinct. 77.
niſi lex, vel ſtatutum aliter ordinauerit, 58
cap. cum in cunctis, §. inferiora de ele-
ctione, & hoc triennium debet eſſe conti- 59
nuum, ſicut loquitur textus, in cap. cu-
pientes, §. cæterum, ibi, *per triennium con-
tinuum*, illo titulo in 6. alias ſi non eſſet
continuum, non poſſet operari præſcri-
ptionem iſtam triēnalem, dicit dicta gloſa
pragmatices, verb. poſſedir, boc titul. de
pacificis poſſeſſoribus, Rebuff. in illo tra-
ctatu, num. 267. Gomeſ. in hac regula,
quæſt. 20. vbi dicit ita fuiſſe ſæpius iudi-
catum à Rota, & dicitur tempus illud
continuum, quod ab vno, & eodem poſ-
ſeſſore completum fuit, cap. cum de be-
neficio, ibi. *quod tanto tanto tempore ab vno,
&c. continuo*, de præbendis in 6. ratio au- 60
tem hæc eſt, quia, vbicumque lex requi-
rit certum tempus, illud debet eſſe conti-
nuum, Baldus in cap. cum viginti, de offi-
cio delegati, ſed hic requiritur certum

tempus, nempe triennium, ergo debet
eſſe continuum, 2. tempus iſtud in prag-
matica ponitur per accuſariuum, ibi. *per
triennium continuum*, ſed quando tempus
ponitur per accuſatiuum à lege, vel ab ſta-
tuto, illud debet eſſe continuum, teſte
Ioanne Andræa in additione ad Specu-
latorem, rubr. de locationibus, §. nunc,
ergo.

61 Hinc non poteſt iungi tempus præde-
ceſſoris, cum tempore ſucceſſoris, defectu
talis continuitatis, quæ diſſoluitur, vel per
mortem prædeceſſoris, cap. qui in viuo-
rum de conceſſione præbendæ, gloſa in
can. licite, 32. quæſt. 7. gloſa in extraua-
gant. ſuſcepiſti, ne ſede vacante, in ex-
trauag. communibus, vel per reſignatio-
nem acceptatam, cap. admonet de re-
nunciat. per quos omnes modos deſiit
poſſeſſio beneficij de iure, & de facto, vt
oſtendimus ſuprà ſatis fusè.

62 Obiicies dictum cap. cum de beneficio
ſuadete contrarium, ibi enim coniungun-
tur tempora prædeceſſoris, & ſucceſſoris,
ad effectum diſpoſitionis illius, & ad in-
ducendam quadragenariam præſcriptio-
nem, per quam beneficia ſecularia fiunt
regularia, & vice verſa, ergo & in hoc caſu
ad inducendam hanc poſſeſſionem trien-
nalem ad effectum regulæ poteſt con-
iungi tempus prædeceſſoris, cum ſucceſ-
ſore, præſertim cum in iure cenſeantur
vna, & eadem perſona. Reſpon. negando
conſequentiam, & ad cap. dico iuſta de
cauſa non fuiſſe requiſitam à promul-
gante iſtam continuitatem in poſſeſſione
quadragenaria, quam raro hodie vident
pauci in vita, quæ breuis eſt, ex teſtimo-
nio Iob, ibi. *breues dies hominis ſunt*, ſed
bene requiritur iſta continuitas ad noſtrã
63 præſcriptionem triennalem, quam omnes
fere vident, an autem ſit iſta continuitas
in eo qui reſignauit, ſed quia reſignata-
rius noluit acceptare beneficium, primus
reſignans poſſeſſionem ſemper retinuit,
vide quæ dixi vbi de reſignationibus, in
ſexta quæſt. diſputat. 3. ex quibus ſolui-
64 tur clarè quæſtio, notabis vnum, ſufficere
ad probationem talis continuitatis pro-
bare extrema, per quorum probationem
media cenſentur, & probata, gloſa in can.
volumus, 16. qu. 3. idem Rebuffus in illo
tractatu de pacificis poſſeſſorib. nu. 269.

65 *Poſſederit*, ſiue per ſe, ſiue per procura-
torem, poteſt enim quis per alium, quod
poteſt facere per ſeipſum, cap. finali de
dolo, regula poteſt quis de reg. iuris in 6.
Rebuffus in concordat. rub. de collatio-

A nibus. §. volumus, verb. per eos, cum is
poſſidere dicatur, cuius nomine poſſide-
tur, cap. quoniam. §. quod ſi, vt lite non
conteſtata, cap. ſi diligenti de præſcri-
ptionibus, gloſa in cap. cum veniſſent,
verbo, *cuius nomine poſſidetur*, de reſtitu-
tione ſpoliatorum.

Hinc poteſt ſumi poſſeſſio per procu- 66
ratorem, quod eſſe manifeſti iuris, aſſerit
Couarrius lib. 3. variarum reſolut. cap.
16. num. 8. verſicul. poſſeſſio autem be-
neficij ſumi poteſt, renunciatio fieri, tex- 67
tus, & ibi caſus, in clement. vna de renun-
ciat. vbi etiam Zabarella, Hoſtienſis in
B ſumma, illa rubrica, dixi in dicta quæſtio-
ne 4. quemadmodum permutatio, colla- 68
tio, & acceptatio, cap. ex frequentibus de 69
inſtitutionibus, cap. conſtitutus de con-
ceſſ. præbendæ, cap. vltimo de officio vi-
carij in 6. Bellam. de permutat. beneficio-
rum, part. 8. quæſtione 2. num. 9. cap.
accedens de præbendis, cap. ſi tibi abſen-
ti, illo titulo in 6. imo & matrimonium 70
contrahi poteſt per procuratorem, Doct.
in cap. 1. de procuratoribus in 6. & ita
ſeruatur hodie apud reges, & principes.

Debet tamen ſpeciale fieri mandatum, 71
vt Doctores in dicto cap. vltimo, & in di-
cto cap. ſi tibi, & notat Innocentius in di-
C cto cap. accedens, Felinus in cap. non-
nulli. §. ſunt, & alij, num. 46. de reſcri-
ptis, cum poſſeſſio non tribuatur per col- 72
lationem, Rebuffus in praxi, titulo de re-
quiſitis ad collationem, num. 22. & ſatis
probauimus, in penultima quæſtione, vbi
de collationibus ordinariorum, diſputat. 3.
vbi diximus per ſolam collationem, ius 73
quidem quæri collatario, Doctores in di-
cto cap. conſtitutus, & in cap. inter cæte-
ra de præbendis, Abbas in cap. ſuggeſtum
de iure patronat. ſed non plenarie niſi per
poſſeſſionem, vt eſt vnanimis opinio Ca-
noniſtar. in dicto cap. ſi tibi, ideo non po-
teſt collatarius adminiſtrare, vt dixi in illa
D quæſtione, ante ſumptam poſſeſſionem.
Nicolaus Millius, verb. poſſeſſio, & eſt
communis opinio, teſte de Selua in illo
tractatu beneficiali, parte 2. qu. 15. à qua
tantum computatur præſcriptio quæli- 74
ber, tum triennalis, tum decennalis, cum
quadragenaria, cum centenaria, cap. au-
ditis de præſcriptionibus, clement. vna
de ſequeſtratione poſſeſſionum, & fru-
ctuum.

Quinam dicatur poſſidere, dic quod 75
ille dicitur poſſidere, qui ſine iurgio locat
fructus, & percipit ſui beneficij, cap. veſtra
de rerum permutat. toto titulo de loca-

tionis. 2. qui cum plena libertate regit A
commiſſum populum, & omnia liberè
agit, quæ ſunt de foro pœnitentiali, cap.
1. de capellis monach. cap. vltimo, de ſe-
pulturis, notatur in cap. omnis vtriuſque
de pœnitent. Archidiaconus in cap. licet,
canon de elect. in 6. vide quæ dixi, vbi de
Epiſcopis in explicat. cap. conquerente
de officio ordinarij in decretalibus Gre-
76 gorij, quemadmodum ille Canonicus di-
catur poſſidere, qui ſtallum habet in cho-
ro, vocem in capitulo, & admiſſus fuit ad
oſculum pacis Epiſcopi, de quibus omni-
bus agit textus, in cap. dilectus, 1. de præ-
bendis apud Gregorium.

77 *In petitorio*, quod dicitur proprietas rei B
circumuentæ, de qua iudicium expecta-
tur, textus, & ibi gloſa in cap. 2. de cauſa
poſſeſſionis, ideo dicitur petitorium prin-
cipale negotium, poſſeſſorium vero ac-
ceſſorium, cap. accedens, & ibi Felinus,
vt lite non conteſtata, & eſt cauſa pro-
prietatis diſtincta à cauſa poſſeſſionis,
gloſa in cap. 1. verb. ſub vno, illo titulo
de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, ideo
78 multi lucrantur cauſam in petitorio, qui
tamen illam amittunt in poſſeſſorio, cap.
cum Eccleſia, ibidem, cap. conſultationi-
bus de iure patronatus, & eſt textus ſin-
gularis in cap. paſtoralis, ibidem, imo
quamuis de iure debeat petitoriū tracta- C
ri ab vno, & eodem iudice vno, & eodem
momento, cap. ſignificauerunt de teſtib.
& dicto cap. 1. continentia enim cauſa-
rum non debent diuidi, gloſa in dicto cap.
2. verb. deputati, quando tamen id non
79 poteſt, debet prius iudicari poſſeſſorium,
quam petitorium, cap. ſignificauimus de
iudiciis, cap. 1. & ibi gloſa, verb. ſaluo iu-
re de eo qui mittitur in poſſeſſionem cau-
ſa rei ſeruandæ.

80 *Poſſeſſorio*, quod definitur vſusfructus
rei litigioſæ, teſte illa gloſa in dicto cap.
2. de cauſa poſſeſſionis, & gloſa in clem.
vna de ſequeſtratione poſſeſſionum fru-
81 ctuum, de quo poſſeſſorio rerum benefi- D
cialium, & Eccleſiaſticarum cognoſcit in
regno ſolus iudex Regius, ex conceſſione
domini Martini V.

82 Obiicies cum quibuſdam, tale poſſeſſo-
rium Eccleſiaſticum non venire in cogni-
tionem officialium regiorum tantum, ex
dicta conceſſione, ſed etiam ex iure com-
muni, quo poteſt dominus Rex, vel eius
locum tenens, agnoſcere de talibus poſ-
ſeſſionibus, iuxta diſpoſitionem cap. cau-
ſam, qui filij ſint legitimi, in quo hæc di-
cit dominus Alexander III. *Nos atten-
dentes quod ad regem pertinet, non ad Eccle-
ſiam, de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne vi-
deamur iuri regis Anglorum detrahere, qui
ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere.* Re-
ſpondeo, negando tale poſſeſſorium per-
tinere de iure communi ad officiarios re-
gios, ſed tantum ex dicto priuilegio Apo-
ſtolico, quoad citatum capitulum dico
illud malè intelligi. Ibi enim agitur de
poſſeſſorio rei temporalis inter laicos ſub-
ditos regis Angliæ, quod quis dubitet eſſe
de cognitione iudicis laici, cum ſit de re
laicali inter laicos acta, cap. licet, & cap.
ſequenti de foro competenti, ideo non
eſt mirum ſi de his dictus dominus Papa
nolit ſuum delegatum iudicare, & velit
illam cauſam remitti ad officiales dicti
regis Angliæ: hic vero agimus de poſſeſ-
ſorio rei Eccleſiaſticæ ad Eccleſiaſticos
pertinente, & inter eos litigato, quod de
iure communi ad ſolum iudicem Eccle-
ſiaſticum pertinet, cap. ſi diligenti, illo ti-
tulo de foro competent. niſi talis indul-
gentia data fuiſſet à Summo Pontifice,
per textum ſingularem, in dicto cap. ſi
diligenti, ibi. *Niſi* (inquit Innocentius
III.) *hi quibus delinquentes ipſis inſeruiunt
ex indulgentia, vel conſuetudine ſpeciali
iuriſdictionem huiuſmodi valeant ſibi ven-
dicare.*

Ratione iuris nouiter reperti, ex his verbis
vides effectum mirabilem noſtræ trienna-
lis poſſeſſionis, quæ excludit omnes, &
quaſcumque impetrationes, ceu prouiſio-
nes, per quas ius poteſt quæri, Gomeſ. in
hac regula per totum, idem Rebuffus in
hoc tractatu de pacificis poſſeſſoribus,
num. 138. noua ſcilicet non ſuperuenien-
te cauſa, per quam de iure poſſit benefi-
cium impetrari, vt benè limitat idem Re-
buffus loco citato, num. 159. contra di-
ctum Gomeſ. in hac regula, quæſtione
10. ideo ſi poſt triennium poſſeſſor com-
mitteret ſymoniam, acceptaret benefi-
cium incompatibile, fieret miles, vel ma-
trimonium contraheret per verba de præ-
ſenti, quis neget talem poſſeſſorem poſſe
moleſtari in ſuo beneficio, toto titulo de
ſymonia, extrauagant. execrabilis de præ-
bendis in extrauag. Ioannis 22.

Hoſtilitatis, & bene cum regulariter tem- 83
pus non currat durante bello, can. porro,
16. qu. 3. ideo nec præſcriptio, textus, &
ibi gloſa in cap. ex tranſmiſſa de præſcri-
ptionibus, ibi (ait Concilium Hiſpalenſe)
non eſt obiicienda præſcriptio, vbi eſt ne-
ceſſitas hoſtilitatis, can. prima actione, ea-
dem cauſa, & quæſtione, & tempus belli

ſubduci debet de præſcriptione, dicunt A
Doctores in dicto cap. ex tranſmiſſa, gloſa
in verb. guerratum, rub. de authoritate
ſacri Concilij, in pragmatica.
84 Hinc bellum excuſat à contumacia, pro
non comparendo in iudicio, Felinus in
cap. accedens, vt lite non conteſtata, Boe-
rius deciſione 249. Pariſius lib. 11. quæſt.
85 13. num. 59. & à publicatione, vt dico in
regula de publicandis infrà.
86 Aut alterius legitimi impedimenti, quod
nempe tolli nequeat quacumque adhibi-
ta diligentia, cap. ſciſcitatus de reſcriptis,
cap. vltimo de electione, cap. 2. vbi Do-
ctores de teſtibus, cap. cum ſit Romana
de appellationibus, Innocent. in dicto B
cap. ex tranſmiſſa, idem Felinus in cap. 1.
de præſcriptionibus, & hoc releuat impe-
ditum, cap. cupientes, §. inſuper, ibi. *in-
tra idem tempus iuſto impedimento ceſſante*,
& cap. commiſſa de electione, lib. 6. cle-
87 mentina, vt ij qui de ætate, ita peſtis di-
citur legitimum impedimentum, de Ripa
in ſuo tractatu de peſte, titul. de priuile-
giis temporum peſtis, num. 60. & 61. ex-
cuſans à mora, can. negotiatorem, 88.
diſtinct. impediens præſcriptionem, Do-
ctores in dict. cap. ex tranſmiſſa, releuans
à contumacia, dicto cap. accedens, cle-
mentina 1. de foro competenti, clemen-
tina paſtoralis de re iudicata, & à publi- C
catione reſignationis non facta, vt eſt
communis opinio Doctorum, quorum
meminit Gomeſius in illa regula de pu-
blicandis, quæſt. 13. num. 1. idem Felinus
in cap. cum dilecta, limitatione 7. de re-
88 ſcriptis, omittens quippe facere aliquid
cauſa peſtis, vel belli, non debet dici ne-
gligens, vti legitime impeditus, cap. quia
diuerſitatem de conceſſione præbendæ,
Ioannes de Lignano de cenſuris Eccle-
ſiaſticis. §. 14. num. 17. ſed impedito non
89 currit tempus, Staphilæus in literis gratiæ
expectatiuis, tit. de variis modis vacatio-
nis, num. 53. & clarè probaui vbi de iure D
deuolutionis Papalis, ergo nec præſcri-
ptio, gloſa in cap. ne pro defectu, verbo,
impedimento de electione.
100 Hinc legitimum impedimentum excu-
ſat à deſertione, gloſa in cap. venerabili-
bus, verbo, impedimento de ſententia ex-
communicationis in 6. Doctores omnes
in cap. ex ratione de appellationib. illo
libro, Guido Papæ deciſ. 213.
101 Excuſat & emphyteutum à ſolutione
canonis, Antonius de Butrio in cap. ſigni-
ficante, notabili 4. de pignoribus, Redoa-
nus de rebus Eccleſiæ non alienandis,
quæſtione nona, num. 14.
Excuſat ab obligatione accedendi ad 102
Concilium generale, & prouinciale, can.
Epiſcopus, & can. placuit, 18. diſtinct.
Doctores in cap. ego N. de iureiurando,
Imol. in cap. grane, colum. 6. de præb.
ſicut excuſat à non appellando intra de- 103
bitum tempus, cap. ex parte de appella-
tionibus, Abbas in cap. plerumque de re-
ſcriptis, quod eſt regulariter decem die-
rum, poſt quos ſententia tranſit in autho-
ritatem rei iudicatæ, cap. quoad conſulta-
tionem, vbi hæc Innocentius III. *Taliter
duximus reſpondendum, quod cum poſt de-
cem dierum ſpatium ſententia in authorita-
tem rei tranſeat iudicatæ*, de ſententia, hu- 104
iuſce generis eſt morbus qui & excuſat à
non comparendo, can. ſi ægrotans, 5. qu.
3. dicto can. placuit, can. iuxta, 93. diſt.
gloſa in cap. querelam, verb. detentus
de procuratoribus, continuus furor, cap.
dilectus, vbi gloſa de ſponſalibus, Panor-
mitan. in cap. cum non liceat, colum. 3.
num. 10. de præſcriptionib.
Proteſtari, idem dicit textus in cap. fina- 105
li de appellationib. vbi dicitur quod ſine
proteſtatione non ſufficeret metus, pro-
pter quem prouocari non poteſt, alias non
audiretur volens agere contra noſtrum
triennalem poſſeſſorem, niſi proteſtatus
eſſet de impedimento, & quod per eum
non ſtetit, quominus in iudicium prouo-
caſſet poſſeſſorem, textus in dicto cap.
ſciſcitatus, & notatur in cap. paſtoralis,
ibi. *quod ſi partes ex tunc aliquas*, ſubaudi,
*exceptiones, voluerint opponere, quas non
fuerint proteſtatæ, nullatenus audiantur*, de
exceptionibus, gloſa in dicto cap. cum di-
lecta, verb. reſponſalem, gloſa in cap. præ-
ſentium, verb. proteſtatus de teſtibus, &
in cap. plerumque, verb. negligentia de
reſcriptis, & ibi Doctores, notatur in cap.
cum M. de conſtitutionibus, cap. cum
olim cauſam de cenſibus, & hæc proteſta- 106
tio fieri debet in ſcriptis coram iudice lo-
ci, vel coram notario, & duobus teſtibus
(ſi poſſint haberi,) gloſa in cap. cupien-
tis, verb. propoſita. §. quod ſi per viginti
de electione in 6. quæ prodeſt regulari-
ter pluſquam appellatio, dicit gloſa in di-
cto cap. cum M. verb. ſine præiudicio,
dixi, *coram iudice*, quia regulariter actus
iudiciales præualent extraiudicialib. cap.
finali, de fide inſtrum. primo ob perſonam
iudicis, qui præſumitur officium ſuum rite
peragere, per textum ſingularem, in cap.
ſicut nobis, ibi. *vobis taliter reſpondemus,
&c. propter authoritatem iudiciariam præſu-*

mi debere, omnia legitimè proceſſiſſe, de re
iudicata, & probatur argumento deducto
ex cap. cum in iure de poteſtate delegati,
2. quia potius præſumuntur corrumpi te-
ſtes, quam iudices, cap. quia veriſſimilè
de præſcriptionibus.
107 *Parte vocata*, ſi fieri poſſit, & probatur
ex cap. in nomine de teſtibus, idem Re-
buffus in dicto tractatu de pacificis poſſeſ-
ſoribus, num. 310. alias in loco viciniori
partis poſſidentis, cap. quoſdam de præ-
ſumptionibus, ex his collige debere pro-
108 bari impedimentum, adhoc vt excuſare
valeat eum, qui ſuper illo ſe fundat, teſte
Panormitano in cap. plerumque, num. 6.
de reſcriptis, per teſtes, Ioannes Andræas
in cap. 1. de dolo in 6. vel per iuramen-
tum partis allegantis in defectum teſtium,
Rota deciſione 3. de iureiurando in an-
tiq. Oldradus conſ. 60. col. 2. num. 4.
Guido Papæ in deciſionib. Gratianopo-
litan. 64. vel alio modo prout iudici vi-
debatur, vt eſt communis, & vera opinio
Doctorum in dicto cap. 1. Maſeatd. de
probationibus, concluſ. 884. num. 17. &
109 non ſolum debet probari impedimen-
tum, ſed etiam adhibita cura illud tollen-
di, Innocentius in dicto cap. ex tranſmiſ-
ſa, Decius in cap. ex ratione, num. 58. de
appellationibus, quæ duo debent proba-
ri ab allegante illa, vt fuiſſe iudicatum à
Rota, die 23. Martij anni 1590. teſtatur
110 Pariſius lib. 11. quæſt. 13. num. 34. eius
enim eſt regulariter probare, qui in aliquo
ſe fundat, Felinus in cap. 10 præſentia,
num. 28. de probationibus, vbi commu-
niter Doctores, Ioannes Andræas in re-
gula 10ſamibus, de regulis iuris in ſexto,
Mendoſa in regula 18. quæſt. 3. num. 3.
111 ad quod addi poteſt, quod pro poſſeſſore
iura certant, cap. ad aures de præſcriptio-
nib. ſed eius non eſt probare, pro quo ius
commune facit, ſed potius eius contra
quem pugnat idem ius, cap. quia veriſſi-
mile non eſt de præſcriptionib. cap. cum
venerabilis, de religioſis domibus, nota-
tur in cap. cum Eccleſia de cauſa poſſeſ-
ſionis, ergo, &c. 3. quia aduerſarius poſſeſ-
ſoris habetur loco actoris, poſſeſſor vero
loco rei, ſed actoris, non rei eſt probare,
cap. finali, §. vno de iureiurando, ergo, &
iſta eſt communis, & veriſſima opinio Ca-
noniſtarum, qui dicunt illo non proban-
te debere iſtum abſolui, gloſa in dicto
cap. finali, verb. in probatione.
112 Collige 2. Eum etiam dici legitimè
impeditum, qui detinetur in vinculis, ar-
gument. cap. ſignificante de pignoribus,

A ideo probari debere detentionem illam
fuiſſe iuſtam cauſam non interpellandi
poſſeſſorem.
Inthimari, id eſt inthimetur impedimen- 113
tum iuxta formam traditam à Clemente
V. in ſuo Concilio Vienoenſi relatam in
clementina cauſam, titul. de electione,
quæ eſt talis, 1. debet inthimari proteſta- 114
tio ipſi poſſeſſori ſi fieri poſſit, vel eius
procuratori ſi quem habet, eique dari co-
pia huiuſmodi proteſtationis, quod ſi ab-
ſit poſſeſſor, & nullus ſit procurator, fieri
debet talis inthimatio domi poſſeſſoris,
dummodo multum remota non ſit, extra
B quem caſum, vel ſi adiri non poſſit, pro-
pter bellum, vel peſtem, poteſt fieri inthi-
matio in Cathedrali Eccleſia intra cuius
limites ſitum eſt beneficium, vel in loco
beneficij, de quo lis eſt, quod ſi poſſeſſor
vel ob ſuam, vel ſuorum potentiam iſto
modo inthimari nequeat, ſufficiet talem
inthimationem publicare in loco aliquo
publico ſic vicino, vt ad eum, vel ad eius
procuratorem veriſſimiliter valeat inthi-
matio, vel eius notitia peruenire, hanc
formam inthimandi præſcripſit dictus do-
minus Clemens V. in dicto Concilio
Viennenſi, de quo infrà, & hanc eandem
ſeruandam vult textus huiuſce regulæ,
C ſub pœna nullitatis, ibi. *alias inthimatio
aliter facta omni careat iuris effectu*.
Iuxta Concilium Viennenſe, quod cele- 115
bratum fuit à dicto Clemente V. Auenio-
ne tunc degente anno ſui Pontificatus 6.
Dominicæ Natiuitatis, anno 1311. vbi fe-
cit ſuas clementinas conſtitutiones, vt
colligitur ex proœmio illarum, & in illo
Concilio ſupprimere voluit ordinem 116
Templariorum, quorum reditus aſſigna-
uit equitibus Hieroſolymitanis, damnauit
ibi etiam ſectam Beguardorum, & Begui-
narum Alemanniæ, de quibus agitur in
clement. 1. de religioſis domibus, utroque
illorum errores, vt habetur in clementina
D ad noſtrum de hæreticis, lites multas ortas
inter ſeculares, & regulares, quoad fune-
ralia fidelium amputauit, quartam adiu-
dicando parochis de omnibus relinquen-
dis à ſuis parochianis qui ſepulturam eli-
gerent in Eccleſiis regularium, clemen-
tina vltima, de ſepulturis, cum pars illa
eſſet antea vaga, & incerta, cap. certifica-
ri, & cap. ſequenti, illo tit. in decretalib.
Gregorij, iuxta dicta à nobis in prima diſ-
putatione, quæſt. 8. vbi de Epiſcopis, for-
mam faciendarum inthimationum ingeſ-
ſit dicta clementina cauſam, iuxta quam
fieri inthimationem proteſtationis, vult

hæc regula, illo verbo, *iuxta Concilium Viennenſe*, & dictum manet. A

117 Feſtum Sanctiſſimi Sacramenti cum octaua celebrari voluit quolibet anno quinta feria poſt octauam Pentecoſtes, & conceſſit indulgentias intereſſentibus diuinis officiis intra illos octo dies, vt eſt in clementina vna de reliquiis, & veneratione Sanctorum, multaque alia ſaluberrime edidit vtiliſſima, propter quæ Concilium conuocauerat dictus dominus Pa-
118 pa, quum ſolus Romanus Pontifex det authoritatem Conciliis, can. ſancta, 16. diſtinct. ſine qua authoritate celebrari nequeunt dicta Concilia, dicit Marcellus Papa in ſuo epiſtola reſcripta Maxentio B relata in can. ſynodus, 17. diſtinct. conuenticula enim, non concilia dici debent, quæ ſine Romani Pontificis licentia celebrantur, can. multis, & can. ſequenti, illa 17. diſtinctione.

119 *Lis autem*, hic dominus Papa facit ſuam declaratione͂, & bene, nam eius eſt regulariter interpretari, cuius eſt condere, cap. 1. de reſcriptis in antiqua, cap. quia ſedes de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu
120 capituli, ne litibus inuoluantur ſubditi ob verborum obſcuritatem, cap. paſtoralis de reſcriptis, cap. finem de dolo, clement. paſtoralis de re iudicata, & ibi dicitur C litem hoc caſu cenſeri motam, non tantum quando ventum fuit ad citationem, & eius executionem, ſed quando ſeruato iuris termino proceſſum fuit ad exhibitionem iurium partium in iudicio, adhoc facit, cap. ex parte de verborum ſignificatione, & de his non eſt amplius quærendum cum dubio, vtpote quod *ſopita Apo-*
121 *ſtolicæ Sedis iudicio quæſtiones* ſcripto, vt hic, *ad perpetuam rei memoriam commendentur*, cap. ſopitæ de cenſibus in antiqua decretali, lites enim ſunt reſtringendæ, cap. nonnulli, §. vno de reſcriptis, ſed tantum notandum eſſentialia, adhoc vt quis dici non queat pacificus, nempe vt ante finitum trien̄ium pars citata fuerit, & tituli D partium in iudicium producti, & omnes dilationes quæ dantur de ſtylo Curiarum, effluxerint, gloſa pragmatices, verb. terminorum, rub. de pacificis poſſeſſoribus.

122 *Monemus*, en monitionem Pontificiam, qua vtitur multis in locis iuris canonici Summus Pontifex, cap. ſi quando, ibi qua propter monemus prudentiam tuam de reſcriptis in antiqua, cap. 1. de renunciat. notatur in can. rogo, hortor, & moneo, 11. quæſt. 3. & quæ non venit contem-
123 nenda, ne Deus ſpernat eos, qui ſpernunt eius locum tenentem in terris, can. in nouo, 21. diſtinct. & ne incurratur ab eis diuina, & ſanctæ Sedis indignatio, cap. ſane in fine de celebrat. Miſſarum.

Hinc talis monitio Papalis tanto venit in regno firmius ſeruanda, *quo Eccleſia Gallicana per Dei gratiam tamquam lucerna per candelabrum poſita, aliis lucet per exemplum, itavt ſi obumbretur tanta negligentia tenebris, & aliæ conſequenter obumbrentur, dicit textus in cap. ſequenti, illo titulo, & hanc ideo numquam cohortationem oblitiſcatur, quam numquam potuit ab Eccleſia Romana, nec ventus turbinis, nec impetus tempeſtatis ſeparare, quin potius tanto amplius in ipſius deuotione ſeruiuit, quanto fortius in nauiculam piſcatoris fluctus inſurrexerunt, & mare tumultuoſis ventorum incurſibus fluctuauit*, vt reſcripſit dominus Innocentius III. in ſua epiſtola ad Philippum Francorum regem, quæ incipit, *licet dextera Domini*, parum enim eſſet iura 124 condidiſſe, ſi non eſſent, qui ea executioni demandare poſſent, & vellent, cap. vltimo. §. finali, de ſtatu regularium in 6.

Etiam, vox ampliatiua ſermonis eſt, cap. 125 cum in cunctis. §. inferiora, ibi. *inferiora etiam monaſteria*, de electione, cap. cum Martha. §. *quæſiuiſti etiam*, de celebratione Miſſarum, cap. ſicut dignum. §. *illi etiam*, de homicidio.

Inquirant, cap. bonæ memoriæ de po- 126 ſtulatione prælatorum, cap. per inquiſitionem de electione, iuxta nempe officij debitum, cap. licet, & ibi gloſa, verb. tamquam delegato de officio ordinarij, & in cap. ſequenti, verb. ne ſanguis eorum, ibidem, cap. vltimo, de regularibus, cap. cum ad monaſterium. §. finali, de ſtatu monachorum, cap qualiter, & quando de accuſationibus, cum de commiſſis ſibi ouibus curam gerere debeant, can. nullus, 16. quæſt. 7.

Et hæc inquiſitio fieri debet, parte vo- 127 cata in viſitationibus Epiſcoporum, Archidiac. in can. contra morem, ad finem diſtinct. 100. Imol. in cap. cum noſtris, num. 27. de inſtitutionib. Rebuffus in praxi, tit. de reſcript. ad benef. vacant. num. 20. & tenentur omnes beneficiati 128 exhibere titulos ſuis Epiſcopis viſitantib. Gomes in hac regula, quæſtione 43. num. 2. & eſt veriſſima opinio in iudiciis ſeruanda, teſte Pariſio lib. 10. quæſt. 4. nu. 33. alias poſſunt remoueri à ſuis beneficiis, 129 cap. finali de clericis peregrinis, cap. licet, Hely de ſymonia, & ibi Felinus, Geminianus in cap. ordinarij. §. 1. num. 6. de officio

officio ordinarij in 6. & eſt communis A
opinio, teſte Maſcardo de probationibus,
concluſione 1342. num. 7. & num. 19,
quod confirmo infrà, verb. *declarent illi
ius non competere in eodem.*
130 *Sine titulo beneficium poſſideat*, quod fie-
ri nullo modo poteſt, dicunt Doctores in
cap. 1. de regulis iuris in 6. cum hoc ten-
dat in grauamen, & diſpendium anima-
rum, gloſa in cap. 2. dudum, verb. dece-
præ de electione, ideo hunc abuſum tan-
to diligentius debent prælati abolere,
quanto damnabilius illum deſereret in-
correctum, gloſa in dicto cap. licet Hely,
verb. damnabilius.
131 Quæres quid ſit inquiſitio criminalis.
Reſpond. quod eſt inueſtigatio criminis
ab habente poteſtatem rite facta, etiam
nullo exiſtente accuſatore, fama tamen
publica deferente, dicto cap. qualiter, &
quando, ad quam inueſtigationem tenen-
tur omnes prælati, quando clamoſa inſi-
nuatio præcedit, ne conſcij eſſe cenſean-
tur criminum, can. Epiſcopos in ſynodo,
35. quæſt. 6. cap. ſicut olim de accuſatio-
nibus, gloſa in cap. 1. verb. inquirere do
offic. ordinarij in 6. vbi dicit talem clamo-
ſam famam obtinere locum accuſatoris,
& poſſe teſtes introduci contra tales infa-
matos, idque probat ex cap. quoniam. §.
ſunt, & alij, vt lite non conteſtata, ipſis
133 citatis, 1. quia regulariter inquiſitio non
fit ſine citatione eius contra quem fit,
cap. cum dilecta de confirmat. vtili, 2.
quia numquam poteſt ferri ſententia pri-
134 uationis ipſis non vocatis, cap. conque-
rente de reſtitutione ſpoliat. cap. licet,
ibi. *illum tamen cui contulerit, non debebit
(te non vocato) cum tibi forſan ius poſſit
competere retinendi, in poſſeſſionem ipſius in-
ducere corporalem*, de præbendis in 6. ad
135 quod adde non citatum non poſſe dici
contumacem, cap. venerabilem de ele-
ctione.
136 *Ius non competere*, propter ſcilicet intru-
ſionem, & violentiam, vt fuiſſe pluries iu-
dicatum à Rota, aſſerit Pariſius libro 3.
quæſt. 9. num. 40. propter quam nullum
habet titulum qui eam commiſit, Felinus
in cap. veniens, notab. 2. de accuſationi-
bus, Innocentius in cap. nihil eſt, in gloſa
magna circa medium de electione, gloſa
in cap. bonæ, 1. verb. metuebant, illo ti-
tulo, idem Gomeſ. in hac regula, quæſt.
47. Rebuffus in tractatu de pacificis poſ-
ſeſſoribus, verb. intruſus.
137 *Nonobſtante*, & de hoc non eſt mirum,
cum ſine titulo non poſſit præſcriptio
currere, vt dixi ſuprà, & ſine bona con-
ſcientia, cap. ſi diligenti, de præſcriptio-
nibus, ſed violenti & intruſi habent ſem-
per malam fidem, gloſa in cap. vigilanti,
verb. nouerit, ibidem, ergo, numquam
præſcribunt, 2. quia (vt dixi ſuperius)
poſſeſſio ſine titulo nihil confert, gloſa in
dicto cap. ſi diligenti, verb. iuſtus titulus,
cap. dudum de decimis, Ioannes Andræas
in cap. 2. de præbendis in 6. nec poteſt 138
habilitare incapacem, & intitulatum, cap.
cauſam, & ibi Ancharus de electione, cum
ex ea numquam naſcatur titulus in ſpiri-
tualibus, Baldus in cap. ex parte 1. colum.
B 1. de teſtibus, eſtque communis opinio,
teſte eodem Pariſio, vbi ſuprà, num. 45.
Intruſus, qui dicitur etiam multis mo- 139
dis, Geminianus in can. propter, colum.
finali, diſtinct. 19. Felinus in cap. in noſtra
de reſcriptis, idem Rebuffus in praxi ſuper
regulam 29. Cancellariæ, colum. 3. Go-
mes loco citato 1. qui ſine conſenſu ordi-
narij, vel officialium ſuorum occupat be-
neficium, cap. ex frequentibus de inſti-
tutionibus, 2. qui habuit beneficium à
non habente poteſtatem, cap. quia diuer-
ſitatem de conceſſione præbendæ, cap.
vltimo. §. mandamus de exceſſibus præ-
latorum, 3. qui retinuit ſibi ipſi benefi-
C cium, cuius ipſe fuit collator, Doctores in
cap. ad aures, illo titulo, vbi gloſa, verbo
intrudere, 4. qui propria authoritate oc-
cupat beneficium, gloſa in cap. niſi. §. 1.
de renunciat. Ioannes Andræas in cap. in
literis de reſtitut. ſpoliat. Abbas in cap.
cum iamdudum, col. finali de præbendis,
Corraſius de beneficiis, cap. 4. num. 53.
5. qui manet in poſſeſſione beneficij, quod
amiſit per ſententiã, à qua non appellauit
Innocentius in dicto cap. qualiter, in glo-
ſa magna de accuſationibus, vide alios
modos apud eundem Gomeſium loco al-
legato, & hi omnes dicuntur fures, & la-
D trones, can. non furem, 7. quæſt. 1. can.
tres perſonas, 23. quæſt. 4. textus, & ibi
gloſa in cap. relatum, verb. per oſtium de
iure patronatus apud Gregorium, & 140
in conſcientia dimittere ſua beneficia,
Archidiaconus in can. quo iure, diſtinct.
7. Innocentius in cap. niſi, num. 1. verſi-
culo quidam tamen de renunciatione, &
eſt communis opinio Doctorum in cap.
2. & ibi gloſa, verb. renunciauit de in in-
tegrum reſtitutione, etiam non habita li-
centia ſuperioris, vt benè notat Pariſius
lib. 7. quæſt. 1. num. 108. & 109. cum ea
retineant cum peccato, vt dixi ſuprà, in
præcedenti diſputatione, quæſtione pri-

141 ma, quod eo grauius eſſe prohibetur, quo
longior eſt detentio, can. ſi res, 14. quæ-
142 ſtione 6. diuturnitas enim temporis au-
get peccatum, vt oſtenſum manet, cap.
cum tanto de conſuetudine, cap. cùm ha-
beret de eo, qui duxit in matrimonium,
quam polluit per adulterium, cap. non
ſatis de ſymonia, Felinus in cap. veniens,
num. 2. & ſequenti, de accuſationibus,
Ioannes Andræas in cap. in literis de re-
ſtitutione ſpoliar. Abbas in cap. cum iam-
dudum, colum. finali de præbend. & hi
143 ſemper tenẽtur ad reſtitutionem fructuũ
perceptorum, Rota deciſione prima, illo
titulo de reſtitutione ſpoliator. in nouis,
quum furta commiſerint, gloſa in dicto
cap. niſi, verb. duntaxat, & eſt textus in
cap. dudum, 2. de electione apud Gre-
gorium.

144 *Vel violentus*, qui etiam priuatur ipſo
iure beneficio, vt fuſius fuit probatum, &
tenetur ad reſtituendos fructus, tum per-
ceptos, cum percipiendos, cap. grauis de
reſtitutione ſpoliatorum, gloſa in cap.
conquerente, verb. perceptis, illo titul.
in decretalibus Gregorij.

145 *Aut alias indignus*, cum nihil ſit (vt
ſæpius diximus) quod Eccleſiis magis no-
ceat, quam quod indigni aſſumantur ad
earum regimina, cap. nihil eſt de electio-
ne. *Si enim ad honores mundi, ſine ſuffragio
temporis, ſine mercede laboris indignum eſt
peruenire, quam prudens, & quam diligens
habenda eſt diſpenſatio diuinorum meritorum.
& cæleſtium dignitatum*, dicit canon mira-
mur, 61. diſtinct. & indignus eſt regula-
146 riter, qui dignus eſſe non creditur, gloſa
in cap. vno, verbo, æſtimare de ſcrutinio
in ordine faciendo.

147 Hinc indignus eſt non tonſuratus, cap.
ex literis de tranſactionibus, gloſa in cap.
1. verb. tales de inſtitutionibus, illitera-
148 tus, & ignarus, can. illiterati, 36. diſtinct.
can. pœnitentes, diſtinct. 55. Felinus in
cap. per tuas, colum. 1. de ſymonia, fa-
ciunt quæ diximus ſuprà, vbi de Epiſco-
pis, in diſputatione prima, quæſtione 8. in
149 qua diximus ignorantiam eſſe iuſtam cau-
ſam renunciandi, Doctores in dicto cap.
niſi, Hoſtienſis in ſumma, tit. de renun-
ciatione, cum impediat promotionem ad
150 ordines, idem Innocentius in cap. cum in
cunctis, & ibi etiam idem Hoſtienſis, nu-
mer. 13. de electione, gloſa communiter
approbata, in cap. propoſuit, de filiis preſ-
byterorum.

151 3. Indignus eſt ſymoniacus, toto titulo
152 de ſymonia, contra quem admittuntur
A omnes infames, Doctores, iuncta gloſa, in
cap. licet Hely; ibidem, gloſa in cap. cum
primo de accuſationibus, Felinus in cap.
tanta, per illum textum, illo titulo de ſy-
monia, Nauarrus in manuali, num. 110.
propter atrocitatem criminis, can. finali,
1. quæſtione vltima, dicto cap. per tuas,
cap. inquiſitionis de accuſationibus,
quod dicitur hæreſis, cap. quoties, eo ti- 153
tulo de ſymonia, cui æquiparatur, gloſa
vltima in cap. 1. de teſtibus in 6. Docto-
res in cap. ſicut de ſymonia, Gomes in
hac regula, quæſt. 12. num. 13. Rebuffus
in praxi, illo titulo de ſymonia in reſigna-
B tione, num. 12.

4. Indignus eſt puer, cui dari non de- 154
bet beneficium, can. pueri, & can. eſtote,
1. quæſtione 2. gloſa in cap. 1. verb. præ-
dicti pueri de ætate, cum non ſit idoneus
ad beneficium reputandus, qui non po-
teſt illi deſeruire propter defectum æta-
tis, cap. ſuper inordinata de præbendis,
notatur in cap. indecorum eſt, vbi dicitur
quod indecorum eſt eos Eccleſiis præfi-
ci, qui non nouerunt gubernare ſeipſos,
illo titulo de ætate, vide Bonifacium in
clement. vna, num. 58. de homicidio.

5. Non ordinatus à ſuo antiſtite, ſed ab 155
C alio ſine formatis illius, cap. 1. & cap. eos
de temporibus ordinationum in 6.

6. Per ſaltum promotus, can. ſi officia, 156
59. & tota rub. de clerico per ſaltum pro-
moto.

7. Suſpenſus, gloſa in cap. præterea de 157
vſuris, dixi vbi de Epiſcopis, in illa quæſt.
8. in qua probaui non poſſe ſuſpenſos ha-
bere beneficia, propter prohibitam or-
dinum executionem, gloſa in cap. gene-
ralem de electione in clementinis, Ioan-
nes de Anan. in rubrica de clerico ex-
communicato miniſtrante, multo plura
vide in illa quæſt. 8.

8. Qui fuit ordinatus extra quatuor 158
D tempora, cap. cum quidam de temporib.
ordinationum apud Gregorium, cum ſa-
cri ordines non poſſint conferri niſi intra
quatuor tempora, vt tota illa rubrica de
temporib. ordinat. & oſtendi vbi de Sum-
mo Pontifice, diſputatione prima, quæſt.
prima, idem dic de apoſtatis, ſchiſmaticis,
& hæreticis, qui omnes ſunt indigni, cap.
3. de apoſtatis, & cap. 3. de frigidis, & (vt
rem abſoluam) dic quod eſt regulariter 159
indignus beneficio, qui & ordine reputa-
tur indignus, cap. accepimus de ætate, qui
enim habet ordinem, debet habere & be-
neficium, can. 1. 70 diſtinct. gloſa in di-
cto cap. accepimus, verb. Eccleſias, talis

160 eſt.bigamus, vel viduæ maritus, qui eſt A irregularis, cap. niſi, & ibi Doctores de renunciatione, ideo non poteſt habere beneficia, gloſa in can. de his, 38. diſt. cum non poſſit ſuſcipere ordines, cap. vno de bigamis non ordinandis in 6. facit canon quomodo, vbi dicitur quod non poteſt eligi, 31. diſtinct. & textus, cap. gaudemus, vbi fertur quod Lamech fuit primus, qui dedit locum bigamiæ reprobandæ, eo quod plures habuiſſet vxores, qua de cauſa arguitur in ſcriptura, de diuortiis in antiqua decretali, quot ſint ſpecies bigamiæ, vide apud eundem Rebuffum in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, B vbi etiam enumerat alios omnes indignos à num. 174. vſque ad numerum 266.

161 *Alteri*, non vero ſibi, cap. vltimo de inſtitutionibus, retinendo partem redituum beneficialium, cap. cum non ignores de præbendis, tota rubrica, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

162 *Idoneo*, talibus enim committendæ ſunt clericis Eccleſiæ, cap. 1. verb. idoneus de ætate, cap. 1. & ibi gloſa, verbo, tales de inſtitutionibus, quod malè obſeruant multi prælati, qui cum poſſint viros promouere idoneos ad beneficia, aſſumere C non verentur eos, quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, de his conqueritur dominus Innocentius III. in Concilio generali, quod habes in cap. graue de præbend. quis dicatur ido-
163 neus dixi pluries, talis eſt diſpenſatus, Doctores in cap. de multa, ibidem, ex his omnibus.

Collige neceſſaria ad effectum regulæ conſequendum, 1. requiritur titulus, vel verus, vel coloratus, ibi. *ſed habens coloratum titulum*, 2. vt ſine lite beneficium per triennium continuum, & completum fuerit poſſeſſum, Gomes in hac regula de triennali, quæſt. 20. gloſſator pragmatic. D verb. triennio, rub. de pacificis, 3. vt poſſidens fuerit habilis pendente triennio, cap. cum in cunctis de electione, quibus tribus concurrentibus, debent iudices abſoluere noſtrum triennalem poſſeſſorem, iuxta hanc regulam, quam obſeruare tenentur, & ab ea non recedere in iudican-
164 do, cap. 1. de conſtitutionib. Statutum enim a Papa conditum, & receptum, ligat omnes fideles, can. quo iure, diſtinct. 8. can. de capitulis, diſtinct. 10. Imol. in proœmio decretalium Rex pacificus, Doctores omnes in cap. quæ Eccleſiarum, illo tit. de conſtitutionibus.

A Quæres an regula habeat locum in omnibus beneficiis Eccleſiaſticis. Reſp. affirmatiuè, iuxta textum huiuſce noſtræ regulæ, ibi. *quodcumque beneficium Eccleſiaſticum*, nam qui totum dicit, nihil *excludit*, can. ſi Romanorum, 79. diſtinct. gloſa in cap. ſolitæ, verb. *quodcumque*, de maioritate. 165

Quæres an qui præſcripſit cum colorato titulo contra eum qui verum habebat titulum ſit tutus in conſcientia. Reſpond. affirmatiuè, dummodo intra triennium non habuerit notitiam veri iſtius tituli, licet poſt illud illam habuerit, quia tutus B authoritate canonis inducentis præſcriptionem eſt textus in conſcientia, gloſa, in cap. vigilanti de præſcription. Innocent. in cap. cura de iure patronat. ſed talis eſt tutus authoritate regulæ inducentis præſcriptionem contra verum titularium, ergo, ita Rebuff. in dict. tractat. num. 8. & illud potuit ſtatuere dominus Papa propter plenariam poteſtatem quā habet, cap. propoſuit, de conceſſ. præb. cap. 2. de præbend. in 6. clement. 1. vt lite pendente nihil innouetur, & ideo ſufficit quod ita conſtituerit, & quod de ſua voluntate ita conſtet per ſtatutum (vt hic) C clement. ſi Summus Pontifex de ſentent. excommunicat. gloſa in cap. ſi aliquando, illo tit. Abbas in cap. quudcirca de conſanguinitat. alias ſequeretur eum non potuiſſe facere hanc legem, quoad noſtram triennalem præſcriptionem, quod eſt contra totam rubricam de præſcriptionibus, & hoc ſtatutum ſeruandum eſt, quia parum eſſet habere leges ſi eæ non cuſtodirentur, vel non eſſent, qui eas executioni debitæ demandarent, cap. commiſſa de elect. in 6. cap. vbi periculum. §. prætetea, eo titul. & lib. cap. periculoſo. §. & quoniam vlt. de ſtatu regularium, illo lib. 166

D Hinc finito triennio habens coloratum titulum, non tantum præferri debet habenti verum titulum, ſed poteſt in conſcientia agere contra illum ad fructuum reſtitutionem, vt benè Rebuff. ibidem, num. 29. 167

Collige 2. bonum publicum præbuiſſe anſam conficiendæ regulæ Summis Pontificibus, eorum enim fuit ſemper cordi lites minuere, & ab impenſis releuare ſubditos, vt palam profeſſus eſt Innocent. IV. in Concilio generali Lugdunenſi, de quo fit mentio, in cap. cordi de appellationib. in 6. ideoque nouum ius, nouaque regula conſtituenda fuit, vt bono publico con- 168

ſuleretur,cap. 2. de præbend. eodem lib. ideo enim facta eſt regula, vt finis litibus imponeretur, ne partes vltra modum grauarentur impenſis, præſertim cum de beneficiis Eccleſiaſticis litigarur, verba ſunt Innocent. III. in cap. finem de dolo, & ne lites eſſent immortales, cap. vltimo, illo titulo, vbi gloſa, verb. finem, textus, & ibi gloſa, in cap. conſtitutus, verb. finem litibus de procuratoribus, cap. diſpendia de reſcrip. in 6. 2. ne beneficiati deſererẽt Eccleſias ſuas, vt in Curiis ſecularibus litibus vaccarent, quod fieri non debet, cap. 1. & ibi gloſa, verb. ſecularib. de poſtulando, quæ deſertio multum noceret Eccleſiis, cap. ne prô defectu, & ibi gloſa de elect. cap. quam ſit, illo titulo in 6. vbi id docere experientia, aſſerit Gregorius X. 3. vt beneficiati eſſent certi de iuribus ſuis, Rebuff. in dicto tract. num. 31.

Collige 3. eum qui obtinuit recredentiam,
169 tiam, vel per arreſtũ, vel per ſententiam, à qua non fuit appellatum per partem aduerſam, & quæ ideo habet vim rei iudicatæ, iuxta textum, cap. cum inter, de ſentent. excomm. non poſſe perturbari in beneficio ſi per triẽnium poſſederit pacificè, & ſine lite dictum beneficium, & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis anno 1509. pro Bartholomæo Fouchier, contra Ioannem Tillon, aſſerit Papon titulo de pacif. & de triennali, atreſto 2.

Et hoc tam verum eſt, vt ſi finito triennio non promoueatur intra annum à die finiti triennij computandom, illo elapſo veniat priuandus Eccleſia ſua parochiali, ſi quam habet, iuxta cap. commiſſa, & cap. licet, canon de elect. in 6.

Praxis autem hæc eſt ſecundum Rebuff.
170 in rub. de pacificis, vt noſter pacificus poſſeſſor turbatus poſt triẽnium impetret literas regias è Cancellaria Parlamenti, intra cuius reſſortum litigarut, v.g. ſi citatus fuerit poſſeſſor ad Seneſchallum Biterrenſem, Nemauſenſem, Monſpelienſem, vel Carcaſſonenſem è Curia Senatus Tholozani, quæ literas debent dirigi ad iudicem à quo, & coram illo debet poſſeſſor petere literas illas intherinari, & verificari, vt dicitur quod fieri debet à tali iudice, qui debet ferre ſententiam ſuam, qua parti aduerſæ prohibeatur, ne amplius vexet dictũ poſſeſſorem, quod ſi hæc iudex non decernar, (facta tamẽ prius exhibitione tituli in iudicio) debet poſſeſſor ab eo appellare, tamquam ab abuſu, quia contra conſtitutiones Regias, & legem regni iudicatum fuit, cum regula hæc, lex

A regni effecta fuerit per eius verificationem, & in regiſtris ſupremarũ Curiarum inſertionem: & hæc appellatio ad ſolum Senatum ſupremum deuoluitur, non autem ad inferiores, vt notant omnes praxeos obſeruatores, & ne quid deſiderari queat, en formula talium regiarum literarum.

Forma literarum regiarum à pacifico poſſeſſore obtinendarum de ſtylo regni.

B LVDOVICVS *Dei gratia Francorum Rex, & Nauarræorum, dilectis noſtris Conſiliariis, noſtri Seneſchallis N. Salutem: ex parte fidelis ſubditi noſtri Stephani Michaelis Tarrade, Decretum Doctoris, Canonici, & Præcentoris inſignis Eccleſiæ Lodouenſis, nobis fuit expoſitum, quod vacante dicto Canonicatu per reſignationem factam à defuncto Stephano T. in manibus ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Vrbani VIII. de ea ipſe fuit prouiſus ab eodem Papa, & in vim ſignaturæ Apoſtolicæ ſuper hoc obtenta in poſſeſſionem dicti Canonicatus miſſus fuit die 20. Maij, anni 1633. eundemq. Canonicatum poſſedit per* C *triẽnium continuum, & completum pacificè & ſine lite, vt videre eſt ex die ſuæ poſſeſſionis & die citationis factæ in iudicio, nihilominus Magiſter N. presbyter, N. diœceſis, in vim breuis Regaliæ, quod à nobis obtinuiſſe gloriatur conceſſionem ferens dicti Canonicatus, dictum exponentem (vt ipſe aſſerit) in iudicio vexat quamuis per conſtitutionem, tam fœlicis memoriæ Henrici IV. patris noſtri, quàm noſtram regalia non admittatur contra triennalem poſſeſſorem, qualis eſt dictus Tarrade exponens. Hac de cauſa vellet ſilentium imponi dicto N. & prohiberi, ne amplius detineat in iudicio dictum exponentem, tam* D *in poſſeſſorio, quàm in petitorio, veretur tamen ne dubitetis hoc decernere, ſine noſtris literis, quas humiliter poſtulat & requirit. Hinc eſt igitur quod nos ſubditorum noſtrorum iuxta caſuum exigentiam iuſtis petitionibus inclinare volentes. Vobis mandamus, & quia lis coram vobis pendet, iniungimus, vt (ſi vobis conſtet de veritate rei expoſita vt nempe dictus Tarrade exponens cum vero, vel colorato titulo dictum Canonicum poſſederit pacificè per triennium completum, & tamen à dicto N. in caſu nouitatis in lite teneatur) vos eo caſu nullum ius in dicto Canonicatu competere dicto N. declaretis, eique ſilentium quoad hoc perpetuum imponatis, nonobſtantibus ap-*

pellationibus, & oppoſitionibus quibuſcumque propter quas (ſine tamen illarum præiudicio) nolumus res vllo modo differri, recipite etiam dictum Tarrade ad petenda impenſa, & alia, ad quæ concludere volet contra dictum N. mandantes inſuper vt partibus auditis, bonam breuemque iuſtitiam largiamini, ita enim nobis placet. Datum Tholoſæ, &c.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SECVNDÆ.

1. Quemnam authorem habuerit regula 18. Cancellariæ, hic monſtratur.
2. Vndenam educta fuerit dicta regula, hic oſtenditur.
3. Regula hæc, ibi apponitur.
4. Quæ de cauſa edita fuerit regula, hic edocetur.
5. Actus fraudulentus non præiudicat tertio, ſed ſoli facienti.
6. Succeſſio hæreditaria reprobatur à iure, & ibi dicitur, quod illa dedit anſam faciendæ regulæ.
7. Regula hæc de 20. ceu de infirmis reſignantibus eſt fauorabilis.
8. Regula facta ad declinandas fraudes, & arcenda peccata, eſt fauorabilis.
9. Regula iſta ſeruatur in regno, vti regiſtrata in Parlamentis.
10. Dictio item, quid de nouo importat.
11. Voluit, eſt verbum habens vim ſtatuti in beneficialibus.
12. Quod, aduerbialiter hic ſumitur, & idem ſignificat quod vt.
13. Verbum ſiquis, generaliter ſumi debet.
14. Verbum ſiquis, comprehendit maſculos, & fœminas.
15. Diſpoſitiones fauorabiles inuoluunt fœminas.
16. Cap. de multa de præbendis apud Gregorium, inuoluit fœminas.
17. Summus Pontifex non inuoluitur in regula de 20.
18. Ceſſante cauſa prohibitiua diſpoſitionis, ceſſare debet, & diſpoſitio.
19. In generali ſermone, numquam comprehenditur perſona loquentis.
20. Nulla regula Cancellariæ, ligat Summum Pontificem.
21. Eminentiſſimi Cardinales comprehenduntur in regula de 20. ceu de infirmis reſignantibus.
22. Conſtitutiones concernentes ſalutem animi, ligant Eminentiſſimos Cardinales.
23. Deciſiones Rotæ ſeruari debent ab omnibus, qui iudicare debent ſecundum illas, & ibi ratio apponitur.
24. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & cæteri prælati, includuntur in regula de 20.
25. Exempti ſubiiciuntur regulæ.
26. Familiares Eminentiſſimorum Cardinalium ſubduntur etiam regulæ.
27. Archidiaconi, Præcentores, Sacriſtæ, Decani, Præpoſiti, Cuſtodes, Archipresbyteri, Canonici, & alij omnes, inuoluuntur in regula.
28. Infirmitas, quid ſit.
29. Stulti, phrænetici, & furioſi, non cadunt in regula.
30. Senes, non includuntur in regula.
31. Infirmitas illa, non poteſt dici leuis, ex qua reſignans moritur.
32. Moriens ex vulnere, vel peſte, includitur in regula.
33. Priuatus per ſententiam, non importatur in regula.
34. Eius eſt probare infirmitatem, qui eam allegat.
35. Infirmitas reputatur inter caſus fortuitos.
36. Infirmitas quibus modis probetur, hic dicitur.
37. Reſignatio non præſumitur, niſi probetur.
38. Infirmus reſignans, factus ſanus, redit de ſtylo regni ad ſuum beneficium.
39. Reſignans de iure, non poteſt redire ad ſuum beneficium.
40. Reſignans coactè, redit de iure ad ſuum beneficium, nonobſtante reſignatione.
41. Nomine beneficij, omnia beneficia, ſecularia, & regularia, curata, & ſimplicia comprehenduntur.
42. Beneficia patrimonialia, quæ dicantur.
43. Beneficia iuris patronatus, comprehenduntur in regula.
44. Beneficia electiua, comprehenduntur in regula.
45. Quiſque poteſt iuri ſuo renunciare.
46. Beneficia vacantia per permutationem, inuoluuntur in regula.
47. Verbum dimiſerit, admodum generale eſt, comprehendens omnem quamcumque repudiationem beneficij.
48. Ex inæqualitate beneficiorum, oritur præſumptio fraudis in permutationibus beneficialibus.
49. Commenda, eſt Canonicus titulus.
50. Commendatarius habet liberam poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus.
51. Beneficium commendatum, includitur in regula.

52. *Diſſolutio vnionis quibus modis fiat, hic inſeritur.*
53. *Beneficium vnitum, non importatur in regula.*
54. *Caſus in quo beneficium vnitum ſubditur regulæ.*
55. *Vniones ſunt odioſæ.*
56. *Vniones non ſunt faciendæ, niſi ex magna neceſſitate.*
57. *Vniones licitæ ſunt, iuſta de cauſa.*
58. *Caſus ſingularis in quem extenditur regula, hic denotatur.*
59. *Verba clara, non egent interpretatione, & ibi dicitur, quod faciunt nouum ius.*
60. *Regula de 20. fauet ordinariis, graduatis, indultariis, & mandatariis.*
61. *Viginti dies regulæ, ſunt dies naturales 24. horarum.*
62. *Dies & nox pro vna die tantum reputatur.*
63. *Dies artificialis, quis dicatur.*
64. *Viginti dies computantur à die præſtiti conſenſus.*
65. *Dies termini non computatur in termino.*
66. *Ante præſtationem conſenſus, reſignatio dicitur informis.*
67. *Viginti dies in Gallia computantur à die admiſſionis reſignationis.*
68. *Hic dicitur cur potius 20. dies, quam 30. vel 40. poſiti fuerint pro termino.*
69. *Vt regula de 20. habeat locum, debet ægrotans mori ex ea infirmitate, ob quam reſignauit.*
70. *Virtus legis, in mente legis habetur.*
71. *Mors naturalis, & ciuilis differunt, & ibi dicitur quod vt regula habeat locum, debet reſignans mori naturaliter, non ciuiliter.*
72. *Eius eſt probare mortem, qui ſuper eam ſe fundat.*
73. *Mors non præſumitur, niſi probetur.*
74. *Infirmitas, & mors reſignantis, ſimul probari debent ab allegante.*
75. *Probatio mortis, quando dicatur plena.*
76. *Caſus præcipuus in quo quis præſumitur mortuus intra 20. dies, ad effectum huiuſce regulæ.*
77. *Per hæc verba regulæ* ipſum beneficium, *quodnam intelligatur.*
78. *Beneficia reſignata tam in Curia, quàm extra Curiam, inuoluuntur in regula.*
79. *In regno regula de 20. non habet locum in reſignationibus factis coram ordinariis.*
80. *Collatio, quid ſit.*
81. *Collatio differt ab inſtitutione.*
82. *Statutum annullans collationem, annullat, & omnia antecedentia ad illam intrinſecè neceſſaria.*
83. *Verbum* collatio, *includit omnem, & quemcumque modum prouidendi.*
84. *Rex Chriſtianiſſimus poteſt de nouo nominare ad prælaturas reſignatas ſi reſignantes moriantur intra 20. dies.*
85. *Verbum* collatio nulla ſit, *importat canonem latæ ſententiæ.*
86. *Quod nullum eſt, nullum poteſt præſtare impedimentum.*
87. *Poſſeſſio triennalis non ſuffragatur reſignataria in caſu regulæ.*
88. *Beneficia vacantia in vim regulæ poſſunt conferri.*
89. *Beneficia vacantia in vim regulæ in menſibus graduatorum, debentur in regno graduatis.*
90. *Caſus peculiaris, in quo viget regula.*
91. *Summus Pontifex poteſt derrogare regulæ de 20.*
92. *Legatus à latere poteſt derrogare regulæ, dummodo habeat poteſtatem generalem derrogandi regulis editis, vel edendis.*
93. *Clauſula*, vel alio quouis modo, etiam ſi per obitum, *quid operatur in caſu regulæ.*
94. *Impetratio per mortem de beneficio vacanti, quod tamen non vacat, non valet, etiã ſi poſtea mors ſubſequatur.*
95. *Viginti dies regulæ debent eſſe completi.*
96. Infrà, *eſt vox, extrema regulariter includens.*
97. *Beneficia reſignata in Curia, poſſunt in caſu regulæ conferri ab ordinariis.*
98. *Manus appoſitio Papalis non ſortita effectum, numquam inducit affectionem.*
99. *Regulæ Cancellariæ expirant per mortem Papæ.*
100. *Beneficia Curialium ſubduntur diſpoſitioni iſtius regulæ de infirmis.*

QVÆSTIO SECVNDA.

De regula decima octaua Cancellariæ Apoſtolicæ, dicta de viginti diebus, ſeu de infirmis reſignantibus.

ISta regula de 20. quæ eſt 1
18. Cancellariæ, Doctores omnes dubios facit, vndenam ortum habeat, alij tribuunt eam Paulo II. alij Nicolao V. alij Clementi VII. alij Adriano VI. alij Paulo I. alij Paulo III. alij Sixto V. alij quibus aſſentior tribuunt illam domino Bonifacio VIII. Gomes in hac regula in præfatione illius, cæteri quidem prædicti Pontifices regulam auxerunt, & amplificauerunt, dicto Paulo 3.

tribuitur additio horum verborum, *ceu*
ipſius beneficij diſſolutioni vnionis conſenſerit,
Mendoſa in hac regula, quæſtione 10. nu.
5. dictus Clemens VII. voluit eam habe-
re locum in reſignationibus factis in ſani-
tate, dummodo præſtitus fuiſſet conſen-
ſus in infirmitate, & hoc in odium Cardi-
nalis du Vich, qui in Conclaui promotio-
ni dicti Papæ multum obſtiterat, teſte eo-
dem Gomeſio ibi, quæſtione 19. dictus
Paulus III. addidit verbum *dimiſerit*, po-
ſitum in textu, teſte Rebuffo in hac regu-
la in principio, dictus Adrianus voluit
eam regulam habere locum in beneficiis
officialium Curiæ, & in omnibus aliis be-
neficiis reſignatis extra Curiam in mani-
bus, vel legatorum, vel ordinariorum,
Paulus vero II. addidit hæc, *infra viginti*
dies à die per ipſum reſignantem præſtandi
conſenſus computandos, vt notauit idem
Gomes loco citato, Sixtus autem V. regu-
lam reformauit, ſed tamen eius author di-
ci non debet, ſed benè, (vt dictum eſt)
dictus Bonifacius qui eam edidit Kalen-
dis Maij, teſte illo Gomeſio, primuſque
eius mentionem fecit in ſuis regulis.

2 Et hæc regula depromta fuit ex pene-
tralibus iuris Pontificij non quidem ex
cap. 2. de renunciatione in 6. vti cogita-
uit Ioannes Andræas in cap. finali de col-
luſione detegenda, & multi alij, vt Caſſa-
dorus deciſ. 32. ante numerum 5. ſuper
hanc regulam, idem Gomes in hac regu-
la, quæſtione 17. colum. 2. Ioannes de A-
nanio in dicto cap. finali, nec ex cap. acce-
pimus de pactis, vti Rebuffus ſentit in ea-
dem regula verſus initium in praxi bene-
ficiali, ſed ex can. plerique, 8. quæſt. pri-
ma, qui ita ſe habet: *plerique ſacerdotes in*
mortis confinio conſtituti feruntur, alios in
locum ſuum deſignatis nominibus ſubrogare,
quod quam graue ſit æſtimate, aiebat domi-
nus Hilarius ad Patres conuocatos à ſe
Romæ, *atque ideo ſi placet*, inquit, *etiam*
hanc licentiam generaliter de Eccleſiis aufe-
ramus, (quod turpe dictu eſt) & ab vniuer-
ſis acclamatum fuit: *hæc præſumptio num-*
quam fiat, quæ Dei ſunt, ab homine dari ne-
queunt, en nunc regula, quæ ita dicit,

Regula decima octaua Cancellariæ, dicta de 20. ceu de infirmis reſignantibus.

3 *Item voluit, quod ſi quis in infirmitate con-*
ſtitutus reſignauerit aliquod beneficium ſiue
ſimpliciter, ſiue ex cauſa permutationis, vel
A *alias dimiſerit, aut illius commendæ ceſſerit,*
ceu ipſius beneficij diſſolutioni vnionis conſen-
ſerit, etiam vigore ſupplicationis, (dum eſſet
ſanus) ſignatæ poſtea infra 20. dies, à die per
ipſum reſignantem præſtandi conſenſus com-
putandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ip-
ſum beneficium conferatur per reſignationem
ſic factam, collatio quauis authoritate facta
nulla ſit. ipſumque beneficium per obitum va-
care cenſeatur. Ita in propriis terminis con-
cepta legitur regula in regulis dicti Sixti
V. in ordine 16. quæ vult vt reſignatio
nulla ſit facta ab infirmo tempore infirmi-
tatis morientis ex eadem infirmitate intra
20. dies, poſtquam conſenſus præſtitus
B fuit in camera, & nonobſtante reſignatio-
ne, quæ cenſetur non facta beneficium
conferatur per mortem, en verus ſenſus
illius, vide iam interpretationem ſpecifi-
cam, ante cuius incœptionem ſciendum 4
eſt triplici de cauſa iſtam regulam factam
fuiſſe, 1. vt obuiaretur fraudibus, quæ fie-
bant tum ordinariis, tum mandatariis,
tum graduatis expectantibus, vt eſt textus
& caſus in dicto cap. 2. vbi infirmus re-
nunciauit ſuæ præbendæ, vt priuaretur
ea, qui ius habebat obtandi, Pariſius lib.
12. quæſt. 1. num. 1. quod non erat feren-
dum, 1. quia contra has fraudes iura ar-
mant, cap. tibi qui de reſcriptis in 6. in fi-
C ne, 2. quia quemadmodum actus factus 5
ab infirmo in præiudicium tertij, non præ-
iudicat, Maſcardus de probationib. concl.
1047. num. 5. Rebuffus in hac regula,
gloſa 13. num. 1. Gomes in illa, quæſt. 21.
num. 2. ita nec reſignatio facta ab eodem
in præiudicium tertij, cum nemini fraus
inſeruire debeat, & ſuffragari, can. dictum
eſt, 30. quæſt. 1. cap. ex tenore de reſcri-
ptis, cap. ex literis de dolo, gloſa in cap.
ſedes, verb. *dolus*, illo titulo de reſcriptis
apud Gregorium, præſumptiones fraudis,
vide in dicto cap. 2. & apud eundem Re-
buffum in concordat. §. volumus, verbo,
vacantia, rubrica de collationibus, vide
D etiam quæ diximus vbi de reſignationib.
& permutationibus, quæſt. 5. & ſequent.
diſputat. 3.

Secundo, (& en potior ratio) ne fieret 6
ſucceſſio quædam in beneficiis iure ſan-
guinis, Mendoſa in eadem regula, quæſt.
1. num. 3. idem Gomes ibi, quæſt. 1. col.
2. Caſſadorus ſuper regul. Cancellariæ,
deciſione 10. verſicul. ſi volumus, idem
Rebuffus etiam in hac regula, gloſa 1. nu-
mero 2. idem Pariſius loco citato, quæſt.
1. 17. quam ſucceſſionem hæreditariam
deteſtantur vniuerſi canones, toto titulo

de filiis preſbyterorum, cap. 1. de præbendis, & quæ tamen erat in vſu ante regulæ iſtius editionem, dicto can. plerique, 8. quæſt. 1. maximè tempore domini Alexandri III. qui in dicta ſua decretali accepimus conqueritur de tali abuſu, vbi dicit, *quod infirmi concedebant Eccleſias tali tenore, vt poſt eorum obitum alij nominatim ſuccederent*, tertiam addit rationem editionis iſtius regulæ Graſſallus in ſuis recollectionib. ſuper regulas Cancellariæ, quam vide in deciſione 29. A

7 Hinc noſtra hæc regula bene dicitur fauorabilis ab omnibus Canoniſtis, Gomes vbi ſuprà, quæſtione 17. num. 11. idem Rebuffus gloſa 4. num. 9. in ſua praxi beneficiali ſuper hanc regulam, Pariſius loco allegato, num. 9. vbi dicit ita fuiſſe deciſum à Rota, & probatur his rationibus, B

8 diſpoſitio dicitur fauorabilius, quæ iuri fauet, & obuiat fraudibus, vt eſt vnanimis opinio Doctor. Felinus in cap. de quarta, colum. 5. de præſcriptionibus, ſed hæc regula eſt talis, vt probatum manet, 1. iuri fauet, ex quo fuit educta, dicto can. plerique, dicto cap. accepimus, & dicto cap. 2. 2. obuiat fraudibus, quas canones reprobant, cap. fatis de poſtulando, ergo, 2. illa diſpoſitio eſt fauorabilis, quæ obuiat peccato. gloſa in cap. ſciant cuncti, verb. *alios*, de electione in 6. Abbas in cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi, & in cap. nihil eſt, num. 9. de electione, Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, verſus finem, verſicul. & materia de conſtitutionibus, ſed hæc regula eſt talis, idem Gomes in hac regula, quæſt. 3. & Rebuffus in illa, gloſa 4. in fine, eſtque communis opinio, ergo. C

Hinc debet regula ampliari, vt dicunt omnes ſupra citati, Doctores ſi enim odia reſtringenda veniant, cap. ſi gratioſè de reſcriptis in 6. cap. ſtatutum de electione, illo libro, & notatur in cap. 1. de filiis preſbyterorum, eodem lib. 6. veniunt, & vice verſa fauores ampliandi, per regulam odia de regulis iuris, illo libro. D

9 Hinc ligat in conſcientia, & potiſſimum in regno, in quo non ſolum vti regula Cancellariæ ſeruari debet, ſed & ſicut lex regni effecta per verificationem, & inſinuationem illius in regiſtris ſupremarum Curiarum, teſte eodem Rebuffo in hac regula, gloſa 9. verſiculo habebit, qui dicit ibi fuiſſe regulam regiſtratam in Senatu Pariſienſi, die 20. Nouembris, anni 1493. & hæc ſufficiunt, veniamus ad dilucidationem peculiarem illius.

Item, dictio eſt quid de nouo ſecum importans, & declarans, Archidiaconus in can. ſi quis vero, 11. quæſt. 3. idem ſignificans, ac ſi diceretur, *rurſus conſtitutum à nobis eſt*, can. rurſus, ibidem, cap. cum acceſſiſſent, §. *fuit inſuper*, & cap. ex literis de conſtitutionibus, cap. inſuper, §. *inſuper ſtatuimus*, de teſtibus. 10

Voluit, verbum hoc in beneficialibus habet vim ſtatuti, cap. cum in cunctis de electione, cap. graue de præbendis, idem Rebuffus in concordatis, §. ſtatuimus, verb. *volentes*, rubr. de collationibus, maximè poſitum in conſtitutionibus Summi Pontificis, qui habet omnimodam poteſtatem præcipiendi, cap. ad noſtram de teſtibus, cap. in his de verborum ſignificatione, notatur in cap. excommunicamus. §. volumus de hæreticis, cap. ſi motu proprio de præbendis in 6. clement. finali de electione, & clementina 1. §. volumus de foro competenti, & ibi Cardinalis, Abbas in cap. perſonas, illo titulo de teſtibus, idem Rebuffus in dicto concordato, illa rub. §. volumus. 11

Quod, id eſt *vt*, ibi enim aduerbialiter ſumitur, vt in cap. quia, & cap. licet de electione, cap. iurauit de probationibus, & paſſim in toto iure canonico, cap. præterea, & cap. plerique de tranſactionibus, cap. perpetuo de electione, lib. 6. 12

Si quis, verbum admodum generale, can. ſi quis carnem, & can. ſi quis dereliquerit, 30. diſtinct. can. ſi quis vituperat, 31. diſtinct. cap. cauſam de dolo, comprehendens omnes, & quoſcumque reſignãtes in infirmitate, vt eſt communis, & veriſſima opinio Canoniſtarum, Dominicus in cap. ſi tibi abſenti, col. 3. de præbend. in 6. Rebuff. in hac regula, vbi etiam Gomes, quæſt. 1. Pariſius lib. 12. quæſt. 4. num. 1. & 2. & clarius oſtendo infrà, ſiue mares, ſiue fœminas, can. ſi quis virginitatem illa, 30. diſtinct. cap. ſi quis de iniuriis, & damno dato, cap. omnes de pœnitentiis, ideo moniales reſignantes ſuas prælaturas, debent ſuperuiuere 20. dies, vt valeant reſignationes, vt eſt vera opinio, idem Gomeſ. in hac regula, quæſt. 6. idem Rebuffus in illa, gloſa 1. Pariſius loco allegato, num. 24. facit quod dicit, Panormitanus in cap. 2. de his quæ fiunt à prælatis, & Cardinalis conſ. 17. circa primum, col. 2. vbi dicit quod Abbatiſſæ in adminiſtrationibus æquiparantur Abbatibus, ſed Abbates inuoluuntur in regula, vt probo inferius, ergo. 13 14

2. Ea quæ concernunt vtilitatem animæ, 15

mæ, comprehendunt fœminas, Doctores
in dicto cap. omnis, Decius in cap. cum
dilecta, vbi dicit id quod eſt veriſſimum,
nempe reſpectu animi, nullum eſſe diſ-
crimen inter mares,& fœminas de confir-
matione vtili, ſed ex dictis ſupra regula
concernit vtilitatem animæ, ergo.

16 Hinc dictum, cap. omnis inuoluit fœ-
minas, quemadmodum, & cap. de multa
de præbendis, & extrauag. execrabilis,
illo titul. in extrauagant. Ioannis 22. vt
ſcriptum reliquit Pauinus in dicta extrau.
§. 1. in gloſa, verb. filius, Gomes vbi ſuprà,
contra Mendoſam, in hac regula, quæ-
ſtione 3.

Obiicies 1. nulla fit mentio fœminarum
in toto textu regulæ, ergo, illæ non de-
bent includi in regula. Reſpond. diſtin-
guo antecedens, explicitè concedo, impli-
citè nego, ſatis enim cenſentur incluſæ,
per illud verbum *ſi quis*, quod (vt dixi)
eſt admodum generale, Alexander con-
ſilio 305. lib. 1.

Obiicies 2. fœminæ non poſſunt habere
beneficia, cum ſint incapaces ordinum,
quos ſemper præſupponunt illa, ergo.
Reſpond. negando antecedens, poſſunt
enim habere dignitates Eccleſiaſticas, cap.
dilecta de maioritate, cap. dilecti de arbi-
tris, cap. indemnitatibus de electione in
6. gloſa in dicto cap. dilecta, verb. iuriſ-
dictioni, Felinus in cap. meminimus, nu.
5. de accuſationibus, ſed dignitates ſunt
beneficia, gloſa in cap. 1. de regulis iuris
in 6. & ibi Doctores, iidem in dicto cap.
de multa, gloſa in clementina auditor de
reſcriptis, ergo.

17 Non tamen comprehenditur in regula
Summus Pontifex (quidquid multi dicāt
iique doctiſſimi, vti ille Gomes in hac
regula, quæſt. 1. num. 3. Rebuffus in illa
gloſa 1. Pariſius lib. 12. quæſt. 4. num. 3.)
18 probatur his argumentis, ceſſante cauſa
prohibitiua diſpoſitionis, ceſſat & prohi-
bitio, can. generaliter, 16. quæſt. 1. cap.
cum ceſſante de appellationibus, cap. ma-
gna de voto, quemadmodum ceſſante
cauſa impulſiua concedendi priuilegij,
ceſſat & priuilegium conceſſum. cap. Ab-
bate, in fine, de verborum ſignificatione,
gloſa in cap. ſuggeſtum, verb. priuilegia
de decimis, ſed in Summo Pontifice ceſ-
ſat ratio fraudis, & ſucceſſionis, cum non
poſſit eligere ſibi ſucceſſorem, vt notant
Doctores in cap. 1. de renunciat. in 6.
gloſa in can. Apoſtolica, 8. quæſt. 7. Pa-
normitanus in cap. accepimus de pactis,
Felinus in cap. 1. columna 6. verſiculo,

A fallit de conſtitutionibus, ergo ceſſat, &
prohibitio.

Secundo, numquam in generali ſermo- 19
ne comprehenditur perſona loquentis,
dicit gloſa, in can. de forma, 22. quæſtio-
ne 5. ſed hic dominus Papa loquitur, ibi.
voluit dominus noſter, ergo, &c. nemo enim
intendit ſeipſum grauare, nec (vt dicitur)
officialis ſeſe excommunicare, cum inter
ligantem, & ligatum debeat eſſe diſtinctio
perſonalis, argument. cap. vltimi de in-
ſtitutionibus, & cap. debitum de baptiſ-
mo. 3. par in parem non habet imperium,
cap. dudum de præbend. in 6. ergo, Sum-
mus Pontifex non potuit ligare ſuum ſuc-
B ceſſorem, vt dicitur in cap. innotuit de
electione, in decretalibus Gregorij noni.

4. Nulla regula Cancellariæ ligat Sum- 20
mum Pontificem, ita Doctores omnes in
dicto cap. 1. de conſtitutionibus, Felinus
in cap. ad aures, colum. 7. de reſcript. re-
gulæ enim non poſſunt ligare condito-
rem, dicunt iidem in cap. quod ſuper his,
colum. 3. de fide inſtrumentorum, ergo
nec iſta, quæ eſt regula Cancellariæ edi-
ta à Summo Pontifice: vltimo, dominus
Papa diſpenſat ſuper omnes regulas Can-
cellariæ, Canoniſtæ in dict. cap. de mul-
ta, ſed non poſſet diſpenſare, ſi ligaretur,
C Ioannes Andræas in cap. auaritiæ de ele-
ctione in 6. ergo non ligatur, quemad-
modum nec ligatur Epiſcopus per ſuum
ſtatutum, teſte illo Ioanne Andræa in re-
gula cui licet de regulis iuris illo libro.

Sed bene comprehenduntur in hac re- 21
gula Eminentiſſimi Cardinales, vt fuiſſe
iudicatum à Ruta, aſſerit Pariſius poſt Pu-
teo, dict. lib. 12. quæſt. 4. num. 7. idem
Gomes quæſt. 3. Rebuffus gloſ. 1. num.
4. dixi vbi de Eminentiſſimis Cardinalib.
in quæſt. 4. diſputat. 1. huiuſce libri, &
hanc eſſe communem, dicit Caputaq. de-
ciſ. 211. lib. 1. in manuſcriptis cum con- 22
cernat ſalutem animi, ad quam procuran-
D dam obligantur, Pauinus de poteſtate
capituli ſede vacante, parte 2. in fine, Do-
ctores omnes in cap. nemo deinceps de
electione in 6. idem Ioannes Andræas in
cap. pro humani de homicidio, illo libro,
& cum per eam obuietur fraudibus, à qui-
bus cauere debent dicti noſtri Eminentiſ-
ſimi Cardinales, vti alijs multo excel-
lentiores, cap. cum quidam de iureiu-
rando.

Obiicies ex dictis à te in illa quæſtio-
ne 4. diſputatione prima, regulæ Can-
cellariæ non ligant Cardinales, ergo. Re-
ſpondeo, diſtinguo antecedens regulæ

odioſæ non ligant, concedo, illæ enim
ſunt reſtringendæ, vt diximus, regulæ fa-
uorabiles non ligant, nego. Idem Go-
mes in procœmio regularum Cancellariæ,
quæſt. 1. ſed iſta eſt talis, de Selua in ſuo
tractatu beneficiali, parte 3. quæſt. 12. nu-
mero *6*. ergo, idem dic de his, quæ pro-
hibent aliquid, quod per ſe malum eſt,
quæ etiam ligāt Cardinales, Ioannes Mo-
nachus in cap. 1. gloſa, verbo, clericis de
ſententia excommunicat. in extrauagant.
communib. & ita ſæpius fuit iudicatum à
23 dominis auditoribus Rotæ, cuius deciſio-
nes ſeruare debent, & ſtylum iudicandi
omnes iudices Eccleſiaſtici, Andræas Si-
culus in cap. ex literis, colum. 19. verſi-
culo 4. probatur de conſtitutionib. cum
enim Rumana Curia dici debeat mater
omnium aliarum Curiarum Eccleſiaſti-
carum, cap. finali de foro competenti,
propter ampliorem numerum Canoniſta-
rum qui in ea ſunt, Felinus in cap. quo-
niam. §. porro, colum. 4. vt lite non con-
teſtata, eius opinio pro communi haberi
debet, Imol. in cap. olim, 1. colum. 11.
de litis conteſtatione, ſed in iudicando
magis communis opinio Doctorum venit
ſequenda (relicta priuata) Doctores in di-
cto cap. 1. de conſtitutionibus, ergo, &
quod iudicauerit Rota Eminentiſſimos
Cardinales inuolui in hac regula, die 14.
Nouembris, anni 1541. teſtatur Puteo,
deciſione 195. libro 1.

Obiicies 2. ſi diſpoſitiones prohibentes
aliquid, quod eſt de ſe malum include-
rent Eminentiſſimos Cardinales, ſeque-
retur eos includi in rigore dicti cap. de
multa, cum prohibeat multiplicitatem
beneficiorum, quæ de ſe mala eſt, & dam-
nabilis, cap. cum iamdudum de præbend.
cap. quia nonnulli de clericis non reſi-
dentibus, ſed per te non includuntur in
diſpoſitione dicti cap. ergo, nec debent
includi in hac regula de 20. Reſp. ſeque-
lam fuiſſe veram de iure antiquo, ſed non
de iure nouo, vtpote quod fuerint libe-
rati dicti Cardinales à rigore dicti cap. de
multa, à domino Ioanne 22. per dictam
ſuam extrauag. execrabilis, vt dixi in illa
quæſtione 4.

Obiicies 3. illa non cenſentur incluſa,
quæ cum debeant exprimi (vt includan-
tur) expreſſa tamen non fuerunt, cap. 3.
de officio vicarij in 6. gloſa in cap. quam
periculoſum de ſentent. excommunicat.
illo lib. gloſa in cap. 2. de præbend. ibid.
ſed per te debent expreſsè nominari Car-
dinales, ad hoc vt includantur, & ibi non

A ſunt ſpecificè nominati, ergo non in-
cluduntur in regula, in cuius textu fue-
runt omiſſi. Reſp. ſatis expreſsè nomina-
ti, per dictum verbum, *ſi quis*, quod nul-
lum excludit, præter ſolum promulgan-
tem, vt ſatis ſuperque dictum fuit.

Hinc Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epi- 24
ſcopi, Abbates, cæterique prælati, inclu-
duntur in regula, Puteo deciſ. 33. lib. Go-
mes in addit. ad hanc regulam, deciſ. 7. in
manuſcript., & eſt communis opinio,
teſte Pariſio loco vbi ſuprà, nu. 14.

Idem dicendum de exemptis, vti ſerua- 25
ri de praxi aſſerit idem Gomes in hac re-
B gula, quæſt. 5. 1. quia lex generaliter lo-
quens exemptos comprehendit, Gemi-
nianus in cap. authoritate. §. inhibemus
de priuilegiis in *6*. 2. quia tales exempti
magis ſubiiciuntur legibus domini Papæ
quam alij, gloſa in can. nulla, 93. diſtinct.
quum illum habeant proximum, & im-
mediatum ſuperiorem, cap. vltimo de re-
nunciat. clement. vna de rebus Eccleſiæ
alienand. licet omnes ſimus ſubditi Sum-
mi Pontificis, cap. 1. de cenſib.

Comprehenduntur, & familiares Car- 26
dinalium, ſi enim Cardinales comprehen-
duntur, ergo & ipſorum familiares, ita ar-
C gumentatur, idem Pariſius in illo loco,
num. 20. & de hoc non eſſe dubium, aſſe-
rit idem Sarnen. in hac regula dicta, qu.
4. & idem Rebuff. ibi gloſa 1. num. *6*.

Et quod dictum fuit de his omnibus, 27
dic etiam de omnibus Archidiaconis,
Præcentoribus, Cantoribus, Decanis,
Præpoſitis, Cuſtodibus, Archipreſbyte-
riis, Camerariis, & aliis habentibus di-
gnitates, perſonatus, vel officia reſi-
gnantibus in infirmitate ſua beneficia,
quæ verè vacant per mortem eorum
(poſſeſſoribus morientib. intra 20. dies,)
vt eſt vnanimus omnium Doctorum opi-
nio, nemine diſcrepante, qui etiam idem
D concludunt de commendatariis, idem
Sarnen. quæſtione 13. & Rebuffus hic
gloſa 7.

In infirmitate, quæ definitur, *habitus cu-* 28
iuſcumque corporis contra naturam, ita Ho-
ſtienſis in ſumma, tit. de clerico ægrotan-
te, nu. 1. ideo infirmi dicuntur, qui mor-
bo aliquo laborant cauſato ex humorum
exceſſu, idem Gomes quæſtione 7 ſuper
hanc regulam, Doctores in cap. quoniam,
vt lite non conteſtata, Ripa de peſte, in
principio, vel qui in lecto iacent febri la-
borantes, gloſa in ſumma, 16. quæſt. 1.
cap. cum infirmitas de pœnitentiis, per
quod verbum *infirmitas*, dicti cap. intel-

ligitur ſola corporea, quemadmodum ex hoc verbo *infirmitate* poſito hic in hac regula, intelligunt omnes Doctores ſolam infirmitatem corporis, gloſſator in hac re-
29 gula, idem Gomes ibi, quæſtione 9. phrænetici enim, furioſi, dementes, & alij id genus infirmorum mente non includuntur in regula, quæ non habet locum niſi in beneficiato ægrotãte reſignante tempore infirmitatis, quæ non debet concurrere omni tẽpore, ſed ſufficit, vt fuerit in principio, & tempore factæ reſignationis, per verba dicti domini Clementis VII. ibi. *etiam vigore ſupplicationis (dum eſſet ſanus) ſignata*, de quibus infrà, rationem quare excluduntur phrænetici, & alij ſupradicti, vide in quæſtione 5. vbi de reſignationibus, diſputat. 3.

Idem ſentiendum de ſenibus, contra
30 quos non fuit edita regula, ſenes enim non dici debent infirmi, ſed debiles, cap. niſi. §. propter debilitatem de renunciatione, Felinus in dicto cap. quoniam, column. penult. moderni in cap. ſi pro debilitate de officio delegati, quare ſi ſenex reſignet, & moriatur intra 20. dies, beneficium vacabit per eius reſignationem, & non per obitum, ita bene Gomes vbi ſuprà, quæſt. 7. in fine.

Obiicies valde ſenex æquiparatur infirmo, cap. 1. de clerico ægrotante, Archidiaconus in can. nihil, 7. quæſt. 1. ergo, & quemadmodum habet locum regula in infirmo reſignante, habebit & locum in ſene renunciante. Reſpondeo ſenem æquiparari ficte infirmo, ſed non vere, ideo ſenex non numeratur inter infirmos, teſte Menocha de arb. iudic. caſ. 60. nu. 8. ad cap. reſpondet idem Gomes ſenem dici occaſionaliter infirmum, ſed non formaliter, vt probatum manet, ex his.

31 Collige vigere regulam in laborante infirmitate ſiue magna, ſiue leui, dummodo eam mors ſubſequatur, Mendoſa in hac regula, quæſt. 5. num. 6. & ſequenti, in fine, idem Sarnen. in hac regula, quæſt. 28. in principio, & Rebuffus in eadem etiam, gloſa 2. num. 5. & ita fuit deciſum à Rota, die 28. Iunij 1578. tametſi leuis dici non debeat illa infirmitas, ex qua quis moritur, vt rectè dicit idem de Ripa in illo tractatu de peſte, in initio, num. 2. & ſequenti, ſicut habet locum in moriente
32 vulnere, peſte, vel alio morbo, vt volunt omnes dicti Doctores.

33 Contrarium dicendum de moriente ciuiliter, qualis eſt priuatus per ſententiam qui licet reſignet, & moriatur intra

A 20. dies, non tamen ſubdetur regulæ, quia cum verba non conueniant, nec conuenit diſpoſitio, cap. indemnitatibus. §. ſupradicta de electione in 6. ſed taliter priuatus non poteſt dici infirmus, Mendoſa in regula de veriſimili notitia obitus, quæſt. 7. num. 2. Staphilæus de literis gratiæ, titulo de variis modis vacationum, num. 92. Rebuffus hic gloſa 12. num. 17. niſi ciuiliter, vt dicunt Doctores in cap. etſi clerici de iudicis, ergo, &c. ad quod adde vacationem per priuationem non includere vacationem per mortem, cap. cum in illis. §. 1. de præb. in 6.

B Collige 2. eius eſſe probare infirmita- 34
tem tempore factæ reſignationis, qui eam allegat, ſuper illa ſuam intentionem fundando, Ioannes Andræas in regula infamibus de regulis iuris in 6. Duclos ſuprà Pariſium lib. 12. quæſt. 7. num. 1. verſic. alleganti, 1. quia ille habetur loco actoris, cui incumbit onus probandi, cap. 1. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, cap. circa de elect. in 6. & dixi ſuprà, in præcedenti quæſtione, verbo *impedimenti*, 2. quia infirmitas non 35
præſumitur, niſi probetur, idem Rebuff. in hac regula, gloſa 2. num. 4. cum inter caſus fortuitos computetur, dicto cap.
C cum infirmitas, Couarrius, lib. 3. variarum reſolutionum, cap. 13. num. 18. Pariſius lib. 11. qu. 13. nu. 79.

Et hæc probatio multis modis fieri po- 36
teſt, 1. per medicos, pharmacopolas, & chirurgos, Maſcardus de probationibus, concluſ. 896. & ita ſeruatur in regno, 2. per familiares, & domeſticos ægrotantis, Cardinalis Alexand. in can. placuit, 18. diſt. 3. per iuramentum partis, Cardinalis in element. ſicut, quæſt. 3. de appellationibus, quod vltimum non concluderet meo iudicio, niſi fieret ab ipſo infirmo in ſui præiudicium aliqua hora ante ſuam
D mortem.

Reſignauerit, quod non præſumeretur 37
niſi conſtaret per rationem inſertam à Clemente III. in ſua decretali ſuper hoc de renunciat. quam appoſuimus in illa quæſt. 5. vbi de reſignationibus, in dicta
3. diſputat. vbi etiam diximus quid ſit re- 38
ſignatio, quod differt à ceſſione, iuxta gloſam 43. Cancellariæ, & vltimo quod
infirmus reſignans factus ſanus redit de 39
ſtylo regni ad ſuum beneficium, ſecus tamen de iure, gloſa in cap. cum inter, R. de electione, clementina vna de renunciatione, Rebuffus in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 151. ex quo, actus

ſemel extinctus non reuiuiſcit, can. ab
exordio, 35. diſtinct. & cum per reſigna-
tionem ab Eccleſia priuarus fuerit, ad
quam non poteſt dari de iure regreſſus,
textus, & ibi gloſa in cap. tranſmiſſa, illo
40 titulo de renunciatione, niſi coactè reſi-
gnaſſet, quo caſu rediret ad ſuum benefi-
cium, rota rubrica de his quæ vi, metuſve
cauſa, Felinus in cap. ſi vero de iureiuran-
do, clementina mulrorum de pœnis.

41 *Beneficium*, ſiue ſit ſeculare, ſiue regula-
re, ſimplex, vel curatum dignitas, perſo-
natus, vel officium, gloſa in cap. 1. de re-
gulis iuris in 6. gloſa in clem. auditor de
reſcript. Doct. in cap. de multa, de præb.
Compoſtella in cap. poſtulaſti, illo titulo
de reſcriptis, ſiue oratorium, ſiue altare
datum ramen in ritulum, Abbas in cap.
recolentes, verſiculo altaria de ſtatu mo-
nach. Geminianus in cap. finali de con-
ſuetudine in 6. idem Gomes in hac regu-
la, quæſt. 23. hæc enim vox *beneficium*,
vox generalis eſt (vt dixi pluries) compre-
hendens, & beneficium patrimoniale,
Ioannes Andræas in cap. ſi pauper, gloſa
2. num. 2. de præbend. in 6. Gomes hic,
quæſtione 21. Mendoſa quæſt. 15. Ioan-
nes de Selua in ſuo tractatu beneficiali,
parte 3. quæſt. 12. num. 27. quodnam ſit
42 beneficium patrimoniale diſce ex cap. ad
decorem de inſtitutionibus, ex dicto Go-
meſio in regula de non tollendo ius quæ-
ſitum, quæſt. 1. num. 10. ex Mendoſa,
illa quæſt. 15. num. 13. & 17. & ex dictis à
nobis in ſecunda diſputatione, quæſt. 2.
vbi de beneficiis in abſtracto.

Idem dic de beneficio iuris patronatus,
43 quod importatur in regula, Probus in ad-
ditione ad Ioannem Monachum, in dicto
cap. cum in illis, nnm. 54. idem Rebuffus
in praxi ſuper hanc regnlam, gloſa 14.
num. 6. & in tractatu nominationum,
quæſt. 16. in fine, cum eædem rationes
fraudis pateant in his beneficiis iuris pa-
44 tronatus, quæ in liberis, quæ etiam con-
ſideratæ in beneficiis electiuis, faciunt ea
ſubdi, & regulæ, teſte illo Rebuffo in dicta
praxi illa gloſa 14. nnm. 6.

45 *Sine ſimpliciter*, in manibus ſcilicer or-
dinarij, coram quo ita fieri debent tales
ſimplices renunciationes ab inferioribus,
dicto cap. admonet, beneficia coram eis,
ſimpliciter dimittendo, Archidiaconus
in can. quam periculoſum, num. 4. 7.
qnæſt. 1. Rota deciſ. 1. num. 3. de iureiu-
rando in nouis, & deciſione 32. nume-
ro 3. de appellationibus, illo libro.

46 *Sine ex cauſa permutationis*, iuxta tex-
A tum, qui ita loquitur in clementina vna
de rerum permuratione, & concordat. in
rubr. de collationibus, §. volumus, ibi.
*quodque beneficia, ſiue ſimplicia, ſiue ex cauſa
permutationis*, ideo quamuis beneficia va-
cantia per permutationem, debeantur ſo-
lis compermurantibus, nonobſtantibus
mandatariis, graduatis, & aliis expectan-
tibus, vt eſt in cap. vno, illo tirulo in 6.
& eſt in dicto concordat. illo §. tamen ſi
permutantes moriantur intra 20. dies,
illa non vacanr per permutationem, ſed
per mortem illorum, cauſante regula hic,
Rebuffus loco citato, verb. permutatio,
niſi fuerit derrogatum regulæ, teſte illo
B Doctore in illo concordaro, §. præfatique
ordinarij, verb. vacare, quod ſolius eſt
Papæ, vt eſt vera opinio Canoniſtarum.

Dimiſerit, hoc verbum inuoluit, & in- 47
cludit omnem, & quamcumque repudia-
tionem beneficiorum, ſiue ſimplicem, ſiue
conditionatam, dict. can. plerique, 8. qu.
1. ſiue cum retentione medietatis fru-
ctuum, ſiue integritatis illorum, in qui-
bus omnibus dimiſſionibus haber locum
hæc regula, communis opinio Doctor.
teſte Gammaro in repetitione dicti cap.
vnici, Mendoſa ſuper hanc regulam, qu.
12. colum. vltima, verſicul. quæſtio iſta,
& quæſtione 13. num. 9. Gomes in ea-
C dem regula, quæſt. 19. idem Rebuffus in
praxi ſuper iſtam regulam, gloſa 3. in
principio, ſiue beneficia ſint inæqualia,
ex qua inæqualitate maior oritur præ- 48
ſumptio fraudis, vt notant iidem Docto-
res in cap. 2. de renuciatione, illo lib. 6.
Rota deciſione 2. de rerum permutatio-
ne in antiquioribus, Felinus in cap. quia
veriſſimile de præſumptionibus, Peruſius
in tractatu de permutatione, columna 7.
Ioannes de Selua in ſuo tractatu benefi-
cial. part. 3. quæſt. 47. ſiue ſint æqualia,
Hoſtienſis in ſumma de rerum permuta-
tione, Graſſallus deciſ. 29. ſuper regulam
Cancellar. idem Gomes in additione ad
D ſuas regulas, deciſ. 12. in quibus omnibus
incidit iſta regula de infirmis, quia in his
etiam viget ratio illius, nempe ſucceſ-
ſionis hæreditariæ, Caſſadorus deciſione
31. & 32. idem Pariſius lib. 11. quæſtione
5. num. 23. 2. ex generalitare dicti huius
verbi *dimiſerit*, quod continet (vt dictum
fuit) omnem modum, per qnem quis be-
neficium à ſe abdicat, idem Mendoſa in
loco citato, quæſtione 13. num. 8. in fine,
& de hoc verbo agitur paſſim in iure Pon-
tificio, cap. admonet, ibi. *te dimittere in-
conſulto*, & cap. poſt tranſlationem, ibi.

de licentia ſuperioris dimittens,de renuncia- A
tione, cap. ſi beneficia de præbendis in 6. extrauag. execrabilis, illo titulo in extrauag. Ioann. 22. idem Pariſ. lib. 1. qu. 1. num. 40. cum duobus ſequentibus.

49 *Commendæ*, quæ (vt oſtendimus ſuprà in diſputatione 2. vbi de beneficiis in abſtracto) eſt hodie vnus ex canonicis titulis cum duret ad vitam commendatarij, Archidiaconus in cap. ſi propter de reſcriptis in 6. can. qui plures, 11. quæſt. 1. gloſa in cap. nemo, per illum textum de electione, illo libro 6. Doctores in cap. ſi conſtiterit de accuſationibus, Cardinalis in clementina final. colum. penultima, quæſt. 12. de procuratoribus, Nicolaus Millius in repertorio, verb. beneficium, §. 25. quod, vt dixi in illa diſputatione, ſeruatur
50 in regno, Rebuffus in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, num. 36. in quo Commendatarius haber liberam adminiſtrationem beneficij commendati, tum in ſpiritualib. tum in temporalibus, Panormitanus in cap. cum nobis, notab. vltimo de electione, Cardinalis Alexand. in can. cum autem, columna 6. 44. diſtinct. & tenetur de iure promoueri intra annum ſi habeat Eccleſiam curatam, vel parochialem, clement. ne in agro. §. cæterum de ſtatu monach. gloſa pragmatices, rubrica de electione, verb. cauſa, idem Rebuffus vbi ſuprà, 42. & num. 35. vbi dicit, quod poſt triennium iuuatur commendatarius decreto de pacificis poſſeſſorib. & ibi etiam
51 dicit regulam habere locum in beneficio commendato, vt eſt veriſſimum, Puteo deciſione 33. libro 3. idem Rebuffus in ſua praxi in hac regula, gloſa 7. Sarnen. etiam ſuper hac regula, quæſt. 13. & de hoc nullum eſſe dubium, aſſerit Pariſius illo lib. quæſt. 5. num. 30.

52 *Diſſolutioni vnionis*, quod fit duobus modis, expreſſo ſcilicet, & tacito, 1. quando diſſolutio vnionis fit à Summo Pontifice ad preces eorum, quorum intereſt, textus eſt ſingularis in cap. 1. ne ſede vacante, quid innouetur, 2. vero. quando vnio numquam fuit executioni demandata, argumento, cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus, vel quando nemine reclamante collatum fuit vnitum beneficium, vt diximus vbi de præſentatione patroni, in 3. diſputatione, & dico in vlt. regula Cancellariæ huiuſce diſputationis, quæſtione vltima, & bene loquitur textus de diſſo-
53 luta vnione, cum vnita beneficia non comprehendantur in regula, quidquid dicant aliqui, vti Sarnen in hac regula, quæſt. 15. cum numquam vacare cenſeantur vti pluries dictum fuit, & probarum, Geminianos in cap. de perſona. §. finali, colum. vltima de priuilegiis in 6. quando ſcilicet facta fuit vnio in fauorem collegij, menſæ Epiſcopalis, vel Abbatialis, nam ſi facta ſit vnio reſpectu per- 54
ſonæ, vt nempe valeat obtinere incompatibilia de iure ſine tali vnione, cap. extirpandæ. §. 1. de præbend. idem Geminianus, conſilio 38. num. 11. tunc haberet locum regula, dicit idem Mendoſa in hac regula, quæſt. 10. num. 5. Rebuffus ibidem, gloſa 8. verſicul. etſi, vel caſu quo
B quis reſignet beneficium, vt vniatur alteri, nam ſi reſignans moriatur intra 20. dies, vacabit beneficium vniendum per obitum, non vero per dictam reſignationem, vt benè notat idem Mendoſa, loco citato, num. 2.

Ad quod adde vniones eſſe multum odioſas, ergo, reſtringendas, regula odia de regulis iuris in 6. Quod enim in gratiam multorum datum eſt, per vniones vnus occupat, quod eſt canonibus exoſum, can. preſbyteto, 16. quæſt. 1. cap. quia in tantum de præbend. cap. cum ſingula, illo titulo in 6. qui damnant, & anathematizāt talem detentionem plurium beneficio- 55
C rum, quibus multi pauperes poſſent nutriri, gloſa in cap. cum iamdudum, verb. multitudo, eo titulo apud Gregorium, ſatis ſuperque probauimus ſuprà, *qui habet aures audiendi, audiat*.

Hinc faciendæ non ſunt vniones ſine magna cauſa, dicit textus in cap. vnio, 10. quæſt. 3. cap. eam te de ætate, gloſa in cap. expoſuiſti, verb. neceſſitas de præb. præſertim perpetuæ, quæ ſunt illæ, quæ fiunt quotidie, cap. tua nuper, & ibi gloſa, verb. perpetuas de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli, iuſtas cauſas vniendi, vide in cap. ad audientiam de 56
D Eccleſiis ædificandis, quibus ceſſantibus, debent & ceſſare vniones, cap. cum ceſſante de appellationibus, vti prohibitas tum à Concilio Conſtantienſi habito, anno 1317. in ſeſſione 42. & à Concilio Tridentino, ſeſſ. 7. cap. 7. de reformatione, dicam vbi de vnionibus, dicta quæſtione vltima huiuſce diſputationis. 57

Etiam vigore ſupplicationis, verba ſunt (vt dixi) addita à Clemente VII. quibus ſtatuit dominus Papa, vt non tantum habeat locum regula, quando reſignatur in infirmitate, ſed quādo etiam (reſignatione facta in infirmitate) ſupplicatur in recuperata ſanitate, dummodo reſignans mo- 58

tiatur ex infirmitate, ob quam reſignauit: A
hæc ſupplicatio ita fit: *Beatiſſime Pater, cum
deuotus vir Stephanus Michael Tarrade iuris
Pontificij doctor, Canonicus & Præcentor in-
ſignis Eccleſiæ Lodouenſis, certis de cauſis ani-
mum ſuum mouentibus dictum Canonica-
tum, & dignitatem Præcentorialem in mani-
bus Sanctitatis veſtræ ſponte reſignauerit, &
nunc reſignet, ſupplicat humiliter deuotus ora-
tor N. quatenus ſibi gratiam ſpecialem facere
volentes, de ipſis Canonicatu, & dignitate
prouidere dignemini, &c.* ex quo vides am-
pliatam fuiſſe regulam duabus de cauſis,
59 1. vt ſopirentur multæ, & infinitæ quæ-
ſtiones, quæ oriebantur antea, & quæ ideo B
egebant tali declaratione ampliatiua, cap.
inter cæteras de reſcriptis, can. ſicut ſa-
cerdotes in fine, 2. quæſtione 7. cap. diſ-
pendia, illo titulo de reſcriptis in 6. cum
verba clara clarum ius faciant, cap. cum
olim de verborum ſignificatione, idem
Pariſius lib. 6. quæſtione 2. num. 104.
60 2. quia fauorabilis eſt ordinariis, & expe-
ctantibus noſtra regula, ergo venit am-
plianda, cap. 1. de filiis presbyterorum
in ſexto.

Signata, tamen de ſtylo non ſignatur
ſupplicatio, nec à reſignante, nec à reſi-
gnatario, ſed ſola reſignatio quam ban-
charij, & manſularij admittendam cu- C
rant etiam in partium abſentia, vti nos
praxis edocet hodierna.

61 *Intra viginti dies*, naturales ſcilicet, &
24. horarum, vt teneri à ſignatura teſta-
tur idem Sarnen hic, quæſtione 38. Ioan-
nes de Selua in illo tractatu beneficiali,
parte 3. quæſtione 4[illegible]. verſus finem, idem
Rebuffus etiam in hac regula, gloſa 9.
verſicul. accipitur, Pariſius lib. 12. quæſt.
62 8. num. 35. 1. quia dies & nox pro vna
tantum die reputatur, idem Sarnen. loco
citato, & id quod fieri ſolet communiter,
debet regulariter attendi, Archidiaconus
in can. quod à patribus, 75. diſtinct. vbi D
dicit, quod qui iurauit ſoluere canonem
die Dominico, non eſt periurus ſi illum
ſoluat in media nocte illius diei, quia nox
& dies pro vno die reputatur, 2. quia nox
dicitur pars diei præteriti, Panormitanus
63 in cap. 1. de clandeſtin. diſpenſat. non
vero intelliguntur dies artificiales ab or-
tu ſolis ad occaſum, cap. conſuetudo de
officio delegati, iuxta illud quod canit
Eccleſiæ, *qui mane iunctum veſperi, diem
vocari præcipis.*

64 *A die præſtandi conſenſus*, cui diſpoſitio-
ni ſtandum eſt, argument. cap. licet, ibi.
non à vacatione, ſed à notitia, de ſupplenda
negligentia prælatorum, cap. quia diuer-
ſitatem, ibi. *ſemeſtre autem tempus non à
tempore vacationis prabendarum, ſed notitiæ
illius volumus computari*, de conceſſione
præbendæ, quæ ſtatuit vt tales 20. dies à
die præſtiti conſenſus computentur, &
hoc in fauorem prædictorum ordinario-
rum, qui poſſunt hoc caſu conferre bene-
ficia per obitum reſignantium, & expe-
ctantium, qui poſſunt etiam illa require-
re, & obtinere vacantia in ſuis menſibus,
vt dixi ſuprà.

Quæres an talis dies præſtationis con- 65
ſenſus deduci debeat de illis 20. diebus,
an vero computetur in termino. Reſpon-
deo non computari, ideo deducendum
eſſe de termino illo 20. dierum, 1. quia
dies termini numquam computatur in
termino, Doctores in cap. 1. de reſtitut.
ſpoliatorum in 6. gloſa in cap. ſtatutum
de præbend. illo lib. communis opinio,
teſte Mendoſa in hac regula, quæſt. 7.
num. 2. & quæſtione 18. in fine, Gomes
in hac regula, quæſtione 37. num. 2. ver-
ſicul. tamen his nonobſtantibus, Rebuff.
in praxi ſuper hanc regulam, gloſa 10. nu-
mero 9. Pariſius illo libr. 12. quæſt. 8.
num. 10. 2. quia quando terminus aliquis
præfigitur, & indicitur per propoſitionem
A, tunc terminus ille non eſt in termino,
dicit illa gloſa in dict. cap. ſtatutum, verb.
numerandum, per illum textum, ibi. *de-
mum poſt menſem à die quo dignitates, vel
beneficia vacauerint numerandum*, Ioannes
Dayma in tractatu de dictione A. idem
Rebuffus in concordatis, rub. de regia ad
prælaturas nominationes, verb. à die te-
cuſationis, ſed hic deſignatur per dictio-
nem A, quæ de ſui natura ſeparat, gloſa
in cap. ſicut de appellationib. in clemen-
tinis, idem Mendoſa in illa quæſtione 18.
nu. 8. ergo, &c. quamuis contrarium ſer-
uari de praxi, teſtatur Boerius, deciſione
340. & idem Rebuff. in hac regula, gloſa
10. quæ praxis tamen mentem deſtruit
promulgantium, ſecundum quam debent 66
computari à die præſtationis conſenſus
reſignantis, cum ante illam reſignatio ſit
ſicut materia ſine ſua forma, per quam in-
formatur, & perficitur tantum, idem Go-
mes hic, quæſt. 31. & in regula de publi-
candis, quæſtione 7. ideo poteſt reſignans
pœnitere, vt probaui in quæſtione 6. diſ-
putatione 3. idem Gomes libro 1. deci-
ſione 20.

Contrarium tamen ſeruatur in hoc im- 67
perio Gallico, in quo de conſuetudine vi-
ginti illi dies computantur à die admiſ-

ſionis reſignationis ita practicatur in indicando, Molinæus in hac regula, numero 10. & ſequenti, Papon lib. recollectionum arreſtorum, titulo 2. arreſto 34. Rebuffus loco cit. eo, deſt in hac regula, gloſa 10. Duclos in Pariſium, lib. 13. quæſt. 1. num 2. quod an bene neſcio, cum ſciam tamen neminem, nec in iudicando, nec in conſulendo debere duci ſuo ſenſu, ſed canonum authoritate, dicit textus ſingularis in cap. 1. de conſtitutionib. in decretalibus Gregorij IX.

68 Quæres quare potius 20. dies poſiti ſint pro termino, quam 30. vel 40. Reſp. quidquid placeat Gomeſio, qui in hac regula, quæſt. 25. quaſdam proponit rationes non concludentes, fuiſſe pro ratione voluntatem promulgãtium, Decius conſilio 20. in 2. parte.

69 *Ex ipſa infirmitate*, vt habeat locum regula, debet infirmus reſignans mori ex eadem infirmitate, propter quam reſignauit, ibi. *ex ipſa infirmitate*, quæ verba referuntur ad præterita, cap. mandato, & cap. ſi ſuper de præb. in 6. notat. in cap. continebatur de homicidio, & ita fuiſſe iudicatum à Rota, aſſerit idem Gomes in
70 hac regula, quæſt. 11. virtus enim legis in mente, & in ſenſu conſiſtit, can. Melchior, 1. quæſt. 1. cap. intelligentia de verborum ſignificatione, Gomes in quæſt. 13. vnde rectè notat Rebuffus in hac regula, quod ſi infirmus poſt reſignationem vulneraretur gladio, ex quo moreretur, regula non haberet locum hoc caſu in beneficio mortui, qui cenſeretur obiiſſe non ex infirmitate, quæ dedit anſam renunciandi, ſed ex iſto nouo vulnere inflicto.

71 *Deceſſerit*, quod denotat mortem mere naturalem, non vero ciuilem, quæ differunt inter ſe, cap. ſuſceptum de reſcriptis in 6. vt fuit iudicatum à Rota, teſte Thoma Faſto, ideo priuatus per ſententiam non includitur in regula, licet reſignet, & moriatur, dicit idem Rebuff. ibi, gloſa 12. num. 17.

72 Et hæc mors ad effectum regulæ conſequendum, debet probari ab eam allegante, cap. 1. vt Eccleſiaſtica benef. cap. vt circa de electione in 6. ita communiter Doctores omnes, idem Gomes in hac regula, qu. 9. num. 3. verſicul. circa ſecundum, & quæſtione 36. idem Mendoſa hic, qu. 6. Rebuffus gloſa 2. num. 4. Ca-
73 pella Tholozana, deciſ. 312. nam mors non præſumitur, niſi probetur, vt eſſe communem, aſſerit Pariſius dict. libro 13. quæſt. 6. num. 4. ideo venit probanda

A ab eo, qui eam allegat, Boerius deciſione 288. poſt num. 2.

Nec ſufficiet probare reſignantem infirmum, & mortuum ſed & mortuum intra 20. dies poſt præſtationem conſenſus, 74
vt volunt hi omnes citati, Doctores, idem Mendoſa ibi, verſicul. quid tenendum, reſignatarius enim habet intentionem ſuam fundatam de iure, quod ſuus reſignans mortuus fuerit poſt illos 20. dies, vt bene dictus Gomes illa quæſtione 36. ratio quia qualibet infirmitas præſumitur durare longo tempore, can. communiter, 33. diſtinct. ita ille.

Ideo debet eſſe plena probatio, cum a- 75
B gatur de nullitate reſignationis, in qua magnum præiudicium reſignatarij conſideratur, vt ibidem ille Sarnen, & hæc probatio tunc dicitur plena, quando duo teſtes dicunt ſe vidiſſe reſignantem mortuum, & tumulo mandatum fuiſſe tali die, & hora, in tali Eccleſia, communis eſt eaque vera opinio Canoniſtarum, & Legiſtarum, teſte Maſcardo de probationib. concluſ. 1071. num. 2.

Limita, & dic aſſertionem non eſſe ve- 76
ram, ſi cælatum fuiſſet corpus reſignantis à parentibus, conſanguineis, vel domeſticis reſignatarij, tunc enim cenſeretur
C mortuus reſignans intra illos 20 dies, ideo non debet probari mors interceſſiſſe intra illos ab eam allegante, ita limitat hic idem Mendoſa, quæſt. 8. num. 1. verſicul. contrarium, propter præſumptionem fraudis orientem ex tali abſconſione corporis, argum. cap. 2. de renunciatione in 6. vbi Doct. Decius conſ. 337.

Ac ipſum beneficium, verba iſta reſpiciũt 77
priora quibus copulantur, cap. veniens, ibi. *quod ſibi ex ipſis literis*, de renunciatione, cap. literas, ibi. *alioquin perſonas eminentes prorſus ab ipſis*, de ſupplenda negligentia prælatorum, cap. ex parte, ibi. *in*
D *ipſo habitu eſt promotus*, de temporibus ordinationum, & multis aliis in locis, vultque textus vt illud ipſum beneficium reſignatum in infirmitate, collatum tamquam vacans per reſignationem à quoquam, non ſit penes reſignatarium, ſed penes ordinarium, qui poterit de illo prouidere, tamquam vacante per mortem reſignantis.

Quauis authoritate, ſiue Apoſtolica, ſiue 78
legati, de quibus agit textus in cap. is qui authoritate Apoſtolica, & cap. ſi à ſede de præbend. in 6. ſiue ordinarij, omnes quippe collationes factæ à quoquam in vim reſignationis nullæ ſunt, vt probatur ex

textu ſubſequenti, ibi. *collatio nulla ſit*, de A
quo infrà, ita omnes ſupradicti Doct. in
hac regula, Gomes qu. 23. Rebuff. gloſa
12. num. 3. ob generalitatem verbi huius
quauis authoritate, nam de iure regula non
habet locum in reſignationibus factis co-
ram ordinariis, quod ſic probatur, ceſſante
cauſa prohibitione regulæ, ceſſare debet
& prohibitio, ſed ceſſat in ordinariis ratio
79 prohibitionis, nempe fraudis, quæ non
præſumitur poſſe fieri tam facile ipſis, vt-
pote vicinis locorum beneficij quam ipſi
Papæ, clem. 1. de off. ordin. Decius conſ.
224. ceſſat etiã ratio ſucceſſionis prouiſus
enim non habet ſuũ beneficiũ à reſignãte, B
ſed à collatore, qui poteſt non admittere
reſignationem, ad cuius admiſſionem te-
netur tamen Papa de poteſtate, ſaltem or-
dinaria, vt probaui in illa quæſt. 6. vbi de
reſignationib. diſput. 3. ergo. 2. dies illi
20. regulæ debeat computari à die præ-
ſtationis conſenſus, ſed in reſignationibus
faciendis coram ordinariis non præſtatur
conſenſus, vt bene notat Gomes in illa
quæſt. ergo, &c. 3. in regula commenda
ſubditur regulæ, ibi. *commendæ*, ſed ordi-
narius non prouidet de commendis his
perpetuis, Rota deciſ. 1. de præb. ergo re-
ſignationes coram ordinariis non cadunt C
in hac regula de 20. ceu de infirmis re-
ſignantibus, & ſecundum hanc opi-
nionem hodie iudicatur in regno, li-
cet à principio, aliter decretum fuerit,
quibus decretis derrogatum fuit per po-
ſteriora.

80 *Conferatur*, hoc verbum multis præbuit
anſam reiiciendi beneficia iuris patrona-
tus à regula, confirmatis in ſuis errorib. ex
dict. verbo ſequẽti *collatio* nulla ſit, dicẽdo
collationem propriè tantum dici proui-
ſionem factam idoneo de beneficio va-
cante abſque præſentatione, vt vult Pa-
normitan. in cap. ex frequentib. col. 2. de
inſtitutionib. ita Decius in illo conſ. 224. D
81 qui dicit collationem differre ab inſtitu-
tione, cap. cum iu illis. §. cum autem de
præb. in 6. in eo quod collatio eſt donatio
libera, cap. vno, vt Eccleſiaſtica beneficia
ſine diminutione conferantur, inſtitutio
eſt neceſſaria, can. decernimus, 16. qu. 7.
cap. ex inſinuatione de iure patronatus,
ſed reuera toto cœlo aberrant, quod ſic
probo.

82 Statutum annullans collationem, an-
nullat & omne antecedens intrinſece ne-
ceſſarium ad illam, cap. ſolitæ de maiorit.
ſed præſẽtatio eſt intrinſece neceſſaria ad
collationem beneficij iuris patronat. dict.
can. decernimus, ergo qui annullat colla-
tionem, annullat præſentationem, ergo
& annullantur prouiſiones beneficiorum
iuris patronat. per regulam in qua inclu-
duntur.

Inſurges (retorquendo argumentum,)
ſed collatio diſtinguitur ab inſtitutione,
dicto cap. cum in illis, ergo qui annul-
lat collationem, non annullat inſtitutio-
nem. Reſp. diſtinguo antecedens in odio-
ſis, concedo, in fauorabilib. nego, in quib. 83
verbum collatio includit omnem quem-
cumque modum prouidendi, gloſa in cle-
ment. 1. verb. conferatur, ad finem de re-
rum permut. Rota deciſ. 27. de præb. in
nouis, & deciſ. 448. incipiente fuit dubi-
tatum, illo tit. & lib. ergo includit & præ-
ſentationem, quæ eſt modus legitimus
prouidendi, idem Rebuff. in praxi ſuper
hanc regulam, gloſa 14. nu. 6. Pariſ. dicto
lib. 12. qu. 3. nu. 22. vſque ad num. 39.

Hinc textus, cap. 1. vt lite pendente, lib.
6. habet locum in præſentatione, vt nota-
uit Roch. Curtius in ſuo tract. de iure pa-
tronat. verb. honorificum, qu. 23. ideo ſi
fiat reſignatio beneficij iuris patronatus,
& reſignans moriatur intra 20. dies, be-
neficium vacabit per mortem, & poterit
patronus de nouo nominare, vt fuiſſe re-
ſolutum à Rota, aſſerit idem Sarnen in ad-
dit. ad hanc regulam, deciſ. 111. nam reſi-
gnatio iſta vti nulla, nullum præſtat im-
pedimentum regula id non præſtat de re-
gulis iuris in 6. Rebuff. in concord. rubr.
de regia ad prælaturas nominatione, verb.
diſpendioſe.

Idem dicendum venit de noſtro Rege 84
Chriſtianiſſimo, qui (nonobſtante ſua no-
minatione facta in vim reſignationis) po-
terit poſtea de nouo nominare ad præla-
turam regni vacantem per obitum reſi-
gnantis intra 20. dies, vt concludit Re-
buffus ibi.

Obiicies Epiſcopatus, Archiepiſcopa-
tus, vel Abbatiæ, non veniunt appellatio-
ne beneficij, textus in cap. venerabilis de
præb. gloſa in cap. licet, illo tit. in 6. ergo
nec comprehenduntur in regul. Reſpon-
deo negando antecedens, cap. 1. de regu-
lis iuris in 6. & ibi Doct. ad cap. dico, vti
ſupra in odioſis, concedo, in fauorabilib.
vt hic, nego.

Collatio nulla ſit, ita loquitur textus ſin- 85
gularis, in cap. ordinarij. §. cæterum, ibi.
*aliter autem de perſonatibus, dignitatibus, &
beneficiis talibus facta collatio nullius penitus
ſit momenti*, de officio ordinarij in 6. quæ
verba importãt canonem latæ ſententiæ,
cap.

cap. adhæc de reſcript. cap. penult. de diſ- A
penſatione impuberum, Felinus in cap. ex
tenore, illo titul. de reſcript. cum verbum
ſubiunctiuum poſitum in præſenti, vt hic,
ibi. *ſit*, nullitatem etiam collationis ope-
retur in præſenti, cap. ſi religioſus de ele-
ctione in 6. cap. ſtatutum, §. vltim. ibi. *ſit
ipſo iure irritum, & inane*, illo tit. & lib. ideo
86 non uitandum ſi nonobſtante tali colla-
tione, quæ nihil operatur, conferatur de
nouo beneficium, cum quòd nullum eſt
nullum valeat dare impedimentum, cap.
ad diſſoluendum de diſpenſat. impuber.
cap. ſi compromiſſarius, vbi quoties ele-
ctio eſt nulla, eligentes poſſunt eligere de
elect. in 6. ſed ibi reſignatio eſt nulla, er- B
go, & poterunt collatores conferre, Do-
minicus in cap. ſi tibi abſenti de præb. illo
libro, Ioann. de Selua in ſuo tract. bene-
ficiali, part. 3. qu. 33. idem Rebuff. in tra-
ctat. nominat. qu. 17. nu. 5. ideo prima
collatio cum nulla ſit, non impedit ſecun-
dam, gloſa in cap. conſiderauimus de ele-
ctione, Panormita. in cap. auditis, col. 2.
illo tit. cap. illud, & ibi Ancharus, notab.
t. de iure patronat. nec poteſt reuera dici
prima, can. factus, 7. qu. 1. idem Rebuffus
in concord. rub. de mandatis Apoſtolicis.
§. 1. verb. duobus.
87 Hinc poſſeſſio triennalis non poteſt ſuf- C
fragari iſti reſignatario, vt eſt communis
opinio omnium modernorum, qui dicunt
ideo hoc eſſe, quia nullum habet titulum
ſic prouiſus ob decretum irritans iſtius re-
gulæ hic inſertum, Doctores in cap. 2. de
præb. in 6. niſi ſibi fecerit conferri bene-
ficium per mortem ab ordinario, ita con-
ſuluit idem Rebuff. hic gloſa 13. in fine, &
eſt veriſſimum, teſte Pariſio illo lib. 12.
qu. 10. num. vlt.
88 *Vacare*, confirmat hoc verbum ea quæ
dicta manent ſupra, in quæſt. 6. diſputat. 3.
nempe (quoquo modo exiſtente nulla re-
ſignatione) beneficium remanere penes D
reſignantem, cum ex regula beneficium
non vacet per reſignationem nullam, ſed
per obitum reſignantis, qui cenſetur non
reſignaſſe, Rota deciſ. 1. de renunciatione
in antiquioris. nam ſi non moreretur, non
poſſet conferri propter defectum vacatio-
nis, cap. 1. & 2. de conceſſ. præb. cap. de-
teſtanda, illo titulo in 6. ſed bene ſi mo-
riatur, vt hic, & hoc eſt certiſſimum.
89 Amplia, vt ſi moriantur iſti reſignantes
infirmi intra 20. dies in menſibus gradua-
torum, debeantur eorum beneficia in re-
gno ſolis qualificatis, ita omnes ſupradicti
authores, Sarnen in dict. qu. 33. Rebuffus
gloſa 14. nu. 5. Pariſ. dict. lib. 12. quæſt.
10. num. 19. ex his omnibus collige mul-
ta ſcitu digniſſima.
Primo, in regula comprehendi benefi- 90
cium illius, qui ſanus fuit iſtius tempore
reſignationis, æger tamen fuit tempore
præſtationis conſenſus, & mortuus eſt ex
illo morbo intra 20. dies, paria enim ſunt
reſignare, & præſtare conſenſum, dicunt
Doct. in clement. cum illuſio de renun-
ciatione, ſed reſignantis in ægritudine be-
neficium afficitur (vt probatum ſatis fuit,)
ergo, & conſentientes reſignationi antea
factæ.
Collige 2. poſſe Summum Pontificem 91
derrogare iſti regulæ de 20. vt eſt vnani-
mis ſententia omnium Canoniſtarum,
Sarnen hic, qu. 27. nu. 3. Rebuffus ibid.
gloſa 14. etiam quoad beneficia, & præ-
laturas Gallicas Regis Chriſtianiſſ. quid-
quid dicat idem Rebuff. in illo concord.
illa rubr. de regia ad prælaturas nomina-
tione, verb. diſpendioſe, nec eſt quod
conqueratur dominus Rex, cui ex tali
derrogatione nihil fit præiudicij, cum
ſemper nominatio ſua regia præceſſerit in
tali reſignatione, quam de nulla ob ſu-
peruenientem reſignantis mortem intra
20. dies, poteſt Summus Pontifex facere
validam per ſuas derrogationes, idem Pa-
riſius illo loco, quæſt. vlt. num. 9. & eſt
veriſſima opinio in praxi iudiciali ſer-
uanda.
Imo poteſt etiam Legatus derrogare 92
iſti regulæ, dummodo habeat poteſtatem
derrogandi regulis Cancellariæ, tum edi-
tis, cum edendis, diximus vbi de Legatis,
in quinta quæſt. diſputat. 1. vbi de bene-
ficiis in concreto, cap. venerabilis de
conſuetudine, cap. volumus de officio
legati, cap. 1. de elect. in 6. cap. ſi Apo-
ſtolicæ de præben. illo lib. ita ſentit idem
Rebuff. in dicto concordat. §. præfatique
ordinarij, rub. de collationibus, Mendoſa
in hac regula, quæſt. 19. num. 7. Boerius
in tractatu de poteſtate Legati à latere, à
numero 57. vſque ad numerum 107.
Quæres an in vim clauſulæ, quæ ſolet (vt 93
plurimũ) de ſtylo Curiæ inſeri in ſignatu-
ra, *vel alio quouis modo, etiam ſuper obitum*,
poſſit acquiri reſignatario beneficium.
Reſp. diſtinguendo, nam vel tempore fa-
ctæ gratiæ, & admiſſionis reſignationis
reſignans obiit, vel non, ſi primum bo-
na eſt reſignatio cum derrogatione, (vt
dixi vbi de Summo Pontifice, in quæſt. 2.
illi diſputat. 1.) cum per talem clauſulam
omnis modus vacationis ex perſona reſi-

gnantis inductus imputetur, Doctores in cap. ſuſceptum de reſcriptis in 6. Felinus in cap. in noſtra, col. 37. illo titulo apud Gregorium, Lapus allegatio. 6. num. 5. idem Gomes in regula de publicandis, qu. 17. nu. 15. ſed ex dictis potuit vacare beneficium per obitum, ergo potuit conferri à Papa, debet enim aliquid operari illa clauſula, cap. Abbate de verborum ſignificatione, nihil enim fruſtra ponitur in literis Apoſtolicis, Rebuffus in praxi, titulo de Pap. prouiſione, ſi ſecundum, nulla eſt reſignatio, etiam ſi moriatur reſignans die prima poſt conceſſionem gratiæ, ratio, non vacabat beneficium per mortem, ergo nec potuit conferri per mortem, argum. cap. 2. de conceſſ. præb. vbi Abbas, Bellaminus deciſione 443.

94 Quemadmodum diximus non valere impetrationem viuentis factam per eius mortem dum viueret, quamuis poſtea moriatur de Selua, in illo tractatu, parte 3. quæſt. 12. num. 83. facit textus, cap. eam te, vbi dicitur quod prouiſio Papalis de beneficio vacante, non extenditur ad vacaturum de reſcriptis.

95 Collige 3. illos 20. dies, quos vult regula computari à die præſtationis conſenſus in Camera debere eſſe completos, vt non dicatur vacare beneficium per obitum reſignantis, ſed bene per eius reſignationem, 1. quia ibi fit deſignatio temporis per accuſatiuum *intra 20. dies*, ſed quando tempus intra quod, aliquid debet fieri deſignatur per accuſatiuum, debet illud eſſe completum, cap. quia, illo titulo de conceſſ. præbend. cap. dilecto, ibi. *poſt elapſum ſex menſium ſpatium*, de ſupplen-
96 da negligentia prælatorum, ergo, 2. illud ſignat dictio *intra*, poſita in regula, quæ regulariter eſt incluſiua extremorum, dicto cap. dilecto, ibi. *intra quod*, ita Rebuffus in gloſa 10. num. 9. in ſua praxi ſuper hanc regulam, idem Pariſius illo libro 12. quæſt. 8. num. 25. & ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum à Rota, die 28. Aprilis, anno 1578. teſtatur ille ibi, num. 23. Caſſanæus in conſuetudine Burgundiæ, fol. 82. num. 55.

97 Collige 4. hæc beneficia infirmorum morientium intra 20. dies, (licet reſignata in Curia) non cenſeri affecta, Sūmo Pontifici, iuxta cap. 2. de præb. in 6. ſed eſſe de collatione ordinariorum probatur ex regula, vbi dicitur quod talia beneficia licet reſignata in Curia, cenſentur vacare per obitum, ibi. *per obitum vacare cenſeantur*, ſed beneficia vacantia per obitum ex-

A tra Curiam ſunt de collatione ordinariorum, cap. conquerente de officio ordinarij, cap. 1. de religioſis domibus, ergo, 2. ideo facta fuit regula, vt cuilibet ordinario ſua iuriſdictio conſeruetur illæſa (vti fieri debet,) gloſa in cap. 2. verb. cuius eſt diœceſis, ibidem, de religioſis domibus, cap. inter dilectos de donationibus, notatur in cap. ex tuarum de authoritate, & vſu pallij, cap. licet de officio ordinarij, ideo numquam intendit Papa grauare illos niſi id dicat, ne *vnde iura naſci debent, inde naſcantur iniuriæ*, dicit textus in cap. cum olim de conſuetudine, cap. qualiter, & quando de accuſationibus, ſed ſi hoc
B eſſet, violaretur iuriſdictio ordinariorum, quæ potiſſimum conſiſtit in collationibus beneficiorum, cap. ordinarij, de officio
ordinarij in 6. ergo, 3. manus appoſitio 98
Papalis, quæ non eſt ſortita effectum, numquam inducit affectionem, Abbas in cap. inter dilectos, num. 10. de exceſſib. prælatorum, Felinus in cap. finali de præſumptionibus in fine, Ancharus conſilio 58. ſed hæc eſt talis, ergo non inducit reſeruationem, 4. tunc ſolum dicuntur beneficia vacare in Curia, quando ibi vacant ſine fraude, Oldradus conſilio 324. nemini enim fraus debet patrocinari, cap.
C cum dilectus de religioſis domibus, ſed ibi eſt fraus, cap. 2. de renunciatione in 6. ergo, vltimo in hoc caſu regulæ beneficium non dicitur vacare per reſignationem, ibi. *non per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſeantur*, qui obitus reſoluit modum reſignationis, ergo, & eius omnis effectus manet reſolutus, gloſa vltima in cap. ſignificantibus de officio delegati.

Obiicies cum Sarnenſi hic, quæſtione 33. num. 1. verſicul. & tenendo ipſam partem, per reſignationem factam in Curia, beneficia ibi dicuntur vacare, iuxta communem, & veriorem opinionem, teſte Ar-
D chidiacono in cap. commiſſa de electione in 6. ſed ibi eſt reſignatio facta in Curia. ergo. Reſp. diſtinguo maiorem per reſignationem validam, concedo, inualidam, nego, ſed hæc reſignatio eſt nulla ex vi regulæ, ibi. *collatio nulla ſit*, ergo.

Obiicies 2. illa dicuntur affecta, & reſeruata, de quibus non poſſunt inferiores diſponere, dicto cap. 2. & ibi Ancharus, ſed iſta beneficia ſunt talia, ergo. Reſpondeo probandam eſſe minorem, ibi enim eſt tota quæſtio, Rebuffus in hac regula, gloſa 14. num. 4. Mendoſa ibidem, quæſtione 1. numero 6. Boetius deciſione 2. numero 55.

99 Collige 5. per mortem Papæ expirare hanc regulam, Geminianus in conſilio 93. idem Sarnen in proœmio regularum Cancellar. quemadmodum & cæteræ omnes regulæ, vt eſt communis opinio, Mendoſa in regula de annali, quæſtione 65. num. 1. Pariſius lib. 11. quæſt. 2. numero 31. quod tamen fallit in regno propter regiſtrationem dictæ regulæ in ſupremis Curiis, quæ facit eam ſeruare in regno vti legem, idem Rebuffus hic, gloſa 9. verſicul. habebit, idem Pariſius lib. 12. qu. 11. nu. 4. & ſequenti.

Collige vltimo, beneficia omnium Curialium includi in regula, Gomes in hac regula, quæſtione 22. quia in his eadem ratio viget, & in eis prohibentur fraudes, & ſucceſſiones hæreditariæ, can. Apoſtolica, & ibi gloſa 8. quæſtione 1. 100

SVMMARIVM QVÆSTIONIS TERTIÆ.

1. *Regula hæc de publicandis, eſt regula 34. Cancellariæ, ab Innocentio VIII. edita.*
2. *Regulæ Cancellariæ ligant, quamuis non fuerint publicatæ niſi in Curia.*
3. *Regula iſta, hic inſeritur.*
4. *Regula hæc de publicandis ſeruatur in regno vti lex regni.*
5. *Quibus de cauſis facta fuerit regula, hic edocetur.*
6. *Regula hæc eſt fauorabilis.*
7. *Summus Pontifex eſt dominus omnium fidelium.*
8. *Decretum Summi Pontificis ligat in conſcientia ſubditos.*
9. *Verbum* quæcumque, *generaliſſimum eſt, omnia includens.*
10. *Reſignationes omnium beneficiorum debent publicari.*
11. *Beneficia iuris patronatus includuntur in regula.*
12. *Beneficia litigioſa importantur in hac regula de publicandis.*
13. *Litigium excuſat à promotione intra annum.*
14. *Reſignationes beneficiorum, tum curatorum, quum ſimplicium, debent publicari.*
15. *Hoſpitalia data in titulum ſubduntur regulæ de publicandis.*
16. *Hoſpitalia quandonam dicantur conceſſa in titulum.*
17. *Hoſpitalia data in adminiſtrationem tantum, non cadunt in regula.*
18. *Hoſpitalia data in adminiſtrationem, non ſunt beneficia.*
19. *Eminentiſſimi Cardinales inuoluuntur in regula, & ideo tenentur publicare.*
20. *Reſignationes beneficiorum regularium debent publicari.*
21. *Beneficia electiua ſunt in eadem cathegoria.*
22. *Beneficia Eccleſiaſtica excludunt laicalia.*
23. *Vox* beneficium, *generalis eſt, & ideo generaliter ſumi debet.*
24. *Romana Curia ibi eſſe dicitur, vbi eſt Summus Pontifex.*
25. *Solus Summus Pontifex dicitur habere Curiam.*
26. *Reſignationes beneficiorum factæ in Curia, debent publicari intra ſex menſes.*
27. *Finito ſemeſtri ad publicandum, reſignatio, & omnia ex ea ſequentia ſunt nullius roboris, & momenti, & ibi dicitur quod ideo reſignatio talis eſt nulla, quia tempus illud ſex menſium datum fuit pro forma, qua omiſſa facit actum corruere.*
28. *Peſtis, morbus, & alia iuſta impedimenta, excuſant à non facta publicatione.*
29. *Poteſt Summus Pontifex prorogare tempus publicationis, etiam in præiudicium mandatariorum, & aliorum expectantium.*
30. *Tempus illud ſex menſium computatur à data ſupplicationis.*
31. *Per ſolam ſupplicationem interinatam, etiam ſine literis, ius quæritur ſupplicanti.*
32. *Semeſtre non computatur à die præſtationis conſenſus.*
33. *Reſignationes factæ extra Curiam, debent publicari intra vnum menſem.*
34. *Ratio cur æquale tempus datum non fuerit pro publicatione reſignationum factarũ in Curia, & factarum extra Curiam, hic apponitur deducta ex iure Pontificio.*
35. *Publicationes beneficiorum reſignatorum, fieri debent in locis dictorum beneficiorum.*
36. *Ratio hic apponitur, cur in loco beneficij publicatio fieri debeat.*
37. *Reſignatarij permitentes ſuos reſignantes poſſidere lædunt ſuas conſcientias.*
38. *Publicatio, quid ſit.*
39. *Publicatio fieri debet in maximo populi concurſu, & intra Miſſarum ſolemnia.*
40. *Publicatio in loco beneficij, habetur pro forma.*
41. *Quando publicatio fit in loco beneficij, præſumitur illa peruenire ad notitiam omnium.*
42. *Beneficium ſitum in duabus Eccleſiis, debet publicari in duabus illis Eccleſiis.*
43. *Caſus [illegible] quo quis de iure ex-*

cuſatur à publicatione in duabus Eccleſiis.

44. *Reſidens in loco nobiliori, cenſetur reſidere in loco minus nobili, & digno.*

45. *Quinam excuſentur de iure à tali publicatione, hic enumerantur.*

46. *Iuſtus metus, quinam dicatur.*

47. *Metus reuerentialis, dicitur iuſtus metus.*

48. *Metus reuerentialis, excuſat à non facta publicatione.*

49. *Diſpenſatus à publicatione per Summum Pontificem eſt tutus in beneficio, nec poteſt vexari, nec in foro fori, nec in foro poli, ob non factam publicationem.*

50. *Vacatio diuturna ſedis Apoſtolicæ, eſt iuſta cauſa non publicandi.*

51. *Reſignatarius negligenter omittens publicare, priuatur commodo ſuæ reſignationis.*

52. *In omni reſignatione, hæc clauſula ſubintelligitur,* dummodo publicetur.

53. *Nulla exiſtente reſignatione ob non factam publicationem à reſignatario, ius non abdicatur à reſignante.*

54. *Quoquomodo nulla ſit reſignatio, numquam abdicas ius à reſignante.*

55. *Nulla eſt publicatio, non facta in loco beneficij, & ibi dicitur quod illa abdicas ius à reſignatario.*

56. *Paria ſunt aliquid non facere, vel minus legitime facere.*

57. *Intereſt parochianorum, agnoſcere ſuos parochos, à quibus debent ſacramenta percipere.*

58. *Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.*

59. *Dictio* vel, *eſt diſiunctiua.*

60. *Dictio* poſtmodum, *poſita in textu, quid ſignificet.*

61. *Moriente reſignante intra ſemeſtre (etiam nulla facta publicatione à reſignatario) beneficium vacat per reſignationem.*

62. *Caſus formalis & expreſſus in regula hic demonſtratur, qui tamen non ſeruatur in Gallia.*

63. *In poſſeſſione eſſe beneficij quis dicatur.*

64. *Canonicus, quandonam dicatur poſſidere.*

65. *Ille poſſidere dicitur, cuius nomine poſſidetur.*

66. *Probata exceptione, principalis quæſtio de iure perimitur.*

67. *Caſus in quo reſignatarius amitteret beneficium (etiam pubicatione habita) hic oſtenditur.*

68. *Vacatio per reſignationem, & vacatio per mortem, ſunt duo genera vacationum inter ſe realiter diſtincta.*

69. *Beneficia non publicata, vacantia in menſibus graduatorum per mortem reſignantium, debentur ſolis graduati-*

70. *Collatio facta in vim reſignationis non publicata, eſt ipſo iure nulla.*

71. *Verbum* cenſeatur, *veram inducit vacationem in caſu iſtius regulæ.*

72. *Poteſt Summus Pontifex facere, vt res quæ facta eſt, habeatur pro non facta.*

73. *Poſſeſſio triennalis non prodeſt reſignatario non publicanti.*

74. *Quod nullum eſt, nullum poteſt de iure producere effectum.*

75. *Ad effectum regulæ mors naturalis reſignantis, non vero ciuilis interuenire debet.*

76. *Regula de publicandis, habet locum in permutationibus.*

77. *Quod de vno dicitur, de duobus dici poteſt.*

78. *Beneficium vere vacat per permutationem.*

79. *Per permutationem, perditur titulus, & poſſeſſio.*

80. *Regula de publicandis facta fuit vt obuietur fraudibus.*

81. *Regula de publicandis concernit vtilitatem animi.*

82. *Permutatio facta cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, debet publicari.*

83. *Clauſula ſignaturæ,* vel alio quouis modo vacet, etiam ſi per obitum, *non includit futuram vacationem, ſed protunc exiſtentem tantum.*

84. *Prouiſio Papæ de beneficio vacante, non extenditur ad vacaturum.*

85. *Beneficia vacantia ob non factam publicationem, non ſunt de contentis in diſpoſitione, cap. 2. de præbend. in 6.*

86. *Non reſignare, & minus valide reſignare, ſunt idem.*

87. *Pendente tempore publicandi, ius reſignatarij dicitur eſſe in ſuſpenſo.*

88. *Eius eſt probare mortem reſignantis, qui ſuper eam ſe fundat.*

89. *Actoris eſt, regulariter probare.*

90. *Illud præſumitur factum, quod venit de iure faciendum.*

91. *Laicus poteſt conſtitui procurator ad reſignandum.*

92. *Duobus procuratoribus factis in ſolidum ad reſignandum, non poteſt alter reſignare inconſulto compatrono.*

93. *Exempti includuntur in regula de publicandis.*

94. *Exempti habent Summum Pontificem, in immediatum ſuperiorem.*

95. *Summus Pontifex, eſt ſolus iudex exemptorum.*

96. *Exempti, qui dicantur.*

97. *Exemptiones ſunt odioſæ.*

98. *Reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur.*

99. *Quomodo probari debeat publicatio, ibi*

oſtenditur.

100. *Inſtrumenta publica non vitiata, plenam fidem faciunt in iudicio propter perſonam conficientis.*

QVÆSTIO TERTIA.

De regula trigeſima quarta Cancellariæ Romanæ, dicta de publicandis reſignationib.

1 ISta regula, quæ eſt 34. Cancellariæ, ab Innocent. VIII. edita fuit, & ſeruatur in regno, ſicut dico infrà, & vti ſeruari debet in
2 quolibet loco, regulæ enim Cancellariæ ligant omnes, quamuis publicatæ non fuerint niſi in Curia, Felinus in cap. ex parte de reſcriptis, Ioannes Monach. in regula generali de regulis iuris in 6. iuxta ſtylum Curiæ, qui venit attendendus, Capella Thuloſana deciſione 444. in 2. dubio: en illa ſicuti eſt inter dictas regulas.

Regula 34. Cancellariæ Apoſtolicæ, dicta de publicandis.

3 *Item idem dominus noſter ſtatuit, & ordinauit, quod quæcumque beneficia Eccleſiaſtica, ſiue in Romana Curia, ſiue extra eam reſignata: niſi de illis factæ reſignationes (ſi in eadem Curia intra ſex menſes à data ſupplicationis, & non à die præſtiti conſenſus computandos, ſi vero extra dictam Curiam factæ ſint intra menſem, ex tunc vbi dicta beneficia conſiſtunt) publicatæ fuerint, vel poſſeſſio illorum petita ab eis, ad quod contingit extiterit, ſi reſignantes poſtmodum in eorumdem beneficiorum reſignatorum poſſeſſionem deceſſerint, non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſeantur, collationes quoque de illis, tamquam per reſignationem vacantibus factæ, & inde ſecuta, nullius ſint roboris, vel momenti.*

Ex textu huiuſce regulæ collige duo, 1. reſignationem quamcumque factam in Curia debere publicari intra ſex menſes, factam vero extra dictam Curiam intra vnum menſem in loco beneficij, alias tempore elapſo publicandi, & morientibus reſignantibus in poſſeſſione dictorum beneficiorum, beneficia illa vacare per eorum mortem, non autem per reſignationem, & hoc in odium negligentium reſignatariorum, qui ſibi ipſis nocent re-
A gula mora de regulis iuris in 6. 2. collige mirabiles eius effectus, quos diſces ex interpretatione ſequenti, quibus notis certe
exclamandum eſt, non eſſe mirum ſi iſta 4
regula de publicandis ſit vna de ſeruatis in noſtra Gallia, vti lex regiſtrata in ſupremo Senatu Pariſienſi, die 27. Auguſti, anni 1493. teſte Rebuffo in hac regula, in
principio, cum per eam primo obuietur 5
fraudibus celantium ſuas reſignationes ſemel admiſſas, & retinentium (his non obſtantibus) beneficia reſignata in ſuorum, & multorum ſalutis diſpendium, dicit dominus Innocent. III. in cap. du-
B dum, 2. de electione, Gomes in hac regula, quæſt. 3. colum. 5. idem Rebuffus in illa, in principio, Caſſadorus deciſione 22. ſuper regul. Cancellariæ, vti fieri debet nec enim fraudibus, & malitiis hominum eſt indulgendum, cap. ex literis de dolo, cap. aduerſus ne clerici, vel monachi, 2. edita fuit regula vt declinentur reſignationes clandeſtinæ, quæ reprobantur de iure, idem Gomes in iſta regula, quæſtione 2. & eſt in textu extrauag. Gregorij XIII. quæ incipit, humano, ex iudicio in ordine, 87. ſicut & electiones, cap. quia propter, §. finali de electione, 3. vt conſulatur ordinariis, mandatariis, graduatis,
C indultariis, & aliis expectantibus qui omnes grauantur talibus reſignationib. cap. conquerente de officio ordinarij, dictæ regulæ, ibi. *ad prohibendas ſimulatas, occultaſve beneficiorum reſignationes*, cap. 2. de renunciatione in 6. cum tales expectantes non poſſint habere beneficia vacantia per renunciationem, cap. vno, illo tit. in clemen. concordatum, in rub. de collationibus, §. volumus, verbo, *quodque* diximus vbi de nominationibus vniuerſitatum regiarum, verb. *vacantia*, quæſt. 8. diſputat. 3. nu. 19. 4. vt aboleatur ſucceſſio hæreditaria in beneficiis, cap. ad
D abolendum de filiis preſbyterorum, Concilium Tridentinum cap. 7. ſeſſ. 25. de reformatione, vide conſtitutionem Pij V. quæ eſt in bullario in ordine 182. incipiente, *Sanctiſſimus*, ibi. *ac etiam conſiderans quantum in beneficiis Eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, Canonicis ſanctioribus ſint odioſa, & patrum decretis contraria*: qua de cauſa cen- 6
ſetur hæc regula fauorabilis cum concernat vtilitatem publicam, ſalutem animæ, & fraudes expellat, dicit idem Gomes ibi, qu. 3. ideo ampliãda, gloſa in cap. ſciant cuncti de electione in 6. Decius conſilio 398.

Dominus noſter, multa dixi ſuprà in pri-
ma diſputat. ad probandum Summum
Pontificem eſſe dominum omnium, can.
ſacroſancta, 22. diſtinct. can. ego Beren-
garius de conſecratione, diſtinct. 2. cap.
ego N. de iureiurando facit extrauag. vna
de maioritate, Gomes in regula de infir-
mis reſignantibus, qu. 5. Doctores in cap.
1. de conſtitutionibus.

8 *Statuti*, regula hæc habet vim ſtatuti,
ergo ſeruari debet, veriſſima conſequen-
tia deducta neceſſario ex tali antecedēte,
dicunt iidem Doctores, in cap. quæ in Ec-
cleſiarum, illo tit. apud Gregorium, nam
ſtatutum Pontificium ligat in conſcien-
tia, Præpoſitus in canone ſtatuimus, 4. di-
ſtinct. Felinus in cap. 1. num. 18. verſic.
4. fallit de ſponſalib. Imol. in prooemio
decretalium Rex pacificus.

9 *Quæcumque*, verbum generale, omnia
includens, & ſingula beneficia reſi-
gnata, gloſa in clement. 2. verb. quæcum-
que, de vita, & honeſtate clericorum, Pa-
norm. in extrauag. execrabilis. in gloſa, ſu-
per verbo diſponere de præbend. in com-
10 munibus, quæ debent publicari, vt eſt
communis opinio ſeruata de praxi, teſte
Pariſio lib. 11. qu. 3. nu. 15.

11 Hinc beneficia iuris patronatus inuol-
uuntur in regula, vt eſt in dicta conſtitu-
tione Gregoriana, in §. cæterum, verſicu-
lo de quibuſcumque Eccleſiis, & ita fuiſſe
iudicatum à Rota, die Veneris 14. Octob.
anni 1552. teſtatur ille Pariſius lib. ſuprà
12 citato, quæſt 3. num 14. quemadmodum
& beneficia litigioſa, clementina 1. vt lite
pendente, & eſt in conſtitutione dicti Pij
13 V. litigium enim non diſpenſat à publi-
catione, licet diſpenſet à promotione, glo-
ſa in cap. licet, canon. §. 1. verb. annum
de electione in 6.

14 Idem dic de omnibus, & quibuſcumque
aliis beneficiis, ſiue curatis, ſiue ſimplici-
bus, ſiue cum dignitate coniunctis, ſiue
non, vt eſt communis, eaque vera opinio
omnium modernorum, idem Gomes in
hac regula, quæſt. 9. Rebuffus in eadem
15 gloſa 1. verſicul. item quia, talia ſunt hoſ-
pitalia data in titulum, quæ verè dicuntur
beneficia, Mendoſa in regula de annali,
qu. 10. dixi in dicta quæſtione 8. nu. 25.
16 quia dantur, vel per collationem Epiſco-
pi, vel per electionem, clement. quia con-
tingit, §. vt autem de religioſis domibus,
Panormitanus in cap. poſtulaſti de reſcri-
ptis, gloſa in clementina vna, verb. bene-
ficia de rerum permutatione, Calderinus
conſilio 4. illa rubrica de religioſis domi-

A bus, contrarium dicendum de hoſpitalib. 17
datis in adminiſtrationem, cuius generis
eſt noſtrum hoſpitale Lodouenſe, cum
non ſint beneficia ratione deficientis per- 18
petuitatis, clementina 2. de præb. gloſa
in clementina diſpendioſam, verb. bene-
ficium de iudiciis, Gomes in regula de
triennali poſſeſſ. quæſt. 7. ideo eorum
poſſeſſores æquiparantur curatoribus, &
tutoribus, & tenentur reddere rationem
adminiſtrationis locorum ordinariis, dicta
clementin. quia contingit, vbi eſt textus
perlucidus, Abbas in cap. inter dilectos de
donationibus, Felinus in cap. de quarta
de præſcriptionibus.

B Hinc Cardinales debent publicare, Ge- 19
minianus in cap. 1. colum. 1. de ſchiſma-
ticis in 6. Ioannes Andræas in cap. nemo
de electione, illo lib. Gomes in hac regu-
la, quæſtione 12. & hanc eſſe communem
opinionem aſſerit ille, idem Gomes deciſ.
4. dixi vbi de Cardinalibus, in diſputat. 1.
quæſt. 4. 1. quia edita fuit (vt diximus)
regula ad fraudes euitandas, ſed quando
agitur de vitanda fraude Cardinales com-
prehenduntur, dicto cap. 1. Gomes in
prooemio regularum Cancellariæ, ergo,
&c. 2. clarè id demonſtrat dicta conſti-
tutio Gregoriana, ibi. *& quibuſcumque
etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus.*

C Hinc reſignationes beneficiorum regu- 20
larium debent publicari, probatur ex tex-
tu dictæ regulæ, ibi. *beneficia*, quorum ap-
pellatione veniunt regularia beneficia,
Rebuffus in ſua praxi ſuper hanc regu-
lam, gloſa 1. ſicut nomine canonicatus,
venit etiam regularis, gloſa communiter
approbata in clementina 2. de iudiciis, 2.
quia eadem ratio fraudis, & ſucceſſionis
conſiderari poteſt in beneficiis regularib.
quæ conſideratur, & in ſecularibus, Pari-
ſius lib. 11. qu. 3. num. 90. 3. dicta con-
ſtitutio id vult expreſſis verbis, in §. cæ-
terum.

D Hinc beneficia electiua cadunt etiam 21
in regula, ex diſpoſitione citatæ conſti-
tutionis, in dicto §. cæterum, verb. ele-
ctiuis.

Eccleſiaſtica, quæ differunt à laicalibus, 22
argument. cap. non ne de præſumptioni-
bus, de quibus agit clementina 1. verſic.
à feudis de pœnis, idem Rebuff. in tracta-
tu nominationum, qu. 9. & in concorda-
tis, rub. de collationibus. §. *præfatique or-
dinarij*. vide quæ dixi in 2. diſputatione,
quæſt. 1. vbi dedi ſigna Eccleſiaſticitatis
beneficialis.

Beneficia confirmantur hic ea, quæ di- 23

Google

ximus, nempe omnia, & ſingula beneſi'a A
ſubiici iſti regulæ de pubiſtandis, gl'ſa
in cap. ſi gratioſè, & ibi Doctores de re-
ſcriptis in 6. notarur in cap. olim de ver-
borum ſignificatione, textus, & ibi gloſa,
in cap. cum liberum ſit de ſepulturis, quo-
quo nomine cenſeantur, Rota deciſ. 437.
nota vtrum vicarius in antiquioribus.
24 *Siue in Romana Curia*, quæ dicitur eſſe,
vbi eſt dominus Papa, gloſa in cap. licet,
verb. Curia. §. cenſuit de electione, Do-
ctores iuncta gloſa in cap. 3. verb. Curia
de præb. in 6. gloſa in extrauag. execra-
bilis, verb. Romanæ. §. nos itaque, illo
titulo in extrauagantib. Ioannis 22. gloſa
in regula 5. Cancellariæ, Cardinalis in B
cap. dura de crimine falſi, gloſa in §. 1. &
§. penult. de collationibus in pragmatica,
Rebuffus in concordatis, rubrica forma
mandati, verb. extra Romanam Curiam,
& ideo beneficia reſignata in Curia ſunt
de collatione ſolius Summi Pontificis,
per cap. 2. de præb. lib. 6.
25 *Siue extra eam*, ſiue fiat reſignatio coram
legato Papæ, ſiue coram locorum ordi-
natiis, cap. admonet de renunciatione,
cap. 1. de officio legati in 6. debet enim
ſemper reſignatio publicari iuxta mentem
regulæ, idem Rebuff. in praxi ſuper hanc
regulam, gloſa 2. idem Pariſius lib. 11. C
quæſt. 5. num. 2. & 3.
26 *Si in eadem Curia intra ſex menſes*, reſi-
gnationes quæ, fiunt in Curia publicari
debent intra ſemeſtre, communis eſt opi-
nio, Imol. conſilio 18. num. 3. & 10. Ru-
zæus de iure regaliæ, priuilegio 1. num. 6.
quo finito nulla eſt publicatio, & reſigna-
tio, idem Gomes in hac regula, quæſtio-
ne 7. idem Pariſius dicto lib. 11. quæſt. 2.
27 num. 2. & 3. tempus enim hoc datur pro
forma, qua omiſſa actus dilabitur, & perit,
cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præb.
cap. vno de iure patronatus in 6. clemen-
tina cauſam de electione.
28 Limita 1. ſi publicatio facta non fuerit D
propter periculum belli, morbi, peſtis,
vel alterius legitimi impedimenti, Ma-
leret. in tractatu de electione, quæſtio.
12. fol. 80. Gomes vbi ſuprà, quæſtione
13. Rebuffus in hac regula, gloſa 3. & in
concordatis, illa rubrica de collationibus,
§. cum vero.
29 Limita 2. ſi fuerit prorogatum à Sum-
mo Pontifice reſignatario tempus publi-
candi, vt eſt veriſſima opinio Canoniſta-
rum, eaque generalis, eius enim eſt ſolue-
re, cuius eſt ligare extrauaganti, quia quo-
rundam de verborum ſignificatione in ex-
trau-agantibus dicti domini Ioannis 22. &
quoniam omnis res per cauſas, per quas naſci-
tur, per eaſdem, & diſſoluatur, can. omnis
res, 27. quæſt. 2. regula omnes res de re-
gulis iuris apud Gregorium, habet enim
Romanus Pontifex pleniſſimam faculta-
tem derrogandi regulis prædeceſſorum,
qui non potuerunt ligare ſuos ſucceſſores
pari cum iis poteſtate futuros, cum par in
parem non habeat imperium, dicit textus
ſingularis, in cap. innotuit de elect.
Ex data ſupplicationis, ſtatuit dominus 30
Papa vt ſemeſtre ad publicandas reſigna-
tiones factas in Curia neceſſarium com-
puterut à die ſupplicationis ſibi oblatæ,
cui diſpoſitioni ſtandum eſt, argumento
dicti cap. quia diuerſitatem. §. ſemeſtre
vero, cap. licet de ſupplenda negligentia
prælatorum, cap. commiſſa de elect. in 6.
ratio quia ita voluerunt promulgatores,
cap. canonũ de conſtitutionib. 2. quia per 31
ſupplicationem ius quæritur ſupplicanti,
Rota deciſ. vlt. de reſcript. in antiq. cum
numquam Papa deneget intherinatio-
nem illius, vt probat idem Gomes in hac
regula, quæſtione 7. licet ibi contrarium
teneat.
Et non à die præſtiti conſenſus, deſtruunt 32
hæc verba regulæ opinionem dicti Go-
meſij; contra quem iudicaſſe Senatum
Pariſienſem, teſtatur Ruzæus in tractatu
de iure regaliæ, priuilegio 4. num. 53. &
eſt communis opinio, teſte Pariſio illo li-
bro 11. quæſtione 2. num. 17. verſiculo,
hodie poſterior ſententia approbatur, &
applicatur iuxta declarationem Pauli III.
de die 14. Auguſti, anno 1540. iuxta eun-
dem Rebuffum in 2. interpretatione di-
ctæ huius regulæ de publicandis, col. 4.
verſicul. ex tunc, confirmatur ex dictio-
ne *ex tunc*, poſita in textu, quæ denotat
extremitatem temporis factæ ſcilicet re-
ſignationis, gloſa in clementina 1. verſic.
ex tunc, de iure patronatus, Archidiaco-
nus in cap. ſi eo tempore de elect. in 6.
Si vero extra Curiam intra menſem, quod 33
iuſta de cauſa conſtitutum fuiſſe quis du-
bitet cum ob maiorem diſtantiam longius 34
tempus dandum ſit, & breuius ob mino-
rem, dicit idem Rebuffus in dicta regula,
& ita fuiſſe iudicatum à Rota, aſſerit idem
Pariſius dicto libro, quæſt. 2. num. 5. Go-
mes in hac regula, quæſt. 9. & quæſtione
vltima, & cum locorum vicinitas minus,
diſtantia prolixius tempus expoſcat, ait
Nicolaus III. in ſua decretali cupientes,
tit. de elect. in 6.
Vbi beneficia conſiſtunt, ſoluuntur ex hoc 35

textu dubia omnia quæ ponit … oſſa- … regul…, cum iubeat publi… …es … ri in locis beneficiorum reſignatorum, Decius conſilio 160. dubio 3. verſiculo, ſed in his, Gomes in hac regula, quæſtione 9. Rebuffus ibidem, gloſa 9. Pariſius

36 vbi ſuprà, quæſt. 1. num. 2. quod corroboratur hac ratione, ideo facta fuit regula vt obuietur fraudibus, & clandeſtinis reſignationibus, Puteo deciſ. 433. num. 2. lib. 1. ſed per publicationem in loco beneficij tantum occurritur illis, vt nemo non videt, ergo. 2. ideo facta fuit regula, vt quiſque ſciat, & noſcat paſtorem, a quo debet ſacramenta percipere, cap. omnes de pœnitentiis, ſed hoc fit tantum per publicationem in loco beneficij, ergo publicatio debet fieri in loco beneficij tantum,

37 ad quod addi poteſt quod ſine tali publicatione in loco beneficij poſſent reſignantes detinere beneficia reſignata, quibus priuati fuerunt per ſuas reſignationes, Doctores in cap. quod in dubiis de renunciatione, Oldradus conſ. 237. Caſſadorus deciſ. 4. num. 3. de reſtitutione ſpoliatot. quod fieri prohibetur, alias teneret ur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, tamqnam intruſi, Ioannes Munachus in cap. ſi te, num. 3. de renunciatione in 6. imo peccarent reſignaratij permittentes ſuos reſignantes poſſidere, & hanc rationem conſiderauit etiam dicta conſtitutio Pij V. ſuprà citata, idem Gomes in hac regula, quæſt. 3. colum. 6. verſic. nec in iſtis, quæ quidem omnia ceſſant (publicatione facta in dicto loco beneficij.)

38 *Publicatæ fuerint*, reſignationes dicuntur publicatæ, quando intra Miſſarum ſolem-

39 nia, exiſtente magno parochianorum concurſu parochus ſumit poſſeſſionem beneficij ſibi reſignati ſeruatis omnibus ſolemnitatib. requiſitis, gloſa in clement. cauſam, verb. ſolemnitati de electione, & in clementina quamuis, verb. ad diuina de foro competenti, hoc eſt enim publicare, id eſt publice agere, gloſa in illa clement. verb. publice, gloſa in clement. 1. verb. publice de ſepulturis, idem Gomes in hac regula, qu. 9. colu. penult. & eſt communis opinio, teſte Rebuffo in illa

40 regula, dicta gloſa 9. in loco nempe beneficij (vti probatum manet) à qua publicatione non eſt recedendum, cum detur pro forma, quæ ideo facienda eſt ſicuti iubetur, gloſa in clementina appellationi de appellationibus, idem Gomes loco citato, ſub pœna nullitatis reſignationis, vt eſt communis, eaque veriſſima o… i… …o omnium Doctorum ſupra citatorum, …te eodem Pariſio, dicto lib. 11. quæſt.

7. num. 1. ratio hæc addi poteſt, quia ſcilicet tunc præſumitur reſignationem ad omnium notitiam peruenire, quando publicatio fit in loco beneficij, & in loco vbi populus frequenter conuenit ſacra auditurus, teſte Zabarella in clementina vna de conceſſ. præbendæ. 41

Ex his collige Canonicos Cathedrales debere publicare in ſuis Eccleſiis Cathedralibus, Collegiales in Collegialibus, & cæteros beneficiatos in ſuis Eccleſiis, imo in pluribus (ſi in multis ſita ſint beneficia) ex rigore dictæ conſtitutionis Gregorianæ his verbis: *Ipſa autem publicatio in Cathedrali, vel in beneficij Eccleſia, vel Eccleſiis (ſi in pluribus illud ſit) fiat vbique, vbi frequens populus ad Miſſarum ſolemnia conuenit.* 42

Limita ſi Eccleſiæ ſint vnitæ, cap. extirpandæ, §. ſi quis vero de præbendis, tunc enim ſufficiet publicare in Eccleſia principali, nec opus eſſet publicare in acceſſoria, idem Rebuffus in hac regula, gloſa 13. num. 28. ita feci ego in publicatione meæ reſignationis quam feci in Eccleſia Cathedrali, tum quoad Canonicatum, cum Præcentoriatum, non vero in Eccleſia rurali Sancti Vincentij affecta meæ Præcentoriali dignitati vti acceſſoria, & minus principali, argument. dict. cap. extirpandæ, vbi reſidens in Eccleſia maiori, diſ- 43

penſatur à reſidendo in minori vnita, acceſſorium enim ſequitur naturam principalis, vnde ſi iſtud non teneat, nec illud tenere poteſt, cap. inter dilectos de fide inſtrumentorum, & per euocationem principalis, euocatur & acceſſorium, cap. dilectis extra de appellationibus. 44

Collige 2. multos excuſari à publicatione, 1. peſte laborantes, Doctor. in cap. ad ſupplicationem de renũciatione, Felinus in cap. cum dilecti, limitatione 1. de reſcriptis, communis opinio, teſte Pariſio, lib. 11. qu. 13. num. 6. & probatum fuit in regula de pacificis poſſeſſoribus, num. 87. in fine, quæſt. 1. 2. bellum, id expreſſe declarat dicta conſtitutio Gregoriana, in §. ſi vero, tutius tamen erit meo iudicio publicare in loco viciniori, vt optimè conſuluit Stephanus Maleretus in ſuo tractatu electionis, fol. 30. col. 3. idem Gomes in dicta quæſtione, vel ad aſpectũ Campanilis, vt fuiſſe iudicatum Pariſiis aſſerit Corraſius libro Pandect. iuris Gallici. 3. propter vincula excuſatur reſignatarius publicare pendente tempore quo 45

detinetur

detinetur in carcere, dummodo proteſte-
tur per ſe non ſtare quo minus publicet
ſecundum conſilium dicti Gomeſij, loco
45 allegato. 4. metus cruciatus, qui dicitur
iuſtus metus, Doctores in lege interpoſi-
47 tas, C. de tranſactionibus. 5. metus reue-
rentialis filij erga patrem, vel nepotis er-
ga ſuum auunculum, qui fortaſſe retinet
ſignaturam, nec eam vult tradere publi-
candam, Nauarrus conſ. 3. à num. 3. vſque
ad finem de renunciatione, qui etiam di-
citur iuſtus metus, gloſa in can. præſens,
20. qu. 3. & ideo excuſat à publicatione,
Auriolus in additione ad Guillermum de
Montelauduno, in cap. penultimo de ele-
ctione in 6. Rebuffus in praxi ſuper hanc
regulam, gloſa 10. nu. 12. licet idem Pa-
riſius contrariæ ſit ſententiæ in dicto loco,
& hæc noſtra opinio, vti ſtrictioris iuris, &
48 æquior venit ſeruanda in iudiciis, 5. im-
pedimentum legitimum excuſat, vt eſt
vera opinio Doctorum, in cap. 2. de teſti-
bus, idem Gomes in illa quæſtione 13. 6.
49 diſpenſatio Pontificia excuſat à non pu-
blicando, communis eſt ſententia Cano-
niſtarum, in cap. quæ in Eccleſiarum de
conſtitutionibus, Staphilæus de literis
gratiæ in principio, Ruzæus de iure rega-
liæ in 4. parte priuileg. num. 15. prope fi-
nem, verſiculo, vnum tamen ſingulare,
Puteo deciſione 178. lib. 2. Rebuff. col.
11. verſic. notandum eſt, idem Pariſ. dict.
lib. 11. qu. 7. nu. 64. & ſequenti, & vlti-
50 mo propter vacationem ſedis Apoſtolicæ
excuſatur reſignatarius à publicatione,
cum tempore vacationis nullæ expedian-
tur de ſtylo literæ, mortuo enim Summo
Pontifice congregatio Eminentiſſimo-
rum Cardinalium fit in Camera, in qua
rumpitur annulus piſcatoris vna cum
plumbo.

51 Sed extra hos citatos caſus dicendum
eſt reſignatarium negligenter omitten-
tem publicare, priuari commodo ſuæ re-
ſignationis, iuxta veriſſimam opinionem,
Nauarrus in cap. accepta, oppoſit. 8. nu.
17. de reſtitutione ſpoliatorum, & conſil.
3. nu. 1. de publicandis, ita citati alij Do-
ctores vti Sarnen. in hac regula, qu. 16.
Rebuff. in hac regula, colum. 14. verbo,
nullius, idem Pariſius dicto lib. 11. quæſt.
7. num. 1. non enim deb[illegible] reſignatarius
ex ſua renunciatione beneficium conſe-
qui, cui per ſuam negligentiam renun-
ciaſſe videtur, dicit dominus Innocentius
III. in cap. cum olim de cenſibus, 2. quia
licet per promiſſio[illegible] facta [illegible] à Sum-
mo Pontif. [illegible] cauſa

A [illegible]ſignatio[illegible], ius quæratur reſignatario,
dicunt Doctores in cap. ſuſceptum de re-
ſcriptis in 6. Rota deciſione 1. illo titulo
in nouis, non tamen plenum eſt illud ius 52
ante publicationem, dicunt iidem in cap.
ſi tibi de præbendis, eodem lib. 6. & dixi
vbi de poſſeſſione, quæſtione penultima,
diſputatione tertia, vbi de modis canoni-
cis habendi beneficia, cum in omni reſi-
gnatione hæc clauſula cenſeatur impor-
tata, *dũmodo publicatio ſubſequatur*, qua pen-
dente ius dicitur eſſe in ſuſpenſo, Pauinus
in poteſtate Capituli ſede vacante, in 2.
præludio, verſiculo 9. idem Oldradus
B conſilio 283. colum. penult. idem Sar-
nen in hac regula, quæſt. 17. colum. 2.
idem Pariſius vbi ſuprà, nu. 4. cum duo-
bus ſequentibus.

Non tamen facta publicatione à reſi- 53
gnatario, ius abdicatur a reſignante, qui
non debet grauari odio dicti reſignatarij,
regula nemo, de regulis iuris in 6. vide
quæ dixi in quæſt. 6. vbi de reſignationi-
bus, illa diſputat. 3. in qua docui regulam
eſſe generalem, quod numquam abdica-
tur ius à reſignante, ſi non quæratur reſi-
gnatario, idem Puteo deciſione 158. nu.
2. lib. 3. idem Rebuffus in tractatu de pa-
cificis poſſeſſoribus, nu. 146. & hanc eſſe
C comm. aſſerit Pariſ. lib. 1. quæſtione 3.
num. 47. iuxta mentem dicti reſignantis
ad quam deueniendum eſt tamquam ad
exordium, & quæ eſt talis, vt nullus ſcili-
cet alius habeat beneficium, quam ille in
cuius fauorem fecit reſignationem, vt iu-
dicatum fuit à Rota, in menſe Aprili, an-
no 1544. teſte Muhedano deciſ. 341. in
in manuſcriptis, confirmatur hæc opinio
ex textu noſtræ regulæ, ibi. *ſed per obitum,*
qui vult (vt ibi doceo) vt nulla facta pu-
blicatione vacet beneficium per obitum
reſignantis, ergo beneficium intelligitur
ſemper remanere penes reſignantem, qui
D continuando ſuam poſſeſſionem fingitur
non reſignaſſe, ita Sarnen in pluribus lo-
cis dictæ regulæ de publicãdis, quos adire
potes, 3. id de mente tenendum eſt, quod
diximus in illa quæſtione 6. nempe reſi-
gnationem quoquomodo, vel quauis via 54
exiſtentem nullam numquam abdicare
beneficium à reſignante, iuxta multas de-
ciſiones Rotæ, Caputaq. deciſ. 216. num.
3. parte 1. quibus ſuprà oſtendi deferen-
dum eſſe ab omnibus Canoniſtis propter
conſilia tot virorum peritorum, argumen-
to, cap. cum [illegible] de officio delegati.

Hanc quemadmodum ius non abdica- 55
tur à [illegible] per [illegible] factam publica-

tionem reſignatarij, ita ne abdicatur per non factam publicationem in loco beneficij, quamuis abdiceretur à reſignatario beneficium ob non publicationem in dicto
56 loco, nam quoad incurſiones pœnarum, nullitates actuum, & aliarum, paria ſunt aliquid non agere, vel minus validè agere, gloſa in cap. 3. de ſupplenda negligentia prælatorum, & ex actu non legitimo nullum ius errogatur, cap. illud de iure patronatus, & de hoc non eſt diſputandum amplius exiſtente illa conſtitutione, in §. *quod ſi quidquam*, ibi. *Quod ſi quidquam* (inquit dictus Gregorius XIII.) *prædictorum omnium omiſſum fuerit (dictis terminis vt quique præſcripti ſunt elapſis) omnes diſpoſitiones, & gratiæ reſignatorum, & ceſſorum beneficiorum, aut iurium huiuſmodi cum inde ſecutis, ſiue de pacificis, ſiue de litigioſis, ſint irrita, & inanes*, & ita fuiſſe ſæpius iudicatum à Rota, dicit idem Pariſius loco prædicto, quæſtione 7. num. 7. & num. 62. vbi dicit ita ſeruari de praxi, quare tuto fiet, ſi fiat publicatio in loco beneficij, iux-
57 ta mentem promulgantium, ibi. *in loco beneficij, in quo beneficia conſiſtunt*, quod fuit ſtatutum, *vti dixi*, vt noſcerent parochiani ſuum parochum, à quo ſunt percepturi ſacramenta, cap. vt Dominicus extra de parochiis, facit cap. cauſam de electione, vbi appellatio nulla eſt, quæ non fuit facta in loco beneficij, in clementinis, ergo à fortiori publicatio, quæ non fuerit facta in eodem loco beneficij, idem Rebuffus in illa reg. gloſa 14. verb. nullius, Sarnen in hac regula, quæſt. 19. & oſtendo in illo verbo nullius.

58 *Vel poſſeſſio petita*, licet non obtenta, in caſu ſcilicet legitimi impedimenti, vel neceſſitatis ineuitabilis, non enim tunc dici poteſt reſignatarius negligens, cum non ſit in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri, dicit regula non eſt in mora de regulis iuris in 6. quare licet non fuerit facta publicatio in caſu ineuitabilis obſtaculi, (dummodo petitio poſſeſſionis facta fuerit à reſignatario) nunquam habebit locum regula, nec dicetur beneficium vacare per obitum, ſed per reſignationem, cum vt vigeat mens regulæ debeant tria concurrere, 1. vt non facta fuerit publicatio, 2. quod non fuerit poſſeſſio petita, 3. (de quo infrà dicemus) vt reſignans in Curia decedat poſt ſex menſes in poſſeſſione beneficij reſignati, quod ſi alterum ex his tribus deficeret, regula non procederet, vt fuiſſe ſæpius iudicatum à Rota, aſſerit Gomes in hac regul. quæſt. 15. diſtinctio enim *vel*, hic poſita 59
diſiunctiue ſumitur, non copulatiue, cap. à multis, & cap. accepimus de ætate, cap. vno de ſacra vnctione, cap. ex parte, de corpore vitiatis.

Si reſignantem ita poſtmodum, en tertium 60
aſtruens regulam, vt nempe reſignans moriatur in poſſeſſione beneficij, *poſtmodum*, id eſt, finito tempore publicandi, ita enim explicari debet dicto dictio *poſtmodum*, cap. cum acceſſiſſent, & cap. ſequenti de conſtitutionibus, cap. cum non ab homine, & ibi gloſa, verb. *poſtmodum*, de iudiciis, gloſa in cap. commiſſa, verb. *poſtmodum*, de electione in 6. textus in cap. quia cunctis, ibi. *ſi poſtmodum*, de conceſ- 61
ſione præbendæ, illo lib. ideo ſi reſignans moreretur intra ſemeſtre, etiam ſine facta publicatione à reſignatario, non haberet locum regula, & beneficium vacaret per eius reſignationem, non autem per obitum, contrarium tamen eſt dicendum fi- 62
nito tempore ſemeſtri dato ad publicandum ſine facta publicatione reſignatarij, tunc enim haberet locum regula, etiam ſi reſignatarius publicaſſet ante mortem ſui reſignantis, quod tamen non ſeruatur in noſtra Gallia, vbi etiam poſt dictum ſemeſtre (viuente tamen reſignante) poteſt quolibet tempore reſignatarius publicare, dummodo publicet intra triennium, & dummodo vna ſaltem die talis publicatio reſignatarij præcedat mortem reſignãtis, vt pluries fuit iudicatum à Senatu Pariſienſi, maximè die 1. Februarij, anni 1547. teſte Papone in ſuis arreſtis, titulo de publicandis reſignationibus, arreſt. 6. & ita ſeruari de praxi, teſtatur idem Rebuffus in hac regula, gloſa 11. hiſce verbis: *In forenſi iudicio ſeruatur, quod quandocumque reſignatio fuerit publicata (intellige viuente reſignante) & accepta poſſeſſio per reſignatarium ſufficit.* quamuis tempus hic proſtituatur, quia hoc non ſeruatur in praxi: dummodo quis capiat poſſeſſionem, & publicationem faciat ante mortem reſignantis, quam, vt dixi, præcedere debet vna die ad minus, nam ſi eodem die foret publicata quo moritur reſignans, non vacaret beneficium per reſignationem, ſed per obitum reſignantis, vt volunt iidem authores locis citatis.

In poſſeſſione, in qua dicitur eſſe, qui poſ- 63
ſidet fructus beneficij vſque ad mortem, cap. 1. de reſtitutione ſpoliatorum, vel qui retinuit ſemper ſtallum in choro, vo- 64
cem in capitulo, & cum confratribus ad oſculum pacis Epiſcopi admiſſus fuit, cap.

dilecto de præbend. quod eſt priuilegiũ ſingulare Canonicorum, vt reſcribit Innocentius III. cuidam presbytero Cardinali Trecenſi Epiſcopo, ibi. *cum ad eam Eccleſiam acceſſiſſes conſecratus, cum ad oſculum pacis, cum aliis Canonicis admiſiſti, cum ad illud ſoli Canonici admittantur,* habens participationem quamlibet diuinorum, cap. dilectus, vbi Felin. ibid. cap. vno de clericis non reſidentibus in 6. poſſidens domũ canonicalem beneficio annexam, cap. ad audientiam, iuncta gloſa de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt, textus eſt ſingularis in cap. cum ſuper de conceſſione præbendæ in antiq. & cap. in literis, de reſtitutione ſpoliatorum, vel qui vocatus fuit ad lectiones, reſponſorium, electiones, collationeſque cum aliis, per textum pene diuinum, in cap in Geneſi de electione, tu illum vide mirabilem, ad quem te remittimus. Notabis tamen illum qui ſemel poſſidere cœpit percipiendo fructus, & alia agendo, præſumi ſemper poſſidere, niſi de contrario conſtet per probationem, gloſa in can. Pontifices, 7. quæſt. 1. cap. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum, Rebuffus in concordat. rub. de collationib. §. volumus, verb. poſſeſſa.

65 Limita ſi reſignans perciperet fructus nomine ſui reſignatarij in vim ſui actus procuratorij, cum is cenſeatur poſſidere, cuius nomine poſſidetur, cap. ſi diligenti, de præſcriptionibus, vel in vim datæ locationis, & conductionis fructuum, (qua
66 probata, & exhibita) reſignatarius eſſet incolumis, cum probata exceptione legitima quæſtio principalis perimatur, cap. literis de reſtitutione ſpoliatorum, & ita fuit iudicatum à dicto Senatu Pariſienſi, dummodo talis conductio non eſſet facta in colluſionem, ſicuti eſſet ſi reſignatarius
67 relinqueret omnes fructus ſuo reſignanti, quo caſu beneficium vacaret per obitum reſignantis ratione præſumptionis confidentiæ inter reſignantem, & reſignatarium, vt ita fuiſſe decretum à magno Regis conſilio, die 13. Auguſti, anno 1540. pro Gilberto de Columbe, contra Martinum Gambard, aſſerit idem Rebuffus in hac regula, num. 7. & à dicto Senatu Pariſienſi, teſtatur Papon. vbi ſuprà arreſto 9. colluſio enim quoad res beneficiarias eſt reprobata de iure canonico, cap. audiuimus de colluſione detegenda, facit cap. relatum, vbi dicitur quod ille non cenſetur reſignaſſe, qui fructus ſemper retinet, de clericis non reſidentibus.

68 *Non per reſignationem, ſed per obitum,* duo genera vacationum diuerſa, Ioannes de Selua in ſuo tractatu beneficiali, parte 3. quæſtione 12. num. 72. ideo per expreſſionem vnius, non venit alterum, Doctores in cap. ſuſceptum de reſcriptis in 6. Rota deciſione 53. illo titulo in antiquioribus, & deciſione 22. de præb. in nouis.

Hinc poſſunt graduati requirere talia beneficia vacantia in ſuis menſibus, quia vere vacant per obitum ex regula, ſed vacantia per obitum debentur graduatis, quibus afficiuntur, concordat. in rub. de collationibus. §. volumus, ergo. 69

Quodque collationes, irritat hic Summus Pontifex per hoc decretum irritans omnes, & quaſcumque collationes [illegible] in vim talium nullarum reſignatio[illegible] ob non factam publicationem, Felinus in cap. nonnulli, num. 7. de reſcriptis, Caſſadorus ſuper hanc regulam, deciſione 12. num. 4. Gomes in regula de annali, qu. 5. v[illegible]ſus finem, & hanc opinionem elicitam ex inteſtinis regulæ corroborant prædictæ conſtitutiones Pij V. quæ eſt in ordine 182. in §. alioquin, ibi. *alioquin nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, ac momenti fore, ac fuiſſe, & eſſe ſtatuit, & ordinauit*, & Gregorij XIII. quæ eſt in ordine 87. verſicul. quod ſi quidquam, ibi. *cum omnibus inde ſecutis, ſiue de pacificis, ſiue de litigioſis ſint irrita, & inanes.* 70

Obiicies verbum *cenſeantur*, poſitum in textu denotat fictionem, cap. 1. de arbitris, & cap. is qui de procuratoribus in 6. Reſp. regulariter hoc eſſe verum, ſed hic fallere vbi denotat veram vacationem, ex textu dictarum conſtitutionum, Rebuffus in regula de infirmis, gloſa 14. num. 5. Pariſius libro 12. qu. 8. num. 7. Mendoſa in illa regula de infirmis, quæſt. 18. in fine, vbi dicit hanc eſſe veriſſimam opinionem. 71

Adde poſſe Summum Pontificem facere, vt res acta pro non facta cenſeatur, tum quoad præterita, cum quoad futura, Doctores, & ibi gloſa in clementina 1. verbo, pro infectis, de immunitate Eccleſiarum. 72

Amplia hoc tam verum, vt nec poſſeſſio annalis, nec triennalis proſit iſti reſignatario non publicanti, vt bene notat idem Rebuffus loco allegato, colum. 14. verbo illo nullius, cum ad præſcribendum requiritur titulus, vel verus, vel coloratus, regula ſupra citata de pacificis; verbo, *ſed habens coloratum titulum*, ſed hic ex ſuppoſitis, nec eſt titulus verus, nec coloratus, cum ſit nullus ex vi regulæ, ergo. ita idem Gomes in regula illa de triennali, qu. 24. 73

74 quod enim nullum eſt, nullum poteſt
producere effectum, cap. inter corpora-
lia de tranſlatione, cap. 1. de accuſatio-
nibus, notatur in can. poſtulatus, 4. quæ-
ſtione 7. cap. illud de iure patronatus,
gloſa in can. vera iuſtitia eſt, 45. diſtinct.
& idem eſt de iure nullum, & non fa-
ctum, cap. proueniens de filiis presbyte-
rorum, Doctores in cap. in præſentia de
probationibus, ex his.

75 Collige 1. regulam non habere locum
in reſignante moriente morte ciuili, idem
Sarnen in hac regula de publicandis,
quæſtione 19. idem Rebuffus in illa glo-
ſa, verb. *ſiue in Romana Curia*, vbi dicit,
qu[illegible] oties non conſtat de morte reſi-
gnan[illegible], in poſſeſſione beneficij reſignati,
regu[illegible]a non habet locum.

76 Collige 3. regulam habere locum in
permutationibus, ex verbis expreſſis, &
formalibus dictæ conſtitutionis Pij V. ibi.
*& præmiſſa omnia, & ſingula etiam [illegible] qui-
buſvis beneficiis, & ceſſiones præfatæ ex cauſa
permutationis*, & conſtitutiones Grego-
rianæ, ibi. *quacumque reſignationes ex cauſa
permutationis*, idem Rebuffus gloſa 3.
verſicul. intellige, & confirmatur hoc
argumento, permutatio eſt reſignatio,
Rota [illegible]iſione 16. de rerum permuta-
tione in antiquioribus, duplex, & gemi-
nata, idem Gomes ibi, quæſtione tertia.

77 Sed reſignatio debet publicari, vt con-
ſtat ex hac regula de publicandis reſigna-
tionibus, & ex omnibus ſupradictis, ergo,
nam quod de vno actu dicitur de duobus,
& dici poteſt, Andræas Siculus in cap. 1.
colum. 8. de litis conteſtatione, Gemi-
nianus in cap. quid agendum. §. 1. de pro-
78 curatoribus in 6. ideo ſicut beneficium
dicitur vacare per reſignationem, toto ti-
tulo de renunciatione, ita & per permuta-
tionem, cap. 1. de rerum permutatione
in 6. Pariſius lib. 11. quæſt. 5. num. 20.
79 & ſicut per reſignationem perditur titu-
lus, Rota deciſ. 67. de renunciat. in no-
uis, ita & per permutationem, illa. Rota
deciſ. 8. de rerum permutat. in antiq.

80 3. Probatur hac ratione regula de pu-
blicandis facta fuit, vt obuietur fraudibus,
quæ fiunt in clandeſtinis reſignationibus,
ſed eadem ratio fraudis viget etiam in
permutationibus, gloſa in cap. 1. verb.
fraude de rerum permutat. illo lib. 6. Ge-
minianus in cap. 2. in gloſa in verb. pro-
ximè de renunciatione, illo libro, ergo &
viget eadem diſpoſitio.

81 4. Regula iſta de publicandis concernit
bonum publicum, & vtilitatem animi, vt
A docuimus in principio regulæ, ergo venit
extendenda, dicit Antonius de Butrio in
cap. finali fallentia 1. de conſuetudine.

Hinc omnis permutatio venit publican- 82
da ex quacumque cauſa facta fuerit, ſiue
ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis publi-
cæ, Rebuff. in hac regula, gloſ. 3. nu. 2.

Hinc clauſula illa, de qua vbi de infirmis 83
reſignantib. egimus in præcedenti quæſt.
etiam ſi per obitum, non poteſt operari, vt
reſignatarius qui non publicauit poſſit in
vim illius obtinere beneficium propter ra-
tionem quam ibi appoſuimus, nempe *di-
ctam clauſulam*, reſpicere præſentem va- 84
cationem non vero futuram, quam non
B potuit præuidere, Gomes in regula de ve-
riſſimili notitia obitus, qu. 3. faciunt etiam
quæ diximus in illa regula de infirmis, de-
bere ſcilicet vacationem verificari tempo-
re datæ, Oldrad. conſ. 168. qu. 2.

Quæres an beneficia vacantia per non 85
factam publicationem ſint de reſeruatis
ſanctæ Sedi. Reſp. negatiuè, quidquid di-
cat idem Pariſ. vbi ſuprà, qu. 8. vbi multis
tentat probare affirmatiuã, ratio hæc eſt,
quia non debet hic attendi perſona Sum-
mi Pontificis, ſed locus vbi ſitum eſt be-
neficium, qui eſt extra Curiam, Puteo de-
ciſ. 356. ſed quando beneficium vacat ex-
C tra Curiam, non eſt de reſeruatis, ergo, 2.
per textum regulæ non debet conſiderari
reſignatio, quæ nulla eſt ob non factam
publicationem, ergo non poteſt operari vt
beneficium dicatur vacare in Curia, cum
quod nullum ſit (vt fuit millies probatũ)
nullum valeat producere effectum. 3. reſi- 86
gnare minus valide, & non reſignare idẽ-
tificantur, dicũr Doct. in dict. cap. in præ-
ſentia de probationib. ſed qui nõ reſignat
in Curia, non afficit ibi ſuum beneficium,
ſed moriens relinquit illud conferendum
ſuo diœceſano Epiſcopo, cap. 3. de inſtitu-
tionib. ergo qui minus legitime illud reſi-
gnat (vt in hoc caſu) & ita ſeruatur de
D praxi in hoc regno.

Dices per admiſſionem reſignationis à
Papa factam, per verbum ſuum, *fiat vt pe-
titur*, ius omne reſignantis tranſmiſſum
fuit in reſignatarium, ergo beneficiũ non
vacat per mortem dicti reſignantis, qui
tempore obitus ius, & titulum omiſerat ex
tali admiſſione, ergo nec poteſt conferri à
diœceſano cum non vacet, cap. 2. de con-
ceſſ. præb. Reſp. diſtinguo antecedens
factis faciendis à reſignatario, concedo, 87
omiſſis faciendis de iure, nego, ſed ibi
omiſſa fuit publicatio ex hypotheſi, quæ
de iure eſt neceſſaria, Doct. i[illegible]p. ſi tibi,

de præb. in 6. regula hæc de publicandis, A
ergo, &c. ideo dicitur eſſe reſignatio in
ſuſpenſo pendente publicatione, Oldrad.
conſ. 283. col. penult. & ſi reſignatarius
non publicet, ius cenſetur remanere pe-
nes reſignantem, ideo non eſt mirum, ſi
per eius mortem ſuperuenientem benefi-
cium dicatur vacare, cum poſſeſſio ab eo
numquam intermiſſa fuerit.
88 Quæres cuiuſnam ſit probare mortem
iſtius reſignantis. Reſp. eius, qui ſuper eam
89 ſeſe fundat, ille enim dicitur eſſe actor, ſed
actoris eſt probare, can. quod autem po-
ſtulat, & can. accuſator, 6. qu. 5. quo non
probante debet lucrari reſignatarius pro B
cuius actu reſignationis præſumitur, Rota
deciſ. 12. de iure patronat. in antiq. qui
90 cenſetur factus, prout de iure veniebat fa-
ciendus, Decius conſ. 446. nu. 7. dixi in
præcedenti quæſt. vbi de regula de 20.
91 An autẽ poſſit laicus cõſtitui procurator
ad reſignandum, dixi in qu. 6. diſputat. 3.
vbi dixi quod ſic Rota, deciſ. 8. nu. 5. de
procuratorib. in antiq. Doct. in clem. vna
de renunciat. & ibi gloſa, verb. procura-
tore, Gomes deciſ. 144. lib. 2. Rebuff. in
92 tract. nominat. qu. 14. nu. ibi verſic. con-
trarium, quod ſi duo ſint procuratores in
ſolidum, non poteſt alter illorum renun- C
nunciare inconſulto, vel inuito altero,
Ioan. Andr. in cap. ſi duo de procuratori-
bus in 6. Rota deciſ. 16. illo titul. in antiq.
& eſt communis opinio, teſte Pariſ. lib. 9.
quæſt. 3. num. 26.
93 Quæres 2. an exempti ſubiiciantur iſti
regulæ de publicand. Reſp. affirmatiuè,
iuxta communem opinionem Doctorum,
in cap. 1. de conſtitutionib. vbi dicũt quod
conſtitutio generalis ligat exemptos, cap.
1. de cenſib. ſed iſta regula eſt talis, ergo,
&c. ita Sarnen in regula de valore expri-
mendo in impetratione beneficiorum, qu.
94 1. col. 1. imo magis ligantur illi conſtitu-
tionib Summi Pontificis, à quo tamquam D
immediato ſuperiore depẽdent, cap. cum
ſingula. §. vno de præb. in 6. cap. autho-
ritate de priuilegia, illo lib. clement. vna,
de ſuppl. neglig. prælat. Abbas in cap. ni-
hil eſt de elect. clement. vna de rebus Ec-
95 cleſiæ alienand. & quem habent ſolum
iudicem, idẽ Abbas in cap. graue de præb.
Gemin. in dict. cap. authoritate, Gomes
in regula de infirmis, qu. 4. Pariſ. lib. 11.
96 qu. 4. nu. 15. ideo enim dicuntur exempti,
quia à Summo Pontifice fuerunt liberati
de iuriſdictione Epiſcoporum, vt fierent
ſubditi ſui proximiores, idem Geminianus
in cap. ſi Papa de priuilegiis, illo lib. 6. dixi
ſuprà, vbi de Summo Pontifice in quæſt.
diſput. 1. & in quæſt. 8. vbi de Epiſcopis,
in qua quæſtione probaui exceptiones eſſe 97
odioſas, Hoſtienſ. in ſumma, illo tit. Card.
in clem. 2. §. ab olim, qu. 2. de ſepult. Bel-
lamin. conſ. 20. col. 4. ideo Concilium
Tridentinum in ſeſſ. 24. de reformatione,
ſeſſ. 11. dedit facultatem Epiſcopis tam-
quam Sedis Apoſtolicæ delegatis ſuper
exemptos, ne eis per exemptiones laxioris
vitæ libertas miniſtretur.
Ideo omnes publicare tenentur etiam
Cardinales (vt dictũ eſt ſuprà) quia in his
quæ con[illegible]t vtilitatem animi non plus
facultatis habent Cardinales quam alij,
Sarnen in prooemio reg. imo quo quis eſt
ſublimior, eo grauius eſt delictum, gra-
uiorque pœna, gloſa in cap. vnico, verb.
Cardinalis de ſchiſmat. in 6. & reatu ma- 98
iori delinquit, qui potiori honore perfrui-
tur, grauiora faciente vitia ſublimitate
peccantium, ait textus in can. nulli fas, 25.
quæſt. 1.
Quæres quomodo probari queat publi- 99
catio, Reſp. diuerſimode, 1. per regiſtrum
Curiæ Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis,
cui debet in regno inſinuari ſub pœna nul-
litatis reſignationis, iuxta edictum regiũ
propter hanc rationem eductam ex viſce-
ribus iuris canonici, vt ſciant ordinarij
nomina, & cognomina poſſidentium be-
neficia intra ſuos limites, &, vt ſciant,
quonam modo illa detineant, ideo poſ-
ſunt inquirere de titulis iuxta illa, quæ
diximus vbi de pacif. poſſeſſoribus. 2. per 100
inſtrumentum factæ publicationis à per-
ſona publica confectum, & non vitiatum,
toto titul. de fide inſtrument. cui datur
plena fides propter authoritatem tabellio-
num, qui præſumuntur officia ſua fideli-
ter adimplere, cum ad id ex iuramento
teneantur, ait textus ſingularis, in cap.
cum Ioannes, ibidem, in antiq. decretali,
3. per auditionem eorum, qui ſcire poſſunt
factam publicationem, ſicuti Canonico-
rum, & aliorum Præbendatorum, qui ſo-
lent in Eccleſia, vel Cathedrali, vel Colle-
giali diebus Dominicis, & feſtiuis ſacra
peragere, Doctores in cap. tertio loco, de
probationibus, alia genera probationis
vide paſſim apud authores, dum ad inter-
pretationem ego deuenio ſequentis quar-
tæ regulæ, quæ ius ſuum cuique ſeruat,
docens illud nulla via eſſe tollendum.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS QVARTÆ.

1. Regula 16. Cancellariæ Apoſtolicæ, dicta de non tollendo ius quæſitum, hic inſeritur.
2. Regula iſta educta fuit ex penetralibus iuris Pontificij.
3. Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.
4. Poſteriora reſcripta, etiam in fauorem piæ cauſæ conceſſa, non valent in præiudicium priorum.
5. Clauſula motus proprij, non poteſt facere, vt ſecundum reſcriptum præferatur primo.
6. Ne, id eſt, vt non.
7. Commiſſio, quid ſit.
8. Excommunicati à delegato Papæ, debent abſolui à Summo Pontifice.
9. Per delegationem cauſæ principalis, cenſentur omnia conceſſa, quæ ſunt pertinentia ad illam.
10. Cauſa delegata duobus, non poteſt ab altero iudicari (inconſulto altero condelegato.)
11. Clauſula, quod ſi non omnes, facit vt cauſa poſſit iudicari ab altero delegatorum.
12. Minor excommunicatio non excludit excommunicatum ab electione.
13. Ratio editionis regulæ de non tollendo ius quæſitum, hic apponitur.
14. Mandata, quid ſint.
15. Vox deinceps, poſita in textu, quid ſignificet.
16. Vox quamcumque, inſerta in regula, quid operetur.
17. Signatura, quid ſit.
18. Quot ſint eſſentialia ſignaturæ, hic edocentur.
19. Summus Pontifex redditur difficilior ad prouidendum pueris, quam aliis.
20. Summus Pontifex facilius prouidet oriundis, quam extraneis.
21. Verus valor beneficij debet exprimi in ſignatura.
22. Verus valor debet exprimi in vnionibus beneficiorum.
23. Ea omnia debent de iure exprimi in ſignatura, quæ poſſunt dimouere Summum Pontificem concedentem ad non concedendum.
24. Petens beneficium à Summo Pontifice, debet vti precibus erga eum.
25. Humiliter petens, facilius obtinet id quod petit.
26. Signatura per verbum fiat, eſt fauorabilior.
27. Vicecancellarius ſignat per verbum conceſſum.
28. Signatura per verbum fiat, præfertur ſignaturæ per verbum conceſſum, & ibi apponitur regula 29. Cancellariæ, dicta de ſignatura per fiat.
29. In ſignatura debet adhiberi abſolutio à cenſuris ad effectum.
30. Derrogationes obſtantium conſtitutionum non inducunt diſpenſationem.
31. Per clauſulas generales non cenſetur derrogatum regulis Cancellariæ.
32. Data debet apponi in ſignatura.
33. In mandatis à pluribus obtentis, data venit inſpicienda.
34. Signatura non ſufficit ad habendam dignitatem, & ibi dicitur, quod requiritur bulla.
35. Conceſſionis nomine poſito in textu, quid ſignificetur.
36. Gratiæ nomine, quid importetur.
37. Ad probandam gratiam requiritur ſcriptura.
38. Ad eſſe gratiæ, non eſt neceſſaria ſcriptura.
39. In conſcientia poteſt quis vti gratia ſine literis.
40. Falſificans literas Apoſtolicas, priuatur ipſo facto ſuis beneficiis.
41. Clauſula motus proprij, quid operetur, & ibi ponuntur mirabiles eius effectus.
42. Clauſula motus proprij, non tollit ius quæſitum.
43. In ſignatura facta motu proprio, non eſt neceſſe exprimere valorem beneficij.
44. Clauſula motus proprij, tollit omnem ſuſpicionem ſubreptionis.
45. Proniſus motu proprio Papæ, non debet examinari.
46. Clauſula ex certa ſcientia, tollit omnem circumuentionem.
47. Vox etiam, eſt vox ampliatiua ſermonis.
48. Quandonam dicatur mota lis, hic oſtenditur.
49. Summus Pontifex, vocatur in iure ſanctiſſimus.
50. Verbum faciendas, poſitum in regula reſpicit futura.
51. Lex regulariter reſpicit futura.
52. Nulli eſt vox vniuerſalis negatiua.
53. Verba priuilegij non ſunt interpretanda in præiudicium aliorum.
54. Quomodolibet, dictio eſt vniuerſalis.
55. Poſſeſſio non poteſt tolli per quamcumque ſignaturam.
56. In quacumque ſignatura hæc clauſula ſubintelligitur, licet appoſita non fuerit, dum-

modo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum.

58. *Per declarationis oraculum patet ſuperioris voluntas, & declarationis beneficio, obſcura clareſcunt.*

59. *Eius eſt declarare, cuius eſt promulgare,*

60. *Summus Pontifex in arduis conſulendus eſt à perſonis Eccleſiaſticis, & ibi ratio deſignatur deducta ex iure canonico.*

61. *Summus Pontifex iura omnia in ſcrinio ſui pectoris cenſetur habere.*

62. Cauſæ *nomine, ſola iudicialis intelligitur in hac regula, ex textu rigoroſo illius.*

63. *Hodie* cauſæ *nomine, extraiudicialis cauſa comprehenditur, ex regula Adriani 6.*

64. *Cauſæ maiores quæ dicantur.*

65. *Cauſa alia ciuiles, aliæ criminales, aliæ mixta.*

66. *Cauſæ iuſtitia, & gratiæ, inuoluuntur in regula.*

67. *Dictio* plerumque, *idem ſignificat ac, vt plurimum, & frequenter.*

68. *Dictio* ſuggeſtio, *vt plurimum ſumitur in malam partem, & ibi dicitur quod ſumitur hoc modo.*

69. *Dictio* ſuggeſtio, *in multis locis iuris Pontificij ſumitur in bonam partem.*

70 *Per iudicia non debet patere iniuriis aditus, quem iuris obſeruantia interdicit.*

71. *Inde non debent naſci iniuriæ, vnde iura naſcuntur.*

72. *Regula hæc* de non tollendo ius quæſitum, *habet vim decreti, ideo venit ſeruanda in iudicio.*

QVÆSTIO QVARTA.

De regula decima ſexta Cancellariæ Apoſtolica, dicta de non tollendo ius quæſitum.

1 MIrabilis eſt, & diuina iſta regula 16. Cancellariæ Romanæ, quæ, ſicut dictum extitit, incolume ſeruat, & illæſum ius alienũ. eam hic inſerimus explicandam facillima methodo.

Regula 16. Cancellariæ Romanæ, de non tollendo ius quæſitum.

ITem (*ne per varias, quæ pro commiſſionibus habendis, ceu mandatis, & declarationibus obtinendis in cauſis plerumque fiunt ſuggeſtiones iuſtitia poſtponatur) idem dominus noſter, decreuit, & declarauit ſuæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque ſignaturam, conceſſionem, aut gratiam, vel literas Apoſtolicas pro commiſſionibus, mandatis, aut declarationibus huiuſmodi (etiam ſi motu proprio, & ex certa ſcientia, aut etiam ante motam litem à ſua Sanctitate emanauerint) vel de eiuſdem mandato faciendas nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.*

Hæc regula educta fuit ex penetralibus iuris Pontificij, vt ex cap. cum qui, cap. quia ſæpe de præb. in 6. & ex regula qui prior de regulis iuris, illo libro, per quæ omnia capitula ſtatuitur, vt qui prior eſt in conceſſione, cæteris omnibus veniat poſterioribus præferendus: ratio hæc eſt, quia poſteriora reſcripta, vel per importunitatem cenſentur obtenta, vt probat Felinus in cap. cum olim, colum. 4. de re iudicata, Gomes in hac regula, quæſt. 1. vel cenſentur conceſſa inter occupationes Summi Pontificis, qui impeditus, ſingulis cauſis examinandis vacare nequit, dicit textus ſingularis in cap. adhæc, de reſcriptis in antiqua, ideo non valent illa ſecunda reſcripta, quæ effugiunt conſcientiam Papæ (vt ait Lucius III. in illa ſua decretali) etiam conceſſa in fauorem piæ cauſæ, vt notauit Rebuffus in iſta regula in principio, licet enim Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, pauperibus, viduis, & orphanis, multum debeamus, dicunt Doctores, & ibi gloſa in cap. 1. de poſtulando, rub. de rebus Eccleſiæ alienand. cap. cum ſecundum de præbendis, non tamen debemus eis bona conferre in præiudicium eorum quibus de iure debentur, cap. ex tenore de foro competenti, cap. nuper de donationibus inter virum & vxorem, nec eſt facienda eleemoſyna pauperibus de bonis Titio ſublatis, quæ Titio reddenda ſunt, vel eius hæredibus, non aliis, vt eſt vnanimis Doctorum, & Theologorum opinio, teſte Binsfeldio in ſuo enchyrid. Theolog. paſtoralis. 2 3 4

5 Amplia hoc tam verum, nempe non valere ſecundum reſcriptum in præiudicium primi conceſſi à Summo Pontifice, vt clauſula *motus proprij & certa ſcientia*, nihil operetur hodie pro validitate illius, ex vi regulæ, verb. *quomodolibet tollatur*, quod tamen ante regulam non ſeruabatur, ſed taliter clauſulatus quamuis poſterior in data præferebatur, cap. ſi motu proprio de præbend. in 6. *quod videns Summus Pontifex, qui veritatem proſequitur, & lucem amat, voluit libenter ſoluere nodoſa am-*

biguitatis inuolucrum per ſuam hanc regulam,
qua vim ſtatuti habet, ſimul & declarationis,
ibi. *decreuit, & declarauit.*
6 *Ne*, id eſt, vt non, cap. ne pro defectu
de electione, cap. ad ſupplicationem de
renunciat. cap. quanto de tranſlatione
Epiſcopi, cap. intelleximus de ætate, cap.
Apoſtolicæ de exceptionibus, cap. ne Dei
Eccleſiam de ſymonia, cap. quoniam, in
ſine, ibi. *ne per ſimplicitatem*, ibidem, Do-
ctor. in rub. ne prælati, & in rubrica ne
clerici, vel monachi, clementina 1. de fo-
ro competenti, clementina vna de ba-
ptiſmo.
7 *Commiſſionibus*, quæ ſunt actus iudicia-
les, cap. quoniam de probationibus, Go-
mes in hac regula, quæſtione 6. & defi-
nitur commiſſio, rei iudicandæ, vel in-
quirendæ à ſuperiore vni, vel pluribus
facta legatio, ita communiter Doctores
in rubrica, de officio delegati, & hic dele-
gatus Summi Pontificis maior eſt omnib.
ordinariis in cauſa ſibi commiſſa, cap. pa-
ſtoralis. §. præterea, de officio ordinarij,
cap. ſanè, illo titulo de officiu delegati, &
8 excommunicati ab illo, debent abſolui à
Papa delegante, dicit textus, & ibi gloſa
in dicto cap. paſtoralis, non autem ab or-
dinario qui non poteſt ſeſe intermittere,
9 nec de dicta excommunicatione, nec de
pertinentibus ad dictam cauſam commiſ-
ſam, quæ cenſentur tranſire cum dele-
gatione illius, cap. præterea, ibidem, de
officio delegati, & quæ finiuntur per ſen-
tentiam prolatam à delegato, cap. in lite-
10 ris, illo titulo apud Gregorium, vel à duo-
bus, ſi duo ſint, ſub pœna nullitatis, cap.
cauſam, & cap. cum cauſam, ibidem, niſi
11 adſit clauſula, *quod ſi non omnes*, tunc enim
poteſt alter ſine altero cauſam iudicare,
cap. prudentiam, illo titul. gloſa in cap.
vno, verb. delegat. eodem titulo in 6.
vel niſi alter delegatus fuerit excommu-
nicatus ſiue minori excommunicatione,
ſiue maiori, vt eſt communis opinio Ca-
12 noniſtarum, licet excommunicati minori
excommunicatione non prohibeantur ab
electionibus, cap. ſi celebrat. de clerico
excommunicat. miniſtrante, gloſa in dict.
cap. prudentiam. §. ſexta nobis, verb. ex-
communicationis, & notatur in cap. vlti-
mo de electione, dixi vbi de electione in
1. quæſtione diſputationis tertiæ, ex qui-
13 bus omnibus notandum eſt, ideo factam
fuiſſe regulam, ne pro varietate literarum,
cauſarum fines poſſent impediri, cap. 2.
illo titulo de officio delegati.
14 *Mandatis*, quæ ſunt reſcripta Pontificia,
A quibus mandatur aliquid fieri, vel dari ad
preces impetrantis, dixi vbi de mandatis
Apoſtolicis, & hæc ſi dentur ad beneficia
dicuntur reſcripta gratiæ, vt dictum fuit
in quæſtione 3. vbi de illis mandatis, diſ-
putat. 1. cap. mandatum de reſcriptis, cap.
tibi qui, & cap. ſi gratioſè, illo titulo in 6.
ſi ad lites, reſcripta iuſtitiæ extrauag. vna
de officio delegati in communibus, & ex-
trauaganti vna de conceſſ. præbend. in
extrauagantibus Ioann. 22. & de iſtis vl-
timis agit regula, iuxta Gomeſium, in hac
regula, quæſt. 2.
Deinceps, id eſt, in poſterum, can. ſi quis 15
B deinceps, 17. qu. 4 can. placuit, vltimo
de pœnitentia, diſtinct. 5. cap. de cætero
de clericis non reſidentibus, gloſa in cap.
licet, verbo de cætero de electione in 6.
nam regulariter conſtitutiones ad futura
tendunt, non ad præterita, quæ præbent
tantum anſam illas edendi, textus, & ibi
gloſa, verb. futura, in cap. finali de con-
ſtitutionibus apud Gregorium, cap. nemo
de electione in 6. gloſa in cap. indemni-
tatibus. §. poſtremo, verb. deinceps, illo
titul. & libr. alias detrimentum poſſent
incurrere ignorantes etiam ante prohibi-
tionem, cap. cognoſcentes de conſtitu-
C tionibus, extrauagant. vna de authoritate
& vſu pallij in communibus.
Quamcumque, vox eſt vniuerſalis, nihil 16
excipiens, inquit Innocentius III. in ſua
decretali ſollicitæ de maioritat. & ibi gloſ.
verb. quodcumque in antiqua, & dixi ſu-
prà, in tribus præcedentibus quæſtioni-
bus huiuſce diſputationis.
Signaturam, quæ eſt *ſcriptura in papyro* 17
exarata ſupplicationem continens eiuſque in-
therinationem, ad differentiam bullarum, quæ
ſunt in pergameno, cap. cum dilecta, ibi.
cum non fuerint in pergameno, ſed in papyro
conſcripta, de confirmatione vtili, ad cuius
ſignaturæ validitatem quinque debent 18
D concurrere, 1. ſupplicatio de qua in quæ-
ſtione 2. vbi de infirmis reſignantibus, &
quæ debet importare nomen, & cogno-
men requirentis, cap. cum adeo de re-
ſcriptis, cap. quod ſuper his de fide inſtru-
mentorum, *ætatem illius*, cum Papa diffi- 19
cilior reddatur ad prouidendum infanti-
bus, & pueris, quam aliis, textus, & ibi
Doctores, in cap. ſuper inordinata de præ-
bendis, Rebuffus in concordat. rubrica
forma mandati Apoſtolici, Apoſtolici *no-*
men ſancti, in cuius honorem fundata eſt
Eccleſia. Cardinalis in cap. cum ſecũdum,
notab. 19. de præb. cap. quamuis, 1. & ibi
gloſa, illo titul. in 6. Felinus in cap. cum
acceſſiſſent,

acceſſiſſent, colum. 1. de conſtiturionibus,
clericarus, cap. ex literis de tranſactionib.
diœceſis vt practicatur, teſte Pariſio in 8.
20 lib. reſignarionum, quæſt. 7. naoi Sum-
mus Pontifex facilius mouetur ad conce-
denda beneficia diœceſanis, quam extra-
neis, gloſa in cap. ſi proponenre de reſcri-
ptis, & ibi Felinus, Rebuffus in praxi, titu-
lo forma ſignatur. gratiæ, colum. 4. verſi-
cul. Magalonenſis. 6. beneficia poſſeſſa
à poſtulanre, Doctores in cap. ad aures de
reſcriptis, cap. ſi motu proprio de præb.
in 6. Ioaones de Selua in ſuo tractaru be-
neficiali, parte 3. quæſt. 11. num. 1. idem
Rebuffus in tractar. nominationum, quæ-
21 ſtione 9. in principio, 7. verus valor be-
neficij, gloſa, & Doctores in clementioa
1. de præb. Decius io dicto cap. ad au-
res, Pariſius vbi ſuprà, nu. 63. ſecundum
communem æſtimationem, vt vult regu-
la 4. Cancellar. Oldrad. conſ. 216. circa
& hoc vt ius annatorum ſoluarur, vt pater
ex rubrica de annaris in pragmatica, quod
decreuit Vrbanus VI. vt in deciſ. 292.
Rotæ cauetur, quæ incipit, licet impetrās
in nouis, 2. vt ſciat Summus Pootifex
qualitatem beneficij, quod coofert, Go-
mes in regula de valere exprimēdo, idem
Pariſius lib. 10. quæſt. 2. num. 48. & 49.
idem dic de vnionibus, in quibus debet
22 exprimi verus valor, tom beneficij vniti,
cum vniendi, iuxta dictam regolam 21.
Felinus in dicto cap. ad aures, colum. vlt.
& doceo in illa regula.
23 Vltimo (vt finis fit) ea omnia ſunt de
iure exprimenda, quæ poſſunt dimouere
Summum Pontificem coocedentem ad
non concedendum, idem Felinus in cap.
poſtulaſti, colum. 4. de reſctiptis, Panor-
mitanus in cap. conſtitutus, colum. 1. de
religioſis domibus, dixi in illa quæſt. 3.
diſputat. 1.
24 Secuodo debet ſupplicationem facien-
dam humiliter iuxta ſtylum Curiæ, ibi.
*ſupplicat humiliter Sanctitatem veſtram de-
notus illius*, Rebuffus in tractat. ſupplicat.
in 1. tomo conſtitutionum, idem Pariſius
25 lib. 7. quæſt. 7. num. 59. cum humiliter
petens facilius impetret id, quod petit,
cap. cum contingat. §. 1. de reſcriptis,
ſubſequi gratia Papalis, quæ per verbum
fiat perficitur, idem Felinus in rubrica de
conſtitutionib. colum. 3. per quod ſolus
Papa ſignat, Mendoſa in regula 33. Can-
cellar. de ſignatur. per fiat, quæſt. 2. nu.
3. & per quod gratia fit de præſeoti, vt dixi
26 ibi, ideo ſignatura per fiat dicitur eſſe fa-
uorabilior quacumque alia, & pæfertur
A cuicomque alij ſignaturæ per conceſſum
factæ, qua ſolet vti Vicecancellarius, vt 27
eſt de ſtylo, iuxta diſpoſitionem, cap. ſi à
ſede de præbendis in 6. & regulam Can-
cellar. quæ eſt 29. quæ ita dicit.

Regula 29. Cancellariæ, dicta de ſignatura per verbum fiat.

ITem voluit idem dominus noſter, quod 28
(concurrentibus eadem die ſuper quocum-
beneficio per fiat, & conceſſum ſignaturis) ex
eis per fiat etiam vt petitur habens, alteri per
conceſſum etiam motu proprio habenti præfe-
B *ratur, etiam ſi in illa per conceſſum pregnan-*
tiores, & quantumlibet priuilegiatæ eſſent
clauſulæ.
Tertio debet ſequi abſolutio à cenſuris 29
ad effectum reddendi habilem prouiſum,
alioquin non valeret ſignatura ab ex-
communicato obrenra, cap. 1. de reſcripr.
in 6. cap. quærenti de verborum ſigni-
ficatione, Rebuffus in concordar. rub.
forma mandati, verb. abſoluentes, vide
caſus, quibus hæc abſolutio oon prodeſt
apud eundem in ſua praxi, titulo forma
nouæ prouiſioois, gloſa teque abſoluen-
tes, à numero 1. vſque ad oum. 24.
C Tertio derrogationes obſtantium con- 30
ſtitutionom, ibi. *nonobſtantibus conſtitutio-*
nibus, &c. & aliis contrariis literis quibuſ-
cumque, quæ numquam inducunt diſpeo-
ſationem, vt dicit Ioannes Andræas in di-
cto cap. cum adeo, ideo non diſpenſatur
per eam à multiplicitate beneficiorum, vt
notant Canoniſtæ, in cap. de multa de
præbendis, nec ab irregularitare incurſa,
Doctores in cap. poſtulaſtis de clerico
excommunicato miniſtraote.
Imo nec cenſerur derrogarum regulis 31
Cancellariæ, vt eſt communis, & vera opi-
nio, Gomes in procemio regularum Can-
cellariæ, quæſt. 5. & quæſtione vltima, &
D in hac regula de non tollendo ius quæſi-
tum, quæſt. 5. & 6. Ioannes de Selua in
illo tractatu beneficiali, parte 4. qu. 46.
colum. 6. Rebuffus in illa praxi, illo tirul.
verſicul. nooobſtantibus, licet hæc clau-
ſula generalis maximos effectus operetur,
cap. finali de ſententia excommunicar. in
6. quos vide apud Geminianum, conſ. 39.
col. 2. & apud Puteonem deciſ. 5. lib. 2.
à numero 1. vſque ad numerum 5.
Quarro debet apponi data, vt dixi ſuprà 32
vbi de dictis mandatis Apoſtolicis, illa
quæſtione 3. ibi. *Datum Romæ apud San-*
ctum Petrum, 7. Kalendas Maij, cap. pe-

nultimo de reſcriptis, illo libr. vt ſciatur A
33 prioritas conceſſioois, ſeçundum quam
regulatur validitas dictæ gratiæ, cap.
eam te, & cap. conſtituius, illo tit. apud
Gregor. cap. ſi eo tempore, eodem titulo
in *6*. idem Rebuffus in concordat. illa ru-
brica forma mandati Apoſtolici, verb. da-
tum, nam qui prior eſt tempore, potior
eſt iure, cap. tibi qui, & cap. eum cui de
præb. illo lib. *6*.
34 Vltimo, regiſtratum debet inſeri à ter-
go ſignaturæ cum magno R, & conſenſu
partium, vel procuratorum earundem in
abſentia, cap. ſi tibi abſenti, illo titulo, &
libro, quæ ſignatura non ſufficit ad digni- B
tatem habendam, ad quam requiritur
bulla iuxta bonifacinam conſtitutionem,
quæ eſt prima io rubrica de electione in
extrauagantibus communibus.
35 *Conceſſionem*, quæ ſumitur hic vniuerſa-
liter pro quacumque rei petitæ à Papa fa-
cta intherinatione, ad certam rem, & de-
terminatam in ſuo tempore applicanda,
& reſtringenda, cap. cum ad quorumdam,
ibi. *authoritate Apoſtolica concedimus*, de
exceſſibus prælatorum, quæ conceſſio (ſi
ſit contra ius facta) dicitur priuilegium,
cap. quanto de priuilegiis, & exceſſibus
priuilegiatorum, quia priuata lex eſt, &
pro priuato lata, cao. priuilegia, diſtinct. C
3. vel indultum, cap. quod nonnulli, &
cap. paſtoralis, illo titulo, cap. cum tibi,
de verborum ſignificar. licet *hac vox*, vt
plurimum pro collatione beneficiorum
ſumatur in iure canonico, Doctores io ru-
brica de conceſſ. præbend. cap. cum ve-
niſſent de præbend. cap. cum veniſſent,
de inſtitutionibos, cap. propoſuit, illa ru-
brica de conceſſione præbendæ, cap. licet
de ſupplenda negligent. prælator.
36 *Gratiam*, cuius nomine venit gratia, tum
Summi Pontificis, legati, tum ordinarij
cuiuſlibet, gloſa io clemenr. gratiæ de re-
ſcriptis, & definitur à Pontificiis coo- D
ceſſio iuris ad beoeficia, Cardinalis in ru-
brica de commodato, quare dicatur gra-
tia, dixi pluries, & quot modis dicatur ta-
lis, docent Doctores, & ibi gloſa in cap. 1.
de magiſtris in clementinis, vide etiam
37 quæ diximos, nempe ad probationem gra-
tiæ requiri ſcripturã in iudicio, Canoniſtæ
io rub. de conſtitutionibus, Abbas in cap.
ex diligenti, norab. vltimo de ſymoniaci,
38 ſed non ad eſſe illius, Ioann. Andræas in
39 prooemio 6. colum. peoultima, ideo po-
teſt, quis in foro cooſcientiæ vti facta ſibi
gratia, (etiam literis non confectis) idem
Abbas in clement. dudum in fine, de ſe-
pulturis, & fuſius probaui ſuprà.
Literas Apoſtolicas, id eſt à Sedis Apoſto- 40
licæ benignitate emanantes, cap. veoiens
de renunciatione, cap. graui de crimioe
falſi, quas qui literas falſificare attenta-
ret, priuaretur ipſo facto ſuis beneficiis,
vt notatur in cap. ad falſariorum, illo tit.
dixi in quarta diſputatione, vbi de crimi-
nibus inducentibus priuatiooem ipſo iu-
re, quæſtione prima.
Motu proprio, hæc clauſula habet omni- 41
modam poteſtatem, dicunt Canoniſtæ,
in cap. ſi motu proprio de præbendis in *6*.
Cardinalis in clement. ſi Romanus, illo
tit. 1. facit valere ſignaturam, etiam ta-
centem beneficia prouiſi ex textu dictæ
clement. licet alias contra cap. ad aures,
de reſcriptis in decretalibus Gregorij. 2.
ex duobus reſcriptis concurrentib. in data
reſcriptum cum clauſula *motus proprij*,
præfertur illam non habeoti, cap. duobus,
illo titulo in *6*. cæteros effectus dico iofrà. 42
Tamen non poteſt facere vt ius quæſi-
tum aliis poſſit tolli, cap. quamuis, illo
titulo, & libro, gloſa in clementina per li-
teras, 2. verb. directas de præbend. & vt
vult gloſſator regulæ huius per hunc tex-
tum, *etiam ſi motu proprio*, Philippus Peru-
ſius io dict. cap. ſi tibi abſenti in fine, Feli-
nus in dicto cap. ad aures, num. 8. verſicul.
tertius caſus, idem Cardioalis coof. *96*.
num. 3. verſicul. & quod. Vitall. in clau-
ſula *motu proprio*, num. 1. omois quippe
gratia cenſetur facta ſine iuris alieni præ-
iudicio, Imol. in cap. qua diligentia, ou-
mero *6*. de electione, Rebuffus in praxi,
ſuper regulam 17. verſicul. 5. Conrerro-
lius in tractat. de præcedentia, quæſt. 1.
num. 39. in fine, Ioannes de Selua io ſuo
tractatu beneficiali, part. 3. quæſt. 31. nu-
mero 2.
3. Reſcriptum cum clauſula *motu pro-* 43
prio, eſt bonum etiam ſi in eo noo fuerit
expreſſus verus valor beneficij, Rebuffus
in concordatis, rub. forma mandati, hoc
verbo, *motu proprio*, alias contra, vt pro-
batum extat.
4. Subreptionis ſuſpicio non cadit in 44
reſcripto conceſſo cum tali clauſula, Do-
ctores, & ibi gloſa in cap. deliberatione de
officio legati in *6*. & vltimo taliter clau- 45
ſulatus non poteſt cogi ad examen ſob-
eundum, fieret enim iniuria Summo Pon-
tificij, argum. cap. cum io iure de officio
delegati in decretalibus Gregorij nonis,
vide prouinciale Eccleſiæ Romanæ, folio
58. verſiculo, & aduerte.
Ex certa ſcientia, hæc etiam clauſula mi- 46

rabilis eſt, tollẽs omnem præſumptionem ignorantiæ, vel circumuentionis in concedente extraag. ad vniuerſalis de treuga in communibus, idem Felinus in cap. cum inter de exceptionibus, & eſt vera opinio Canoniſtarum, in cap. adhæc de reſcriptis.

47 *Etiam*, vox extenſiua ſermonis eſt, & aliud ab expreſſis ſignificans, cap. cum contingat de foro competenti, cap. cum inter de ſponſalibus, cap. tanta de ſymonia, clement. grauis de ſentent. excomm. cap. vlt. & ibi gloſ. verb. nec etiam, ſine pœna de his qui filios occiderunt, Dominicus conſ. 65. *in nomine, &c.* colum. 3. dixi in prima quæſtione huiuſce diſputat. quæſt. 1.

48 *Ante motam litem*, quod dicitur tunc, quando non eſt ventum ad citationem, clement. 1. vt lite pendente, vultque regula, vt ſiue partes ſint in iudicio, ſiue non, dicit textus in cap. 2. de corpore vitiatis, nullo temporis habito diſcrimine, nulla ſtatus cauſæ habita ratione, nullaque habita perſonarum acceptione, ius ſuum cuique ſeruetur, cap. quia nonnulli de reſcriptis, & nemini tollatur, etiam ſi fuerit hæreticus, vel Iudæus, ait Innocentius in cap. quod ſuper his de voto, Panormit. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. ſed hæc clauſula ſemper cenſeatur expreſſa (dummodo ius nemini fuerit quæſitum) idem Felinus in cap. capitulum, col. 16. verſic. de duobus, illo titulo, Gomes in hac regula, quæſtione 1. & dico infrà.

49 *A ſanctitate*, multis ſuprà probauimus in diſputat. 1. vbi de Summo Pontifice, Summum Pontificem vocari Sanctiſſimum, can. definimus, 22. diſtinct. can. non nos, diſtinct. 40. can. hæc eſt fides, 24. quæſt. 1. hic non repeto.

50 *Faciendas*, participium futuri temporis, & ideo futura reſpiciens, cap. non debet de conſanguinitate, cap. nouerit de ſententia excommunicat. cap. vno de poſtulat. prælatorum in 6. extrauag. vna de dilationibus in communib. Felinus in cap. cum Rodulphus de reſcript. quia (vt dixi) lex ad futura tendit, cap. cum dilectus de conſuetudine.

51 *Nulli*, vox eſt vniuerſalis negatiua, cap. 1. de electione, cap. nullus de foro competenti, cap. 1. de pignoribus, cap. nullus de parochis, cap. nullus laicus de iure patronat. cap. 1. de regularibus.

52 *Non tollatur ius quæſitum*, nec in re, nec ad rem, ait gloſa in cap. cum olim, verbo, præiudiciũm de conſuetud. idem Gomes loco citato, idem Felinus in cap. ſuper eo, colum. 2. de officio delegati, quemadmodum verba priuilegia ſunt interpretanda ſine præiudicio aliorum, cap. licet in fine de tranſlatione Epiſcopi, cap. licet de officio ordinarij, cap. ex tuarum de authoritate pallij, gloſa in cap. cum venerabilis de conſuetudine. 53

Quomodolibet, aduerbium eſt cum effectu accipiendum, per quod præcluditur omnis via ad tollendum ius alienum, cap. quamuis de reſcriptis in 6. textus ſingularis in cap. ſi propter, ibi. *Intentionis noſtra nequaquam exiſtit, &c. quod eis per conceſſionem ipſarum præiudicium aliquid generetur.* illo titul. & lib. ſiue expreſſa, ſiue non, gloſa in cap. 1. de re iudicata in clementinis. 54

Hinc non poteſt etiam tolli poſſeſſio per quamcumque ſignaturam, etiam motu proprio Papæ factam, Doctores in cap. dudum de decimis, Abbas in cap. 1. col. . verſiculo, item contra hoc dictum de reſcriptis, Dominicus in cap. cum de beneficio, col. 2. de præb. in 6. Oldrad. conſ. 198. incipiente, quæſtio eſt dummodo fuerit colorata, textus in cap. cum noſtris de conceſſ. præb. cum (vt dictum fuit) in quibuſcumque literis Apoſtolicis hæc clauſula ſubintelligatur (licet non fuerit appoſita) *dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum*, idem Abbas in cap. ex parte, 3. notab. 2. de decimis, Rota deciſion. 445. incipient. nota licet prius metus, idem Gomes in hac regula, illa quæſt. 1. vbi plus dicit, nempe omiſſionem eorum, quæ tacitus inſunt plus operari, quam illorum expreſſionem, quod probat ex dicto Felini, in cap. ſuper literis, colum. 8. verſicul. 5. de reſcriptis. quemadmodum & hæc clauſula cenſetur inſerta, *ſi preces veritate nitantur*, can. Beatus, 22. qu. 2. can. Beata Maria, 27. quæſt. 2. cap. quemadmodum de iureiurando, textus, & ibi gloſa in cap. ex parte 1. verb. conditio, illo titulo de reſcriptis, dixi vbi de Summo Pontifice, quæſtione 3. in fine. 55 56 57

Declarationibus, quibus patefit voluntas ſuperioris in re declarata, cap. is qui. §. diſtinctos de regularibus in 6. extrauag. exhibita de priuileg. in communib. cap. paſtoralis de clerico ægrotante in 6. cap. veniens, verſicul. declarantes de verborum ſignificatione, illo libro, iden dicitur declaratio, ſuperioris ſuper re dubia debita facta inſinuatio, cap. quoniam de 58

conſtitutionibus, cap. ad aures de reſcri- A
ptis,& hæc declaratio, quæ fit aliquando
ad preces ſubditorum, cap. cum contin-
gat, & cap. olim, ibidem, de reſcriptis,
cep. ex literis de conſuetudine, cap. licet
de officio ordinarij, extrauag. declaratio-
nes de decimis in communibus, ius facit
generale, præſertim quando fit ad legem,
vel conſtitutionem antea factam, idem
Felinus in illa rub. de reſcriptis, Rebuffus
in concordat. rubr. de collationibus, §.
ſtatuimus, 2. verb. villis muratis, qua
59 dubia referantur, & obſcura panduntur,
Oldrad. conſilio 177. ante omnia, &c.
colnmna finali.

60 Et eius eſt declarare, cuius eſt conſti- B
tuere,& promulgare, can. clericum, §. ex
his omnibus, 11. quæſt. 1. gloſa in cap. fi-
nali, verb. declarantes de conſtitutioib.
textus, & ibi gloſa io cap. inter alia, verb.
vt igirur vnde ius prodiit, interpretatio
quoque procedat de ſententia excom-
municationis, cum ergo Papa fecerit prio-
res conſtitutiones quoad ius quæſitum,
dignum fuit, vt idem faceret hanc regu-
lam habentem vim decreti, ibi. *ſtatuit,* &
declarationis, ibi. *& declarauit*, cap. per-
petuo declaramus edicto, de conſecratio-
ne Eccleſiæ in 6. *conſonum enim eſt rationi*
vt quoties circa negotia varia dubitationis C
ſcrupulus emerſerit, ad ipſius declarationem
recurratur, qua diſponente domino inter om-
nes Eccleſias meruit obtinere principatum,
dicit textus in cap. cum apud ſidem de
ſponſalibus in aotiq. & quis (ait Impera-
tor) legum ænigmata ſoluere,& omnibus
aperire idoneus eſſe videbitur, niſi cui ſo-
li legiſlatori eſſe conceſſum eſt, lege vlti-
ma, cod. de legibus, ideo rectè expectatur
declaratio Summi Pontificis, vt ibi certi-
tudinem inuenire gaudeant inferiores,
vbi noſcuntur magiſterium fidei ſuſcepiſ-
ſe, ait Adrianus III. in cap. 1. de coniugio
leproſorum in antiq. cap. vno de bigamis D
61 in 6. & ex qno iura omnia naſcuntur,
quæ in ſcrinio ſui pectoris habere digno-
ſcitur, dicit textus,& ibi Doctores in cap.
1. de conſtitutionibus, illo lib. 6.

62 *In cauſis*. intellige iudicialibus, iuxta
dictum Gomeſium ibi, quæſt. 2. qui aſſe-
rit ita fuiſſe limitatum à Rota, vſque ad
tempora domini Adriani VI. vox enim
hæc *cauſa*, pro lite ſumitur paſſim in iure
canonico, cap. cauſam de reſcriptis, cap.
nonnulli. §. vno, ibi. *fingunt cauſas*, ibid.
cap. cauſam de electioo. in antiq. cap. de
cauſis de officio delegati, & multis alıis in
locis, vt cap. cauſam matrimonij, ibid.

Hodie tamen propter regulam dicti 63
Adriani, & regulam editam nouiſſimis
temporibus à Paulo III. reducenda eſt
regula ad omnes gratias factas ante iudi-
cium, in iudicio, & poſt iudiciuoı, & ad 64
omnes cauſas, ſiue minores, ſiue maiores,
quæ ſunt illæ, quæ ſunt reſeruatæ ſanctæ
Sedis oraculo definieodæ, Panormitaous
in cap. 1. ootab. 4. de tranſlatione Epiſc.
ſiue regulares, ſiue ſeculares, can. cleri-
cum, §. ex his omnibus, 11. quæſt. 1. ſiue 65
criminales, ſiue ciuiles, ſiue mixtas, cap.
per tuas de procuraroribus, & demum ad 66
omnes cauſas, tam iuſtitiæ, quàm gratiæ,
cum in his omnibus eadem ratio pugnet,
vt benè notauit idem Gomes loco citato,
nulli enim io vlla cauſa eſt præiudicium
inferendum dicto cap. ſuper eo de officio
delegati.

Plerumque, ita loquitur cap. plerũque de 67
reſcriptis, notatur in can. placuit, ibi. *ſicut*
plerumque fit, 90. diſtioct. can. plerumque,
11. qu. 3. cap. plerumque de donationibus
inter virum, & vxorem, idem ſignificans
ac vt plurimum, cap. fœlicis de pœnis in
ſexto.

Suggeſtionem, id eſt oarrationes, à verbo 68
ſuggero, id eſt, narro, can. primatus, vbi
Archidiaconus, diſtinct. 71. quæ vox vt
plurimum ſumitur in malam partem, cap.
ſuper literis, ibi. *vel ſuggeſta falſitas*,& cap.
ſi quando, ibi. *quod praua fuerit nobis inſi-*
nuatione ſuggeſtum, de reſcriptis, cap. ve-
nerabilem, & cap. dudum de electione,
cap. cum in iuuentute, ibi. *quia tamen eius*
ſuggeſtio non de radice charitatis radice pro-
cedere videbatur, de præſumptionibus, cap.
ſuggeſtum, & cap. ſuper eo quod de ap-
pellatiooibus, cap. 2. de confirmatione
vtili, cap. cum noſtris, ibi. *eo quod per falſi*
ſuggeſtionem, de conceſſione præbendæ,
quamuis aliquando ſumatur io bonam 69
partem, can. credo placere, 21. quæſt. 3.
cap. ſollicitæ, ibi. *vtrum tibi iuſta ſuggeri-*
mus, de maioritate, cap. ſuggeſtionis de
appellationibus.

Iuſtitia poſtponatur, quod fieri numquam 70
debet, nec eoim debet per iodicia patere
iniuriis aditus, quem ioris obſeruantia in-
terdicit, dicto cap. nonoulli, cap. qualiter,
& quando accuſationibus, alias poſtpone-
tur à domino, qui oegligit iuſtitiam, vt di-
co, vbi de foro Eccleſiaſtico, in penultima
diſputatione, cum non debeant inde in-
iuriæ naſci, vnde iura naſcuntur, can. 71
peruenit, 21. qo. 3. gloſa io dicto cap.
qualiter, & quando, verbo, naſcantur.

Decreuit, vnde vides regulam habere 72

vim decreti, can. in antiq. 12. quæſt. 2. can. decernimus, 16. quæſt. 7. cap. clericis, §. nos igitur de immunitate Eccleſiar. in 6. cap. conſtitutionem, §. ſtatutum de verborum ſignificatione, illo lib. ergo venit ſeruanda, cap. canonum, & ibi Canoniſtæ de conſtitut. apud dominum Gregorium.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS QVINTÆ.

1. *Regula 28. Cancellaria Apoſtolica educta fuit ex iure Canonico.*
2. *Regula 28. Cancellaria, hic inſeritur.*
3. *Regula iſta de veriſſima notitia facta fuit ad obuiandum fraudibus.*
5. *Mens regula, hic apponitur.*
6. *Regula habet locum in Papa, Legato, & quolibet ordinario.*
7. *Gratia omnes cadunt in regula.*
8. *Permutationes non ſunt prouiſiones libera, ideo in his non habet locum regula.*
9. *Omnia beneficia vacantia per mortem, includuntur in regula.*
10. *Beneficium Curatum, quodnam dicatur.*
11. *Beneficium ſimplex, quodnam ſit.*
12. *Beneficia ſecularia, quanam ſint.*
13. *Secularis non poteſt eligi ad pralaturas regulares.*
14. *Regularia beneficia, qua dicantur.*
15. *Regula habet locum in ſolis beneficiis vacantibus per mortem.*
16. *Beneficium vacans per reſignationem, non includitur in regula.*
17. *Tempus datum ad conferendum computatur à die notitia obitus, non à die obitus.*
18. *Stante fama mortis, poteſt licite beneficium conferri.*
19. *Impetratio beneficij non vacantis eſt nulla, etiam ſi poſt impetrationem illa ſequatur.*
20. *Collatio facta iure prauentionis eſt nulla in caſu hic inſerto ex vi regula.*
21. *Summus Pontifex poteſt derrogare regula de veriſſimili notitia obitus.*
22. *In caſu reſignationis, regula iſta non habet locum.*
23. *Prauentio fraudulenta non prodeſt prouiſo per prauentionem.*
24. *Conſtitutiones reſpiciunt regulariter futura.*
25. *Conſtitutiones poſſunt retrahi ad praterita, in caſu hic inſerto.*
26. *Regula iſta de veriſſimili notitia obitus, retrograditur ad praterita.*
27. *Regula de veriſſimili notitia obitus, importat canonem lata ſententia.*
28. *Poſſeſſio triennalis non ſuffragatur nulliter prouiſo ex vi iſtius regula.*
29. *Sententia iudicis non eſt neceſſaria ad declarandam incurſionem nullitatis actus in caſu regula.*
30. *Dictio* niſi, *eſt reſtrictiua.*
31. *Veriſſimilitudo computatur à die obitus.*
32. *Collatio pramatura eſt ipſo iure nulla.*
33. *Clauſula* etiam ſi per obitum, *non impedit nullitatem conceſſionis.*
34. *Olim collationes facta de beneficio vacante à Summo Pontifice ignorante vacationem erant valida.*
35. *Longius tempus dari debet ob maiorem locorum diſtantiam.*
36. *Collatio Summi Pontificis facta die mortis, eſt de iure bona.*
37. *Illud præſumitur pracedere, quod de iure venit præcedendum.*
38. *Summus Pontifex poteſt derrogare regulis Cancellaria.*
39. *Tempus veriſſimilitudinis quomodo reguletur in regno, hic docetur.*
40. *Regula iſta de veriſſimili, eſt ſancta.*

QVÆSTIO QVINTA.

De regula vigeſima octaua Cancellaria Apoſtolica, dicta de veriſſimili notitia obitus.

APponendam cenſuimus iſtam regulam 28. Cancellariæ Apoſtolicæ dictam de veriſſimili notitia obitus, quæ educta fuit ex Concilio Lateranenſi, relato in cap. 2. de conceſſione præbendæ, & ex cap. deteſtanda, illo titul. in 6. propter mirabiles, & ſingulares eius effectus, quos notauimus in decurſu illius, quam hic habes. 1

Regula 28. Cancellaria Romana, de veriſſimili notitia obitus.

ITem voluit, & ordinauit, quod omnes gratia, quas de quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis cum Cura, vel ſine Curà, ſecularibus, & regularibus per obitum quarumcumque perſonarum vacantibus in antea fecerit; nullius roboris, vel momenti ſint: niſi per obitum, & ante datam gratiarum in huiuſmodi tantum temporis effluxerit, quod interim vacationis 2

ipſa de locis, in quibus perſona prædicta deceſ-
ſerint, ad eiuſdem dicti domini noſtri notitiam
veriſſimiliter potuerit perueniſſe.

3 En regula iuri conſona, Ioannes Andr.
in cap. ex tenore qui filij ſint legitimi,
quæ in hoc regno ſeruatur, & quæ inſerta
fuit in regiſtro Senatus huiuſce Pariſien-
ſis, die 20. Nouembris, anni 1493. & cui
non poteſt ideo dertogari à iudicibus, tum
Eccleſiaſticis, quum laicis huiuſce imperij
Gallici, teſte Corraſio in ſuo tractatu be-
neficiali, parte 2. cap. 3. veniamus ad eius
interpretationem, tum generalem, cum
particularem.

4 Vult dominus Ioannes XXIII. author
regulæ, non vero Martinus V. (quidquid
dicant aliqui) qui Papa tantum longam
præfationem huiuſce regulæ cauſam edi-
tionis illius ad longum enarrantem re-
5 ſecauit, vt nulla ſit a ſe facta, vel à quo-
quam emanans collatio per mortem, niſi
tantum temporis efflaxerit à die obitus
quantum neceſſarium eſt vt notitia vaca-
tionis veriſſimiliter peruenire potuerit ad
dictum collatorem, & hoc ad interclu-
dendam viam, quæ ſatis antea patebat ad
captandam mortem beneficiatorum, non-
obſtante prohibitione tum dicti Concilij
Lateranenſis, quum Bonifacij VIII. cu-
ius nulla habita fuerat ratio.

6 Et habet locum hæc regula in quoli-
bet collatore, ſiue Papa, ſiue Legato, ſiue
ordinario, cum ſit eadem ratio, gloſa in il-
la regula, Coſma Guymier in pragmatica,
rub. de collationibus, verb. faciendas, Go-
mes in hac regula, quæſt. 1. Antonius Fa-
ber in ſuo codice, tit. de ſacroſanctis Ec-
cleſiis, Rebuffus in praxi ſuper hanc regu-
lam, gloſa 5. de Ripa in cap. 2. in fine de
reſcript. dixi vbi de Summo Pontifice.

7 *Omnes gratia*, quæ ſunt gratæ, & liberæ
conceſſiones beneficiorum, Archidiaco-
nus in can. gratia, 1. quæſt. 1. cap. tibi qui
8 gratiam de reſcript. in 6. & hæc verba ex-
cludunt permutationes ab hac regula,
idem Rebuffus loco citato, gloſa 2. cum
non ſint gratæ conceſſiones, ſed neceſſa-
riæ, & coactæ, per cap. vnum de rerum
permut. in 6. & per clementinam vnam,
illo titulo.

9 *Quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis*, omnia &
ſingula beneficia vacantia per mortem,
includuntur in regula, per hunc textum
vniuerſalem, cap. 1. de regulis iuris in 6.
notatur in cap. licet, de præb. illo lib.

10 *Cum cura*, quam dicitur propriè habere
Eccleſia, quæ habet parochiam in qua eſt
talis cura, non per vicarium perpetuum,
A ſed per proprium rectorem, ceu parochũ
exercenda, extrauag. execrabilis, illo tit.
in extrauag. Ioannis 22. Doctores in cap.
vno de officio ordinarij, in clement. dixi
vbi de beneficiis in abſtracto, diſputat. 2.
quæſt. vltima.

Sine cura, illa dicitur Eccleſia ſine cura, 11
quæ nec habet curam, nec populum, nec
clerum, cap. ne inter de renunciatione,
talis eſt Capella data in titulum, Pariſius
lib. 12. quæſt. 3. num. 6.

Secularibus, quænam dicantur beneficia 12
ſecularia, dixi in illa quæſtione vltima, vbi
docui eſſe illa quæ ſolis ſecularibus affi-
B ciuntur, vel ex fundatione, vel ex ſtatuto,
cap. Deus qui, de vita & honeſt. clerico-
rum, cap. finali §. præcipimus de ſtatu mo-
nach. cap. 1. de electione in clement. vel
ex præſcriptione, cap. cum de de præb.
in 6. vbi etiam docui non poſſe regulares 13
eligi ad beneficia ſecularia, cap. nullus de
electione in 6. notatur in cap. monachi
de ſtatu monachor. cap. officij de elect.
nec è contra, cap. cauſam, & cap. cum ad-
uerſus, illo titulo in clement.

Regularibus, quæ regularia beneficia ſo- 14
lis regularibus aſſignari debent, cap. inter
quatuor de ſtatu monachorum, vti eis tan-
tum debita, cap. cum ſingula, & dicto cap.
C cum de. Rebuffus in concordat. rub. de
collationib. §. volumus.

Per obitum, non per reſignationem, per- 15
mutationem, nec per alium modum legi-
timum vacationis, cap. non ne de præ-
ſumptionibus, cum illi omnes modi ſint
realiter diſtincti à vacatione per obitum,
vt ſatis ſuperque notatum fuit, & proba-
tum, cur autem regula non habeat locum 16
in his, eſt quia in illis ceſſat ratio, quæ de-
dit locum promulgandæ regulæ, nempe
votum captandæ mortis, cum potius deſi-
derare debeat reſignatarius vitam reſi-
gnantis, quam eius mortem, ob quam in-
D teruenientem ante conceſſionem gratiæ
poſſet priuari beneficio ſibi reſignato.

Obiicies ſi hoc eſſet, ſequeretur non
poſſe ordinarios cõferre beneficia, quam-
uis illa vacent, conſequens eſt contra ius
commune, tota rubrica de conceſſione
præbendæ, & Eccleſiæ vacantis, ergo,
&c. Reſpond. diſtinguo ſequelam quam-
uis vacent & vacare non noſcantur, con-
cedo, & vacare noſcantur, nego.

Inſtabis poteſt quilibet collator confer- 17
re beneficium de cuius vacatione per
mortem eſt fama, gloſa communiter ap-
probata, in can. non oportet de conſecra-
tione, diſtinct. 5. ergo, & à fortiori poterit

conferre ſi vacet. Reſp. conceſſo antece- A
dente, diſtinguo conſequentiam ſi vacet,
& ſit fama vacationis, C. ſi vacet, & non
ſit fama, nego conſequentiam, quinimo
poterit, vt dixi ſuprà, vbi de Summo Pon-
18 tifice, collator beneficium non vacans
conferre dummodo ſit rumor, vel fama
mortis beneficiati, quo tamen reuerten-
te, qui pro mortuo habebatur, collatio ha-
bebitur pro non facta, Cardinalis conſilio
44. pro domino, & hac cauſa tempus
conferendi computatur à die notitiæ obi-
tus, non vero à die obitus (vt ibi docui
19 quæſt. 3.) in qua oſtendi, impetrationem
beneficij non vacantis eſſe ipſo iure nul- B
lam, etiam ſi mors poſtea ſubſequatur,
propter ſuſpicionem dicti voti, quæ ori-
tur contra ipſum impetrantem, qui ideo
de iure priuatur commodo illius, Rebuff.
in concordat. in proœmio, verb. alieni
fati, & debent omnes non ſolum cauere
à malo, ſed & à ſuſpicione mali, cap. cum
ab omni, de vita, & honeſtate clerico-
rum.

20 Hinc (ſicuti probaui ibi) non valet
præuentio Papalis, de qua in dicto con-
cordat. rub. de mandatis Apoſtolicis. §.
declarantes, verb. iure præuentionis, &
eſt textus in cap. dudum de præb. in 6. ſi
tantum temporis non effluxerit à die obi- C
tus, quantum debet, vt veriſſimiliter dici
queat potuiſſe Summum Pontificem ha-
bere notitiam mortis, vt ibi aſſerit idem
Rebuffus iudicatum fuiſſe.

21 Limita ſi fuerit derrogatum regulæ in
ſignatura impetrationis, quod tamen non
reciperetur in regno, in quo regula (vt
fuit aſſertum) ſeruatur in iudiciis vti lex
regni, contra quam nullæ admittuntur de
ſtylo Pontificiæ derrogationes.

22 Limita 2. ſi cauſa renunciationis reſi-
gnatarius ad Papam iret, tunc enim (vt
benè notat idem Rebuffus) quia ceſſat ra-
tio regulæ tempus computaretur à die re- D
ſignationis, vel procurationis, non à die
obitus, gloſa pragmatices, in rubrica de
collationibus, §. neque, verbo, facienda,
Ioannes de Selua in ſuo tractatu benefi-
23 ciali, parte 3. quæſt. 46. Niſi cælaretur
corpus beneficiati reſignantis, vt fuiſſe iu-
dicatum à Senatu Burdigalenſi, teſtatur
Boerius, quæſtione 287. quo caſu præ-
uentio Papa non valeret, ſed collatio or-
dinarij, probaui ſuperius ſatis fusè.

24 *In antea dixerit*, hæc regula retrogradi-
tur ad præterita, licet de ſui natura omnis
regula ad futura tantum tendat, cap. fina-
li, ibi. *niſi nominatim in eis de præteritis ca-*
ueatur, & ibi gloſa, verb. futura de conſti-
tutionibus, notatur in can. ſic quidam, ibi.
quod factum taliter in præterito corrigatur, 25
vt & in futuro (ne fiat) prohibeatur, 10. quæ
r. ad audientiam, ibi. *Mandamus quatenus*
eos, qui, & impetrabunt de cætero, & hactenus
impetrauerint, de reſcriptis, cap. cum in
cunctis. §. inferiora, ibi. *hoc ſanè non ſo-*
lum de promouendis, ſed etiam de his, qui iam
promoti ſunt, (ſi canones non obſiſtant) præ-
cipimus obſeruari, de electione apud Gre-
gorium.

Ex his collige regulam hanc eſſe retro- 26
gradientem, cum ad præterita aſpiciat;
annullando prouiſiones iam factas de qui-
buſcumque beneficiis per obitum vacan-
tibus, & hoc in odium talium malitiosè
prouiſorum, cap. plerumque de reſcript.
cap. auaritiæ de elect. in 6. qui voluerunt
ſibi ſedes alienas fraudulenter vendicare;
cap. nihil eſt, illo titul. de electione apud
Gregorium, cap. 2. de conceſſione præ-
bendæ.

Nullius roboris, vel momenti, en canon 27
latæ ſententiæ, cap. quiſquis de electione,
cap. quoniam, eo titulo in 6. & decretum
irritans, cap. quamuis, & cap. ſequenti de
verborum ſignific. cap. 2. de præbendis,
illo lib. 6. Abbas in cap. nouit, num. 8. de
his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu
capit. gloſa in cap. vno, de clericis non re-
ſidentibus, illo libro, & de hoc non eſt am-
plius diſputandum, cap. vt præteritæ, illo
titul. de electione, cum hic Summus Pon-
tifex clarè loquatur, qui ſolus poteſt iuris
dubia ſoluere, cap. ſicut dignum de ho-
micidio in antiqua.

Ideo poſſeſſio triennalis non poteſt fa- 28
cere tutum iſtum prouiſum, cum ex dictis
prouiſio nulla ſit, Rebuffus in hac regula,
gloſa 6.

Obiicies verba illa important canonem
ferendæ ſententiæ tantum, ergo iuuatur
triennalis poſſeſſor ab hac regula, Reſp.
negando antecedens, Hoſtienſis in cap.
præterea in fine, ne prælati vices ſuas, Pa-
normitan. in cap. in quibuſdam, numero
7. de pœnis, & eſt communis opinio Do-
ctorum in cap. licet, canon de electione
in ſexto.

Hinc non eſt neceſſaria ſententia iudi- 29
cis ad declarandam talem incurſionem
nullitatis prouiſionis, quæ pœna eſt in
odium perſonæ inuenta, Canoniſtæ in
cap. cognoſcentes, & ibi gloſa de conſti-
tut. gloſa in cap. decet de immunitate
Eccleſiar. in 6.

Niſi, vox limitatiua eſt, cap. ſuper lite- 30

teris, & cap. nonnulli, ibi. *niſi de aſſenſu partium impetrata fuerint*, de reſcriptis, notatur in cap. cum acceſſiſſent de coostitutionibus, cap. cum ranto de conſuetudine, cap. licet, ibi. *niſi maior concordia interceſſerit*, de electione, cap. ſi ſoli de conceſſione præbendæ in 6. clementina in pleriſque, ibi. *niſi ſpeciali ſuper hoc authoritate ſedis Apoſtolica fulciatur*, illo titulo de electione.

31 *Per obitum*, iſta veriſſimilitudo regulæ computatur à die obitus, ex hoc textu, cui ſtari debet, Baldus in rubrica de probationibus, Pariſius in tractatu de confidentia beneficiali, qu. 28. num. 125.

Gratiarum, ſic dicuntur prouiſiones omnes, & conceſſiones liberæ beneficiorum, (vt dixi ſæpius) quia gratis dari debent, iuxta illud *gratis accepiſtis, gratis date*, can. preſbyter, 1. quæſtione 1. can. Saluator, 1. quæſt. 3. cap. penultimo, & ibi Doctores de electione.

32 *Tantum temporis effluxerit*, adhoc vt bona ſit prouiſio quęuis, debet tantum temporis effluxiſſe à die mortis beneficiati, quantum debet veriſſimiliter vt poſſit adiri collator, qui debet prouidere de beneficio vacanti per obitum, alias haberet locum regula, & prouiſio eſſet nulla, 1. *vt præmatura*, 2. propter votum captandæ mortis, cap. deteſtanda de conceſſione præbendæ in 6.

33 Fallit ſi curſus fieret cum procuratorio ad reſignandum, quo caſu, vt dixi vbi de Summo Pontifice, in quæſtione 2. bona eſſet prouiſio Papalis, quia tunc ceſſat ratio regulæ, & omnis cauſa fraudis, & malitiæ, ergo ceſſare debet & effectus, cap. cum ceſſante de appellationibus, rationem habes inſertam in illa quæſtione, quam hic non repeto, notabis tantum vnum ſingulare, nempe, bonas ſemper fuiſſe collationes Pontificias factas ante hanc regulam de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, vt rectè notauit Ioã- A nes Monachus in cap. ſi tibi de præbendis in 6. idem dicendum de prouiſionibus ordinariorum, gloſa in cap. in electionibus de electione, illo libro, hodie tamen non obſtante regula.

34 *Quodve vacationes de locis, in quibus deceſſerint*, ſtatuit dominus Papa, vt tempus 35 iſtius veriſſimilitudinis deſumatur ex locis, in quibus moriuntur beneficiati, ideo longius tempus dandum erit loco remotiori, & breuius viciniori, cap. quoſdam de præſumptionibus, Gomes in regula de publicandis, quæſt. vltima.

36 Eſt tamen bona, & valida gratia Summi Pontificis facta eo die, quo mortuus eſt B beneficiatus, dummodo potuerit veriſſimiliter haberi notitia obitus, vt agnouit Rebuffus in hac regula, gloſa 8. propter 37 rationem ſuperius adductam, nempe morte ſimili; & prouiſione concurrentibus præſumi de iure cenſeri præcedere mortem, quæ debet de iure præcedere.

38 Nota 2. habere locum regulam in prouiſionibus ordinariorum propter identitatem rationis, ita fuiſſe iudicatum à Senatu Tholozano, teſtatur idem Rebuffus ibi, gloſa 5. & à Senatu Pariſienſi, aſſerit Papon libro recollectionis arreſtorum, arreſto vltimo ſuper hanc regulam.

39 Nota penultimo, poſſe Summum Pontificem derrogare regulæ, can. quodcum- C que, 24. quæſt. 1. eius eſt enim ſoluere cuius eſt ligare, cap. cum inferior de maioritate, cap. quia quorundam de verborum ſignif. in extrauagantib. Ioannis 22.

Nota vltimo, receptum fuiſſe in Gallia poſſe curſores æſtiuo tempore ire Romam intra ſeptem dies, hyemali intra decem, & equites mitti ad legatos, & ad ordinarios, non vero tales curſores, teſte Charonda libro Pandectorum iuris Gallici.

40 Et hanc regulam ſanctam vocat Gomes in hac regula, vti dixi in illa quæſtione 2. vbi de iure præuentionis Papalis.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VLTIMÆ.

1. *Regula 21. dicta de unionibus ſeruatur in regno, & hic apponitur.*
2. Item, *principium eſt narrationis rei nouæ.*
3. Voluit, *verbum importans neceſſitatem ſubditis, obtemperandi.*
4. *Per verbum* voluit, *ſit conſtitutio.*
5. Beneficium, *larga vox eſt, omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica comprehendens.*
6. Teneantur, *verbum præceptiuum eſt.*
7. *Reditus beneficiales deputati ſunt ad nutriendos poſſeſſores.*
8. *Verus valor dicitur deductis oneribus.*
9. *In impetrationibus beneficiorum debet exprimi verus valor.*
10. *Stylus Romanæ Curiæ eſt attendendus.*
11. *Valor probari debet de tempore facta vnionis, vel gratiæ.*

12. Valor probari debet ſecundum communem æſtimationem. A

13. Decima debet leuari ſecundum taxationem conſuetam.

14. Stilus regni eſt contrarius regulæ de valore exprimendo.

15. Author regulæ eſt Vrbanus VI.

16. Beneficium vniendum dicitur minus principale.

17. Reſidens in beneficio digniori, diſpenſatur à reſidentia in minus digno.

18. Vox alioquin *idem eſt ac quibus deficientibus.*

19. Vnio, quid ſit.

20. Duo debent eſſe ad minus beneficia in qualibet vnione. B

21. Vnio eſt nulla facta ſine cauſæ cognitione.

22. Cauſa neceſſitatis, vel publicæ vtilitatis, dicitur eſſe cauſa legitima.

23. Vniones fieri debent à ſuperioribus, & ibi dicitur quinam ſint illi.

24. Vniones fieri debent ab Epiſcopis, de conſenſu Canonicorum Cathedralium.

25. In vnionibus non requiruntur conſenſus beneficiatorum.

26. Canonicæ vniones, quænam dicantur.

27. Vniones debent eſſe perpetuæ.

28. Soli conſtituti in dignitate poſſunt eſſe delegati Papæ.

29. Commiſſio debet ſemper fieri ad partes, & ibi explicatur, cap. per inquiſitionem de electione apud Gregor. C

30. Canoniſtæ debent ſumi à Summo Pontifice in vnionibus faciendis.

31. De veritate precum inquiri debet à commiſſariis.

32. In vnionibus faciendis vocari debent hi, quorum intereſt.

33. Patronus debet vocari in vnione ſui beneficij iuris patronatus.

34. Beneficiato nullum infertur præiudicium per vitam ex vnione facienda de ſuo beneficio.

D

QVÆSTIO VLTIMA.

De regula 21. Cancellariæ, dicta de vnionibus.

ISta regula 21. Cancellariæ Apoſtolicæ eſt de recentis in regno, de ea igitur agendum eſt, & de omnibus requiſitis à iure ad vniones rectè faciendas, ſed prius apponenda eſt regula, quæ ita dicit.

Regula de vnionibus.

ITem voluit quod petentes beneficia Eccleſiaſtica vniri aliis, teneantur exprimere verum, & annuum valorem ſecundum communem æſtimationem, tam beneficij vniendi, quam illius, cui vniri petitur: alioquin vnio non valeat, & ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes (vocatis quorum intereſt) & idem voluit obſeruari in confirmationibus vnionum factarum 1

2 *Item*, principium narrationis rei nouæ, cap. prærerea de dilationibus, & idem eſt ac inſuper, cap. inſuper de teſtibus, cap. cum ſit de appellationibus, vel prætcrea, cap. prætcrea, illo titulo de appellat. cap. præterea de clericis non reſidentibus, cap. prærerea de conuerſ. coniugat. vel rurſus, cap. prærerea de cenſibus, cap. per tuas de ſymonia, cap. prærerea extra ne prælati vices ſuas, cap. præterea de apoſtatis, & cap. ſicut dignum, §. inſuper de homicidio.

3 *Voluit*, neceſſitas obtemperandi importat, cum ab habente poreſtatem omnimodam profertur, clement. vnica de immunitate Eccleſiarum, & clemenr. 1. de iure patronar. cum ſit pro ratione voluntas, can. placuit, 33. quæſt. 5. cap. placuit de teſtibus, cap. ſuper his de teſtibus cogendis, cap. placuit de præſcriptionibus, cap. placuir de empt. & venditione, cap. placet de conuerſione coniugatorum, cap. excommunicamus, §. volumus, vltim. de hæreticis, Cardinalis in clemenr. 1. §. volumus de foro competenti, ideo per illud 4 verbum fit conſtitutio, clement. cum conceſſa de electione, clement. vnica de officio vicarij, notatur in cap. ſi motu de præbend. in 6. Panormitanus in cap. perſonas, per illum textum de teſtibus, Rebuffus in rub. de collationibus, §. volumus in concordatis, dixi pluries ſuprà.

5 *Beneficia*, verbum hoc largè ſumitur, vt ibi gloſa, & Doctores in cap. [illegible]. de regulis iuris in 6. iidem in cap. ſi gratioſè de reſcriptis, illo libro, gloſa in cap. poſtulaſtis, eodem titulo de reſcriptis apud Gregorium, gloſa, & ibi Doctor. in clement. vnica de renunciatione, ideo eius appellatione venit dignitas, textus in cap. de multa de præbendis, gloſa in clement. auditor, verb. beneficio de reſcriptis, textus in cap. cum liberum, & ibi gloſa de ſepulturis, & in cap. olim de verborum ſignificatione.

6 *Teneantur*, præceptum facit ideo paren-

rendum, clement. exiui de verborum ſi-
gnific. gloſa in cap. duobus, verb. *teneantur*, de reſcriptis in 6. nam quod præcipi-
tur imperatur, & quod imperatur neceſſe
eſt fieri, & ſi non fiat pœnam habet, ait
textus in can. quiſquis, 14. quæſt. 1. cap.
in his extra de verborum ſignificatione,
gloſa in §. inſuper de collatio. in pragm.
Rebuff. in rub. de collationibus. §. 1. ver-
bo, *teneatur*, idem in §. præfatique ordi-
narij, verbo hic *teneantur*.

7 *Verum, & annuum valorem*, nempe redi-
tuum beneficialium, qui fuere deputati
vt ex illis honeſtè viuerent clerici, cap.
cum ab omni, de vita, & honeſtate cleri-
corum, cum qui altari ſeruit, de altari vi-
uere debeat, & qui ad onus eligitur repel-
li non debeat à mercede, ait Innocentius
III. in cap. cum ſecundum de præbendis,
8 & hic verus valor dicitur deductis oneri-
bus, Felinus in cap. ad noſtram, col. 2. de
iureiurando, Caſſad. deciſ. 19. de præb.
Rebuff. in tract. nomination. quæſt. 9.
num. 34. & 35. vbi ita ſeruari in Gallia
aſſerit, & eſſe notandum, ait Felinus in
cap. ad aures, col. vlt. de reſcriptis.

9 Idem dic in impetrationibus beneficio-
rum, in quibus debet exprimi verus valor,
Felinus in dicto cap. ad aures, Doctores
iuncta gloſa in clement. 1. de præb. pro-
pter ſcilicet ſolutionem annatæ, vt patet
ex rubrica de annata in pragmat. & in
concordatis, Barbat. in dicto cap. ad au-
res, num. 40. & Oldradus conſ. 216. &
10 talis eſt ſtilus Romanæ Curiæ, qui venit
attendendus & habendus pro lege, Rota
deciſ. 2. de appellat. in nouis, Guido Pap.
conſ. 119. num. 4. alias nulla eſſet proui-
ſio. Rota deciſ. 19. de reſcript. in antiqu.
Capella Tholozana deciſione 436. De-
cius in dict. cap. ad aures, num. 10. Ioan-
nes de Selua de benef. part. 3. quæſt. 12.
num. 2. & num. 40.

11 Probandus eſt autem iſte valor de tem-
pore prouiſionis, non vero ab antiquo
tempore quando impetratur beneficium
à Papa, Felinus in dicto cap. ad aures, col.
vlt. verſicul. 16. Oldrad. conſil. 58. Sar-
nen in regula de valore, quæſt. 1. Pariſius
lib. 10. quæſt. 2. num. 51. & per 5. annos
ante prouiſionem, & 5. annos poſt illam,
prout eſt ſtilus Rotæ, teſte eodem Sarnen
in dicta regula de exprimendo vero va-
lore, quæſt. vltim.

12 Et ſecundum communem æſtimatio-
nem fit probatio, quando agitur de vnio-
nibus faciendis, tantum enim valent be-
neficia quantum valere creduntur com-
A muniter, argum. deducto ex §. finali, ibi.
ſecundum communem æſtimationem, de mã-
dat. Apoſtolicis in concordat. facit clem.
vltim. de decimis, vbi dicit Clemens V.
quod ſi cui decima cõcedatur ad tempus, 13
debet talis decima leuari ſecundũm taxa-
tionem conſuetam decimæ, & ad mone-
tam currentem, & notatur in cap. 1. de
emptione, & vend. & in cleme. ſi benefi-
cium de decimis, Rebuff. in dicto tractat.
nominat. quæſt. 9. num. 37. & debet ſu-
mi æſtimatio à loco in quo ſita ſunt bene-
ficia, Ancharus in clement. vnica, quæſt.
6. de conceſſ. præb. Ioannes Andræas in
B additione ad Speculatorem, illo titul. col.
penult. verſic. ad aliam quæſtionem.

Nota tamen de ſtilo huiuſce regni non 14
ſeruari hoc, ſed exprimi tantum quod fru-
ctus beneficij, tum vniendi, cum vniti
non excedunt ſummam 24. ducatorum
auri de camera, quamuis per regulam ve- 15
niat exprimendus verus valor factam ab
Vrbano VI. vt notant gloſa, & Doctores
in cap. 1 de præbendis in clement. quoad
impetrationem beneficij, ſed quoad vnio-
nes à dicto Ioanne 23. ita Sarnen. in regu-
la de exprimendo vero valore, in princi-
pio.

C *Vniendi*, quod dicitur minus principale, 16
& illud cui vnitur principale, & reſidens 17
in principali cenſetur reſidere in minus
principali, & minus digno, notat. in cap.
ſuper eo, ibidem de præbendis, & benefi-
cium vnitũ ſumit naturam eius, cui vni-
tur, cap. recolentes de ſtatu monach. &
vtriuſque valor debet exprimi dicto cap.
ad aures, gloſa erudita in clem. 1. illo tit.
& textus eſt ſingularis, in in cap. extir-
pandæ §. vnico, vbi dicitur quod quãdo
parochialis Eccleſia vnita eſt Canonica-
tui reſidens in maiori, & in Canonicatu
excuſatur à reſidentia in parrochiali, illa
rubrica, & ibi Doctores.

D *Alioquin*, cap. ex inſinuatione de re- 18
ſcrip. cap. referẽte, ibi. *alioquin ipſum alte-
ri perſonæ idoneæ beneficio Eccleſiaſtico carenti
incunctanter aſſignes*. de præbend. & hic
ſignificat, *quibus ceſſantibus, vel amiſſis*,
cap. bonæ memoriæ. de confirmatione
vtili, vel inutili, cap. quia de clericis non
reſidentibus, cap. mulieres de iudiciis in
6. cap. 2. de appellationibus, illo libro, &
notatur in dicto cap. extirpandæ. § vnico,
ibi. *alioquin illa ſe ſciat authoritate priua-
tum*, cap. ad decorẽ de inſtit. & cap. cum
ex eo de elect. in 6. iuncta gloſa, licet va-
riis modis accipiatur, hæc dictio *alioquin*,
teſte Panormitano in cap. quoniam, in

fine, de decimis, gloſa, & Doctores in cap. A conſtitutus de teſtibus.

19 *Vnio*, quæ definitur duorum, vel pluriũ beneficiorum cum cauſæ cognitione à ſuperiori in perpetuum facta connexio deducitur, ex textu ſingulari, in cap. expoſuiſti, illo titulo de præbendis.

20 *Duorum*, quia duo ſaltem debent eſſe beneficia, vel plura, dicto cap. expoſuiſti, ibi. *Præbendas Eccleſiæ tuæ poteris de Capellis in perpetuum annectendis eiſdem augmentare*, cap. ſicut vnire, ibi. *Ita Epiſcopi Eccleſiarum ſua diœceſis vnio.* de exceſſib. præl.

21 Cum cauſæ cognitione ſine qua, dicta vnio eſt nulla, vt notatur in dicto cap. B expoſuiſti, quia odioſæ ſunt vniones, vtpote contra ordinariorum iura, ideo reſtringendæ, cap. odia de regul. iuris in 6. priuantur enim per eaſdem (vti ſæpius diximus) dicti ordinarij poteſtate conferendi beneficia, quæ ſemel vnita numquam vacare cenſentur, cap. vno de exceſſibus prælatorum in clementinis, imo & ſunt vniones, contra ius commune, quo quæuis Eccleſia ſuum debet habere miniſtrũ, duæ duos, & non vnum, dicit textus aureus in cap. referente, de præb. apud Gregorium.

22 Et tunc dicitur adeſſe iuſta cauſam vniendi quando adeſt, vel cauſa euidentis C neceſſitatis, vel publicæ vtilitatis, dicto cap. expoſuiſti, quemadmodum iuſtam præbent anſam Eccleſias de nouo erigendi, prout rectè notarunt Canoniſtæ in cap. ad audientiam de Eccleſiis ædificandis.

23 *A ſuperiore*, qualis eſt Summus Pontifex, Doctor. in dicto cap. ſicut vnire, Epiſcopus intra diœceſim, dicto cap. expoſuiſti, clement. vna de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non. de conſenſu tamen ſui capituli, dicit gloſa, communiter approbata

24 in dicta clement. verb. conſentiente capitulo, alias nulla eſſet facta vnio, vt probaui in diſputat. 1. huiuſce libri, quæſtio- D ne penultima, vbi dixi vniones eſſe quaſdam alienationes, per textum ſingularem, in cap. tua nuper, ibi. *cum conceſſiones Eccleſiarum perpetuas, ad alienationes non ſit dubium pertinere*, de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli, ſed non poteſt de iure Epiſcopus alienare irrequiſito ſuo capitulo, ergo.

15 Non debet tamen requiri conſenſus poſſeſſoris beneficij vniendi, (ſicut oſtenſum fuit ſuperius multis in locis) dict. clement. vltima. Rebuff. in praxi de vnionib. Pariſ. lib. 2. qu. 9. num. 7. rationem appono infrà, num. penult.

26 *Canonicè*, id eſt, ſeruatis omnibus quæ ius canonicum præcipit obſeruari, capit. cauſam de reſcript. illa collige, ex infrà dicendis, & ex ſupradictis.

27 *In perpetuum*, quia debet eſſe vniones pepetuæ vt bonæ ſint, dicto cap. expoſuiſti, ibi. *in perpetuum*, & dicto cap. tua nuper.

28 *Commiſſio fiat ad partes*, quando petuntur vniones à ſede Apoſtolica, debet Summus Pontifex cauſam committere ad aliquos viros in iure Pontificio peritiſſimos, & conſtitutos in dignitate, quales ſunt vicarij Epiſcoporum, Abbates, & Canonici Cathedrales, iuxta bonifacinam conſtitutionem, quæ refertur in cap. ſtatutum de reſcriptis in 6. vt inquirant *in partibus*, de veritate precum, & de neceſſitate vniendi, vel alia iuſta cauſa, qualis eſt paucitas parochianorum, qui poſſunt vno eſſe contenti parocho, quoad perceptioné ſacramentorum, & paucitas, vel tenuitas redituum beneficialium, qui duos non poſſunt nutrire ſacerdotes, dicto cap. ad audientiam, & de multis aliis, de quibus debet fieri proceſſus verbalis à talib. commiſſariis Apoſtolicis, qui debent ſemper 29 eſſe in dignitate, iuxta diſpoſitionem dicti cap. ſtatutum.

Obiicies Innocentium III. commiſiſſe pluries monachis cauſas inquirendas *in partibus*, vt colligitur ex capit. per inquiſitionem de electione, in quo dictus Papa Abbati Ciſtercienſi, & duobus monachis Fontis frigidi, Petro, & Rodulpho de Caſtro nouo, commiſit inquiſitionem faciendam de Epiſcopo Tholozano, & de eius Epiſcopatu ſymoniacè obtento, qui poſtea fuit erectus in Archiepiſcopatum, à domino Ioanne XXII. 7. Kalend. Iulij, Pontificatus ſui anno 1. Auenione tunc degente, ob ſchiſma quod erat in Eccleſia, vt patet ex extrauag. Saluator, de præb. in communib, quinetiam illi duo monachi Agatham ſeſe contulerunt, vt ibi de mandato dicti Innocentij inquirerent contra Epiſcopum dictæ vrbis, de quo multa eaque nefanda relata fuerãt eidem Innocentio, prout ipſe conqueritur in ſua decretali cum dilecti de accuſationibus, ſed monachi non ſunt in dignitate conſtituti, 1. quia non ſunt ſui iuris, ſed alieni, vtpote qui omnimodam ſubjectionem, & obedientiam voto ſolemni profiteantur, can. ſunt nonnulli, 6. qu. 1. & 2. quia non ſunt canonici à quibus realiter diſtinguuntur, cap. 2. de poſtulando, cap. quod Dei timorem de ſtatu monach. ergo non eſt

verum delegatos Papæ debere eſſe in dignitate. Reſp. decretalem Bonifacij VIII. quæ habetur in dicto cap. ſtatutum, non fuiſſe editam tempore dicti Innocentij, qui fuit multo ante eundem Bonifacium, nec ideo mirandum ſi quibuſcumque perſonis, ſiue dignitatem habentib. ſiue non, tribuerentur commiſſiones Pontificiæ, quas poſtea voluit dictus Bonifacius ſucceſſor dari ſolis exiſtentibus in dignitate, per dictam ſuam decretalem, ibi. *ſanximus igitur vt nullis, niſi dignitate præditis, &c. de cætero committantur*, & hæc decretalis rigoroſè ſeruatur, & ſtrictè in Curia, vt ſtylus nos edocet.

30 Hinc in omnibus vnionibus faciendis fit hodie delegatio viris dignitate fulgentib. & doctis, cap. cum in iure de officio delegati, ita factum eſt anno Dom. 1462. à Pio II. tertio Kal. Maij, Pontificatus ſui anno 4. qui per ſuam bullam, incipientem, *in Eminentia*, Abbati monaſterij de Iuncellis, Biterrenſis diœceſis, & officiali Lodouenſi commiſit vnionem perpetuæ Capellaniæ, dictæ de Aula Epiſcopali, faciendam menſæ noſtri Capituli, ob pauperes redditus confratrum meorum, & alioru... clericorum in Eccleſia inſeruientium.

Et hi delegati de veritate præcum inquirentes, (quod eſt ratio decernendæ commiſſionis,) vt notatur in cap. ex parte, de reſcript. ſunt maiores ipſis ordinariis in cauſa ſibi delegata, cap. ſanè de off. delegati, & ſi delegatio fiat ad dignitatem (nullo addito nomine proprio) tunc illa tranſit ad ſucceſſorem, per textum admirabile, in cap. quoniam, ibid. dicam fuſius in diſput. penul ·bi de foro Eccleſiaſtico. 31

Vocatis quorum intereſt, illi enim ſunt de iure vocandi, argum. deducto, ex cap. quia & cap. in Geneſi de elect. & his ſpretis annullaretur vnio, quemadmodum & electio, cap. Eccleſia, ibid. 32

Ideo debet vocari patronus in vnione 33
facienda de beneficio ſui iuris patronatus,
Felinus in cap. cum acceſſiſſent, col. 7. de
conſtitut. & eſt communis opinio Doct.
qui dicunt intereſſe patronorum ne bene-
ficia ſua vniantur, ipſis inconſultis, cap. in
Lateranenſi de præb. ideo ſunt citandi,
non vero beneficiatus, cui nullum fit præ-
iudicium in vita per vnionem, dicit gloſa 34
in dicta clement. de rebus Eccl. alienand.

Finis Diſputationis quintæ.

DISPVTATIO SEXTA.

De iure auguſtiſſimo Regaliæ.

Hæc diſputatio nobis apponet, quidquid dici poteſt de hoc iure auguſtiſſimo regaliæ in vnica quæſtione, vbi antiquam conſtitutionem ius illud fundantem, & Philippinam illud corroborantem inſeremus, ad vtriuſque explicationem proceſſuri.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VNICÆ.

1. *Antiqua conſtitutio fundans ius regaliæ, hic inſeritur.*
2. *Nomine Epiſcopi, omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi comprehenduntur.*
3. *Summus Pontifex vocatur Epiſcopus.*
4. *Dominus Rex de iure veteri non habebat ius regaliæ in omnibus Epiſcopatibus ſui Imperij Gallici.*
5. *Regalia non habebat locum in noſtro Epiſcopatu Lodouenſi.*
6. *Dominus Rex habet hodie regaliam in toto ſuo imperio, ex arreſto recentiori, cui ſtandum eſt.*
7. *Ius nouum derrogat veteri, etiam ſi nulla ſit clauſula derrogatoria.*
8. *Mors naturalis Epiſcopi, facit aperturam regaliæ in ſuo Epiſcopatu.*
9. *Mors ciuilis Epiſcopi facit aperturam regaliæ.*
10. *Mors naturalis omnia ſoluit.*
11. *Mors non præſumitur, niſi probetur.*
12. *Regalia duplex eſt, temporalis, & ſpiritualis, & ibi vtraque definitur.*
13. *Reges non debent occupare poſſeſſiones prælaturarum vacantium, niſi in caſibus hic expreſſis.*
14. *Rex Chriſtianiſſimus (ſede vacante) ſuccedit Epiſcopo mortuo in temporalibus prælaturæ, & ibi ratio talis ſucceſſionis apponitur.*
15. *Intereſt patroni, ne bona temporalia Eccleſiæ ſuæ diſſipentur.*
16. *Reges omnes Catholici ſubduntur domino Papæ quoad animam.*
17. *Laici non ſunt capaces rerum ſpiritualiū.*
18. *Rex Chriſtianiſſimus confert beneficia ex priuilegio Apoſtolico.*
19. *Beneficia non curata, ceu ſimplicia, quænam ſint.*
20. *Dominus Rex confert (ſede vacante) beneficia ſimplicia, quæ ſunt de collatione prælatorum tantum.*
21. *Subrogatus non habet plus iuris quam habet ille, in cuius locum fuit ſubrogatus.*
22. *Præbendæ Lodouenſes non cadunt ſub regalia.*
23. *Capitulum Lodouenſe (ſede vacante) debet dare domino Regi turnum Epiſcopi mortui, cui ſuccedit.*
24. *Canonicatus Lugdunenſes non cadunt ſub regalia.*
25. *Dominus Rex non confert beneficia curata, vacantia tempore aperturæ regaliæ.*
26. *Succeſſor Epiſcopus (clauſa regalia) confert beneficia ſimplicia.*
27. *Dubitatio emergit ex rebus incertis.*
28. *Incerta iuſtam præbent anſam legis condendæ.*
29. *Ratio legum condendarum hic inſeritur, deprompta ex iure Pontificio.*
30. Donec, *aduerbium eſt conditionem importans, & ſuſpendens actum in euentum illius.*
31. *Epiſcopus legitimè intrans, quiſnam dicatur.*
32. *Epiſcopus Gallus, quandonam dicatur le-*

gitimè promotus.

33. Prælati debent fateri habere ſuas prælaturas à Domino,& à ſancta Sede.

34. Epiſcopi denegantes talem recognitionem, poſſunt priuari à Summo Pontifice.

35. Summus Pontifex fatetur, ſe à Deo tenere ſuum pontificatum.

36. Epiſcopi Galli, iurant domino Regi propter bona temporalia ſuorum Epiſcopatuum.

37. Iuramentum ad effectum claudendæ regaliæ, debet perſonaliter fieri.

38. Epiſcopi Galli iurant propter iuriſdictionem ordinariam.

39. In cauſa propria, nullus eſt de iure teſtis idoneus.

40. Contra aſſertionem Summi Pontificis, nulla admittitur de iure probatio contraria.

41. Imperatori non creditur dicenti Titium eſſe reum læſæ Cæſareæ maieſtatis, niſi de perduellione conſtet, per probationem.

42. Iudici delegato non creditur, niſi de legatione conſtet per patentes literas.

43. Cardinali creditur aſſerenti ſe legatum factum viuæ vocis oraculo, etiam literis non confectis.

44. Iuramentum Epiſcopi ad effectum claudendæ regaliæ, debet inſeri in regiſtris Cameræ Computorum Pariſienſium

45. Oeconomus poſitus in Epiſcopatu vacante, quis dicatur.

46. Oeconomus diſſipans fructus prælaturæ, tenetur ad reſtitutionem eorumdem.

47. Oeconomus (ſede vacante) non poteſt alienare.

48. Oeconomus (ſede vacante) non poteſt conferre.

49. Oeconomus poſitus à Summo Pontifice poteſt conferre.

50. De iure veteri, œconomus ponebatur in quolibet Epiſcopatu, etiam ſede vacante.

51. Res Eccleſiæ melius tractantur,& ſecurius à duobus, quam ab vno.

52. Soli clerici de iure veteri conſtituebantur œconomi in prælaturis.

53. Oeconomi vocabantur Coadiutores.

54. Coadiutores hodie non dantur in Gallia, niſi ex magna cauſa.

55. Coadiutores debent nutriri de fructibus prælaturarum.

56. Manus regia poſita, quandonam dicatur leuari.

57. Manus regia, fortis eſt, & longa.

58. Vitioſus ingreſſus ad beneficia, reprobatur à iure canonico.

59. Soli iudices Regij poſſunt in regno decernere poſitionem talis manus regiæ.

60. A iudice Eccleſiaſtico, decernente manum regiam, appellari poteſt in regno tam quam ab abuſu.

61. Per poſitionem manus regiæ, poſſeſſio dicitur conſeruari.

62. Lis dicitur finita, quando ventum eſt ad ſententiam, à qua non fuit reclamatum intra terminum iuris.

63. Sententia, à qua non fuit reclamatum intra tempus iuris tranſit in vim rei iudicatæ.

64. Sententia debet redigi in ſcriptis.

65. Sequeſtratio, alia voluntaria, alia inuoluntaria, & ibi vtraque definitur.

66. Depoſitarius denegans depoſitum, committit furtum.

67. Facta in præiudicium manus regiæ, irritantur ipſo iure.

68. Facta in præiudicium appellationis, ſunt ipſo iure nulla.

69. Ante ſublationem manus regiæ non poteſt in regno prælatus adminiſtrare in ſua prælatura, idque de ſtylo, ſecus de iure.

70. Stylus ille regni, eſt contrarius iuri communi, quo Epiſcopus confirmatus poteſt agere.

71. Adhoc vt clauſa dicatur regalia, debet mandatum Cameræ certificatorium iuramēti prælati, fuiſſe notificatum œconomo.

72. Regaliæ definitio, hic apponitur.

73. Regalia, vox eſt generalis.

74. Cauſa regaliæ iudicatur in ſolo Senatu Pariſienſi, ex cōceſſione & attributione regia.

75. Philippina conſtitutio, quandonam edita fuerit.

76. Philippina conſtitutio, hic inſeritur.

77. Rex Chriſtianiſſ. cenſetur eſſe clericus.

78. Neceſſaria hic enunciantur ad claudendam regaliam.

79. Stylus eſt attendendus,& ſeruandus.

80. Stylus eſt ſtricti iuris.

81. Regalia viget in toto regno Gallico.

82. Exemptiones regaliorum moriuntur cum eximente.

83. Puer ſeptem annorum eſt capax Canonicatus, vacantis iure regaliæ.

84. Regula 17. Cancellariæ ſeruatur rigoroſè in regno, extra hunc caſum.

85. Dignitates poſt Pontificalem maiores includuntur in regalia, de conſuetudine regni.

86. Rex Chriſtianiſſ. (tempore aperturæ regaliæ) confert pleno iure beneficia ſimplicia iuris patronatus, tum laici, tum Eccleſiaſtici, ſine vlla nominatione præuia patronorum.

87. Gradus, & nominationes non cadunt in beneficiis ſimplicibus, vacantibus tempore aperturæ regaliæ.

88. Cap. licet, & cap. præſenti de præbendis in 6. non habent locum in beneficiis regni ſimplicibus vacantibus tempore aperturæ regaliæ, & hoc de ſtylo, & conſuetudine regni, non tamen de iure communi.

89\. *Collatio facta iure regaliæ, debet ſubſcribi à Secretario regio, qui eſt in turno.*

90\. *Rex Chriſtianiſſ. iure regaliæ confert omnia beneficia ſimplicia quoquomodo vacãtia.*

91\. *Vacatio de iure, quænam dicatur.*

92\. *Vacatio de iure oritur ex negligentia prælati electi, & non confirmati intra tres mẽſes.*

93\. *Vacatio de iure oritur, quando prælatus confirmatus neglexit conſecrari intra tres mẽſes.*

94\. *Vacatio de facto, quænam dicatur.*

95\. *Vacatio de iure, & de facto, quænam ſit.*

QVÆSTIO VNICA.

De iure Regaliæ.

ANtequam veniamus ad dilucidationem iſtius iuris liliorum, præmittenda eſt antiqua conſtitutio, quæ ſic ſe habet.

Antiqua conſtitutio ius regaliæ fundans.

1 *DVm Epiſcopus alicuius Epiſcopatus (vbi dominus Rex habet regaliam) ab humanis decedit, immediatè per obitum, ceu mortem ipſius, eſt regalia aperta in dicto Epiſcopatu, & ſuccedit Rex loco boni, & legitimi administratoris in omni temporalitate dicti* C *Epiſcopatus, confertque beneficia non curata durante tempore apertura regaliæ, quæ quidem regalia debet vigere, donec, & quouſque futurus ſucceſſor Epiſcopus legitimè intrans debitum fidelitatis iuramentum dicto domino noſtro Regi (prout tenetur) fecerit, quodque literæ regiæ atteſtantes dictum iuramentum ſic fuiſſe factum præſentatæ, registratæ, & expeditæ fuerint in Camera Computorum, & quod Receptor, ceu Commiſſarius ad receptam iſtius regaliæ conſtitutus receperit mandatum à dicta Camera, per quod ei mandetur, vt liuet manum Regis, & permittat dictum Epiſcopum vti, & gaudere Epiſcopatu, ponendo ipſam tem-* D *poralitatem ad plenam deliberationem, nec ante receptionem ipſius mandati à dicto receptore, ceu commiſſario emanantis reputatur dicta regalia clauſa, ſed ad diem vſque ipſius receptionis tenetur reddere computum, & rationem de fructibus huiuſmodi temporalitatis, & confert Rex beneficia tamquam in regalia vacantia, & hoc de iure, & conſuetudine regni, & ſuæ coronæ Franciæ.*

2 *Epiſcopus*, vox generalis eſt comprehendens omnes quoſcumque habentes maiores dignitates, vt Patriarchatus, Archipiſcopatus, Epiſcopatus, tota rub. de trãſl. A Epiſcopi, & tota rub. de exceſſibus prælatorum, notatur in can. ſi Epiſcopus, 18. diſtinct. & quoſcumque prælatos, vt dixi de 3 Summo Pontifice, qui etiam ſe vocat Epiſcopum in proœmio decretal. & 6. propter rationem inſertam à gloſa in illo proœmio, dict. lib. 6. verb. Epiſcopus, Rebuff. in concord. rub. forma mandati Apoſtolici, illo etiam verb. Epiſcopus, cum quod de Epiſcopis prædicatur, & de ſuperioribus prædicari debeat, notatur in can. cleros, 21. diſt. cap. vno de clerico ægrotante in 6. gloſa in cap. quia periculoſum, de ſentent. excommun. illo libr.

Vbi dominus Rex habet regaliam, ex quo 4
B textu conſtitutionis vides dominum Regem non habere ius regaliæ in omnibus Epiſcopatibus, quorum multi ſunt immu- 5 nes, & liberi tali iure, talis eſt Epiſcopatus Lodouenſis, ex conceſſionibus plurimorum Regum, quas tu vide in chronologia doctiſſimi præſulis noſtri, quæ nuper in lucem prodiit, faciunt adhæc conſtitutiones 12. de anno 1499. & defuncti inuictiſſimi noſtri Regis Ludouici XIII. de anno 1629. vbi hæc verba ſunt appoſita, *eſquelles nous auons droict de regale*, quæ conceſſiones ſeruandæ ſunt.

Obiicies 1. ius illud eſt annexum regiæ coronæ, ergo ab eo auelli non poteſt per C ceſſiones. Reſp. negãdo conſequentiam, conceſſum enim à Rege beneficium debet eſſe manſurum, dicit regula beneficium de regulis iuris in 6. & irreuocabile propter ſuam Regiam maieſtatem, clement. cum illuſio de renunciat.

Obiicies 2. tales conceſſiones prædeceſſorum non poſſe præiudicium inferre ſucceſſoribus regibus, pari cum eis poteſtate potiundis, cap. innotuit de electione. Reſp. negando antecedens, quod confirmat. ex cap. finali, ibi. *quodque nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus*, de reſcriptis in 6. quoad dictum cap. dico D rem eſſe valde diuerſam, ibi enim quærit Innocentius III. an canon Lateranenſis Concilij, editus ab Alexandro III. ſuo prædeceſſore poſitus in cap. cum in cunctis, illo titulo de electione apud Greg. & quo prohibentur eligi omnes illegitimi, impediat, vel impedire poſſit quominus ipſe diſpenſet illegitimum ad obtinendam dignitatem Eccleſiaſticam, reſpondetque idem dominus Innocentius ſibi non fuiſſe ademptam facultatem diſpenſandi, cum talis non fuerit intentio prohibentis; ſed intentio prædeceſſorum regum eſt, vt per tales ceſſiones ius cuin-

catur à ſeipſis, & ad eos quibus ceditut
traſferatur, ergo &c. ad quod adde ea, quę
dantur inſtigante conſcientia, rectè data
cenſeri, cap. vltimo de præſcriptionib. &
tantum abeſt vt ex talibus ceſſionibus Re-
giæ maieſtatis ſplendor obtundetur, quin-
imo magis radiat, cap. generali de ele. in 6.

Quinimo donationes factæ à Rege non
afferentes magnum præiudicium regiæ
maieſtati (vt iſtæ) præiudicant ſucceſſori,
cap. Abbate de verborum ſignificatione
in 6. per rationem inſertam, in cap. licet
6 de voto. Nota tamen quod per arreſtum
Senatus Pariſienſis de anno 1608. pro-
nũciante domino de Verdun Protopræſi-
de fuit dictum regaliam vigere in omnib.
Eccleſiis Cathedralibus huiuſce imperij
Gallici, cum non ſit minor ratio in vna,
quam in altera, nonobſtantibus conceſſio-
nibus regiis, cui arreſto recentiori ſtan-
dum eſt hodie vti derrogans omnibus aliis
prioribus, cap. cum M. ibi. *in derrogatio-
nem ſuæ conſtitutionis de conſtitutionib.* cap.
plerumque de reſcrip. & cap. vltimo. §. 1.
7 de poteſtate delegati. Ius enim nouum
derrogat veteri, etiam ſi nulla ſit clauſula
derrogatoria, Doctores omnes in cap. 1.
de conſtitutionibus in 6. Felinus in cap.
nonnulli, num. 15. illo titulo apud Gre-
gorium.

8 *Ab humanis decedit*, ex quo textu vides
ſolam mortem naturalem Epiſcopi aperi-
re regaliam in ſuo Epiſcopatu, licet con-
trarium ſeruetur, vt in tranſlatione, pri-
uatione, vel reſignatione eiuſdem Epiſco-
pi, quæ omnia mortem ciuilem inducunt,
Mendoſa in regula de veriſſimili notitia
obitus, qu. 7. nu. 11. Boerius deciſ. 2. nu.
9 1. & quæ mors ciuilis eandem facit aper-
turam regaliæ, cum eoſdem producat ef-
fectus, quos naturales, Rota deciſ. 28. de
procurat. in nouis, Doctor. in cap. ſuſce-
ptum de reſcript. in 6. Staphilæus de gra-
tiis expectatiuis, tit. de variis modis vacat.
num. 92. loco citato, gloſa in clement. 1.
verb. mors vt lite pendente nihil innouet.
Pariſius lib. 8. qu. 10. nu. 27. eſtque com-
munis opinio Canoniſtarum, in cap. cum
ſit de conuerſione coniugatorum.

10 *Per obitum*, quo ſoluuntur omnia, vt di-
xi ſuperius, Benedict. in repetitione, cap.
Raynutius, verb. ſi abſque liberis more-
retur, num. 28. de teſtamentis, idem Pa-
riſius lib. 1. qu. 4. quibus modis mors pro-
betur, vide apud eundem Mendoſam in
regula de 20. qu. 5. in fine, Aufrer. deciſ.
312. Boer. deciſ. 288. colum. 3. Pariſ. illo
lib. de reſignationib. 9. qu. 24. nu. 5. cum

A duobus ſequentib. quæ non præſumitur, 11
niſi probetur, Ioannes Andræas in regula
infamib. de regul. iuris in 6. Rebuffus in
illa regula de 20. gloſa 2. num. 4. idem
Pariſ. lib. 12. quæſt. 7. num. 1. dico in illa
regula multo plura.

Regalia quæ duplex eſt, temporalis, & 12
ſpiritualis, prima conſiſtit in facultate cõ-
ſtituendi œconomos ad percipiendos fru-
ctus prælaturarum vacantium, & cuſto-
diendos illos futuro ſucceſſori, 2. vero in
poteſtate conferendi beneficia ſimplicia
tempore dictæ vacationis, dixi *facultate*,
quæ proueniat ex priuilegio, fundatione,
vel præſcriptione, cap. generali de elect.
B in 6. *alias va Imperatoribus, & Regibus, qui* 13
*poſſeſſiones Eccleſiarum vacantium, non vt de-
bent, vel vt decet, ſed vt volunt, & non valent
occupant*, dicit Innocentius III. in cap. 1.
de poſtulatione prælatorum in antiqua
decretali.

Succedit loco Epiſcopi, ne præſulatus de- 14
trimentum vllum patiatur in temporali-
bus defectu paſtoris, cap. ne pro defectu,
de elect. ad quod adde ea quæ diximus
pluries, nempe dominum Regem eſſe pa-
tronum omnium Eccleſiarum maiorum
ſui regni, Ruzæus in ſuo tractatu, an Rex
Franciæ recognoſcat Imperatorem, col.
C 10. & ſequenti, ſed patroni intereſt, ne bo- 15
na temporalia ſuæ Eccleſiæ diſſipentur,
Rochus Curtius in tractat. de iure patro-
nat. verb. vtile, ergo, debẽt tamen Reges
reddere Deo rationem propter Eccleſias
quas à Chriſto tenendas ſuſcipiunt, dicit
Diuus Iſidorus lib. 4. ſententiarum, de
ſummo bono, cap. 53. relatus à Gratiano
in can. Principe, 23. qu. 5.

Rex, filius natu maior Eccleſiæ, cui ſe 16
ſemper ſubdere voluit, prout certè tene-
tur, cæterique Reges Catholici, vt dixi-
mus vbi de Summo Pontifice, in 1. diſpu-
tatione huiuſce libri, can. omni, & ſequ.
D 23. quæſt. 8. & eſt communis, & veriſſi-
ma opinio omnium, tum Theologorum,
cum Canoniſtarum, nemine niſi falſo a-
dulatore diſcrepante, in can. imperium,
diſtinct. 10.

In omni temporalitate; cuius laici ſunt 17
capaces, non vero ſpiritualitatis, cap. cau-
ſam de præſcriptionib. cap. in Eccleſia de
inſtitutionib. cap. quamuis, & ibi Abbas,
notab. 2. de decimis.

Confertque Rex, cauſam, propter quam 18
conferat dominus Rex numquam vidit,
Ioannes Monachus, vt aſſerit in cap. 2. de
præb. in 6. tu vero dic quod confert ex
priuilegio Pontificio, dicto cap. generali,
non

non vero tamquam patronus Eccleſiarum A
licet vt talis nominet, vt dictum manet,
Archid. in cap. lectis, 63. diſt. Rebuff. in
concord. rub. de regia ad prælaturas nu-
minatione, verb. Cathedralibus, Baldus
in procemio decretalium, & cap. in quarto,
in fine, de iudic. cum ex ſolo iure patrona-
tus naſcatur facultas tantum præſentandi,
non vero conferendi pleno iure, vt proba-
ui vbi de iure patronatus, & præſentatio-
ne patroni, verb. inſtitutionem, quæſt. 7.
diſputat. 3.

19 *Non curata*, quæ dicuntur illa, in quibus
non contenit diſpoſitio domini Ioan. 22.
relata in ſua extrauagant. execrabilis, §. B
20 quanrum autem de præb. nec confert do-
minus Rex omnia beneficia ſimplicia, ſed
ea tantum, quæ conferenda venirent ab
Epiſcopis, quorum vice fungitur in colla-
tionibus præbendarum, vt vtar verbis ca-
pit. illa, ne ſede vacante quid innouetur,
21 ratio eſt, quia non habet plus iuris ſubro-
gatus, quam habeat ille, in cuius locum
ſubrogatur, cap. illud autem de iure pa-
tronatus, regul. is qui de regulis iuris in 6.
ergo, Epiſcopis non conferentibus, nec
dominus Rex ſubrogatus in eorum locum
poteſt conferre.

22 Hinc præbendæ Canonicales noſtræ C
Eccleſiæ Lodouenſis non cadunt ſub re-
galia, cum eas non conferat Epiſcopus,
ſed Capitulum diuiſim per turnos, ceu
hebdomadas, iuxta cap. vltimum, ibi.
ſiue per Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ſingulares,
vice ac authoritate Capituli, de præbendis
23 in 6. & Bullam dicti Capituli: ita conſul-
tus reſpondi Canonicis confratribus meis,
quibus conſului dare turnum Epiſcopi
mortui, qui dum viueret erat primus Ca-
nonicus, domino Regi, vt obuietur liti-
bus, quæ poſſent inſurgere ex tali non at-
tributione, cap. 1. de appellationib. in 6.
clement. 2. de iudiciis.

24 Idem dicendum de Canonicatibus Ec- D
cleſiæ Lugdunenſis, qui non cadunt etiam
ſub regalia, vtpote qui ſint de collatione
Capituli diuiſim, teſte Ioanne de Selua
in ſuo tractatu beneficiali, parte 2. quæ-
ſtione 23.

25 3. Idem dic de beneficiis curatis, quæ
tempore aperturæ regaliæ non confert
dominus Rex, etiam ſi eſſent conferenda
à prælato dum viueret, ex textu noſtræ
conſtitutionis, ibi. *non curata*, argum. cap.
non ne de præſumptionibus, ſed ea con-
feruntur iuxta notata in cap. vno, ne ſede
vacante in 6.

26 *Durante*, tandiu confert Rex noſter
A Chriſtianiſſimus beneficia ſimplicia, quæ
ſunt de collatione Epiſcopi, quandiu du-
rat regalia in Epiſcopatu vacante, ſed illa
clauſa Rex non confert, ſed ſucceſſor Epi-
ſcopus legitimè intrans, vt dicitur infrà,
Panurmitanus in cap. cum olim de maio-
ritate.

Quæ quidem regalia, hic enunciatur tem- 27
pus aperturæ regaliæ, *ne vlla in poſterum*
emanet dubitatio, quæ ex incertis emergit,
dicit textus in cap. poſtulaſti de reſcriptis,
cap. cum in iure de electione in antiq.
cap. debitum de bigamis non ordinandis
in antiq. decretali, & hæc incerta cauſam 28
B præbent legum cudendarum, cap. ſedes,
& cap. inter cæteras de reſcriptis, quibus 29
legibus principes pacem conciliant, popu-
li ſcandala remouent, ipſique promul-
gantes in ſubditorum quiete quieſcunt;
& fouentur in pace, dicit Gregorius IX.
in procemio decretalium, & notatur in
cap. 1. de officio legati in 6.

Donec, aduerbium conditionem impor- 30
tans, cap. poſt ceſſionem, ibi. *quibus ſtan-*
dum eſt, donec probetur contrarium, & cap.
penult. ibi. *donec iudiciali ſententia quid agi*
debeat decernatur, de probationibus, cap.
quamuis de decimis.

Legitimè intrans, idem in cap. ego N. 31
C de iureiurando, cap. ne Dei Eccleſiam,
ibi. *tuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituen-*
dis, de accuſationib. cap. ne Dei Eccle-
ſiam de ſymonia, qui dicitur ille qui ſe-
cundum leges Canonicas electus fuit, &
iuxta formam, cap. quia propter de elect.
notatur in cap. licet, illo titulo, talis enim
dicitur intraſſe per oſtium, cap. relatum
de iure patronatus, & hoc de iure veteri, 32
ſed de iure nouo debet qui dicitur legiti-
mè intrans, fuiſſe nominatus à Rege, con-
cordatum rub. de regia ad prælaturas no-
minat. & confirmatus à Summo Pontifi-
ce, antequam adminiſtret, & dicatur E-
D piſcopus, cap. quod ſicut, illo tit. de ele-
ctione apud Gregorium.

Hinc debent omnes prælati in principio 33
omnium literarum aſſerere ſe eſſe tales
Dei, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia,
iuxta notata in cap. quia diuerſitatem de
conceſſ. præb. in antiqua, alias vt ingrati 34
poſſent priuari à Papa ſuis prælaturis, vt
benè notat Rebuffus in ſua praxi, tit. de
forma literarum tonſuræ, & vt perituri,
cap. querelam de iureiurando, Summus 35
vero Pontifex Dei ſolius gratia vocat ſe
Papam, cap. 1. de reſcript. in antiqua, cap.
nouit. de iudiciis, clement. paſtoralis, de
ſentent. extrauag. 1. de treuga in commu-

nibus; diximus in principio huiuſce libri, in diſpurat. 1. quæſt. 1.

36 *Debitum fidelitatis iuramentum*, propter ſcilicet temporalia, quæ poſſident in Epiſcopatibus ſub ditione domini Regis, cap. nimis, ibi, *ſi nulla ab eis obtinuerint temporalia*, de iureiurando, & ante hoc iuramẽtum non habent prælati Galli de conſuetudine regni liberum curæ, & prælaturæ exercitium, teſte Rebuffo in concordatis, illa rub. de regia ad prælaturas nominatione, verbo alias idoneum, clement. vna, & ibi Bonifacius, notab. 11. §. porro, illo titul. de iureiurando, extrauag. iniunctæ, de elect. in communib. facit can. Adrianus, vbi fit à Papa Carolus VII. Galliarum Rex, potens laudandi & inueſtiendi omnes quoſcumque prælatos Gallos, ita vt nullus ab eo non inueſtitus veniat conſecrandus, & quod tale iuramentum debeatur domino Regi, agnouit dominus Gregorius X. in ſua epiſtola ad Carolum VIII. per quam gratias agit Regi eo quod abſolucrit Rothomagenſem Archiepiſcopum conſanguineum ſuum à præſtatione perſonali talis iuramenti, quod vt bonum ſit, vide can. de forma, 22. quæſt.

37 5. & vt claudat regaliam debet perſonaliter fieri, & non per procuratorem, vt fuiſſe iudicatum Pariſiis, aſſerit Papon libro recollectionis arreſtorum, tit. de regalia, arreſt. 3. quod eſt contra regulam iuris, quo poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum, cap. poſtulationem, de poſtulatione prælatorum, cap. accedens de raptoribus, regula poteſt quis de regulis iuris in 6. dicta clementina vna de iureiurando.

38 *Prout tenetur*, vel (vt dictum fuit) ratione temporalitatis mouentis à corona Regia, vel ratione iuriſdictionis ordinariæ, vt vult Rebuffus loco citato, quæ obligatio tranſit ad ſucceſſores, ex textu dictæ clement. vnicæ.

39 *Literæ regiæ*, ſine quibus non crederetur Epiſcopo aſſerenti ſe iuraſſe, cum in cauſa propria nullus ſit idoneus teſtis, Decius conſilio 445. col. 11. quod non eſt dicendum de Summo Pontifice, contra cuius aſſertionem nulla admittitur à iure probatio contraria, cap. cum à nobis, & ibi Doctores de teſtibus, clement. literis de probationib. quemadmodum cre-

40 ditur Imperatori, & alteri principi non recognoſcenti ſuperiorem, vt eſt communis opinio, teſte Maſcardo, de probationibus, concl. 1227. num. 119. Pariſ. lib. 8. quæſt. 11. num. 8.

A Non tamen credi debet Imperatori dicenti Titium fuiſſe rebellem, vt benè idem Rebuffus in concordat. rub. de ſublatione illius clement. literis, alias eſſet in poteſtate ſuperioris (vt ipſe dicit) ſuos perdere inferiores ex illa aſſertione, quod abſurdum eſſe, dicit Felinus in cap. ad audientiam, col. 3. & ſequenti, de præſcriptionibus, debet enim eſſe plena probatio rebellionis, adhoc vt priuatio decernatur, gloſa in cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſione cauſa rei ſeruand. & ita ſeruatur ab æquiſſimo Rege noſtro, quoad reos perduellionis contra quos inquiritur, cap. per inquiſitionem de electióne, cap. qua-B liter, & quando de accuſationibus. 41

Nec creditur iudici delegato aſſerenti de delegatione, niſi de ea conſtet per literas, cap. cùm in iure de officio delegati, Innocentius in cap. cum olim, 1. de priuilegiis, Abbas in cap. propterea, col. 2. de dilationibus, Capella Tholozana, qu. 464. Guido Papæ in ſuis deciſionib. Gratianopolitanis, qu. 286. & 322. Pariſius lib. 8. qu. 11. num. 33. niſi eſſet Cardinalis cui crederetur aſſerenti ſe legatum propter rationes poſitas in qu. 4. agente de priuilegiis illorum, diſpur. 1. 42

43

In Camera Computorum, ſcilicet Pariſienſium de ſtylo regni, non vero in Cameris C Computorum exiſtentibus Monſpelij, Gratianopoli, Diuione, & Caturci, licet omnes eiſdem decorentur priuilegiis. 44

Hinc edicta regia minimè ligant ſubditos in regno, ſi non fuerint verificata à Parlamentis, talis eſt ſtylus conformis iuri communi, quo lex non ligat niſi fuerit recepta, teſte Felino in cap. 1. de treuga, Nauarrus in manuali, cap. 13. num. 41. Pariſius lib. 11. qu. 9. nu. 26.

Receptor, ceu Commiſſarius, aliter vocatur œconomus, qui ponitur in Eccleſia viduata, vt fructus percipiat, eos in Eccleſiæ D neceſſitatem vtiliter impendendo, vel futuris prælatis fideliter reſeruando, cap. cum vos de officio ordinarij, ſi enim fructus eoſdem tempore cuſtodiæ perceptos pro ſuæ diſtrahat libito voluntatis, reſtituere tenebitur, cap. penult. de ſequeſtrat. poſſeſſion. aliam definitionem œconomi, vide apud Sebaſtianum Med. nempe diſpenſator, ceu defenſor Eccleſiæ, cui res Eccleſiæ gubernandæ mandantur. 45

46

Ideo non poteſt œconomus donare, nec alienare, can. iudicatum eſt, 88. diſtinct. quia huiuſmodi poteſtas ex œconomatu non conceditur, teſte Maſcardo de probationibus, concluſ. 554. idem Pariſius

lib. 7. quæſt. 2. num. 4. &

48 Nec contentus beneficia, q pius, confertur eſt donare, cap bi Doctores, iuncta gloſa de ſed ex prædictis non poteſt don &c.

49 fallit ſi Papa creatus fu omus cum facultate conferendi, cap cleſiæ de ſupplenda negligent. prælat. in 6. & hanc eſſe communem, aſſerit ille Pariſius loco citato, num. vltim. ſed adhæc.

50 Nota quod ſolebant priſcis temporibus poni tales œconomos in quolibet Epiſcopatu, iuxta decretum Concilij Calcedonenſis, relati in can. quia in quibuſdam, diſtinct. 89. & ad hoc eugebantur omnes B Epiſcopi à Summis Pontificibus vt melius
51 res Eccleſiæ tractarentur à duobus, quam ab vno, can. volumus, eadem diſtinctione, qui œconomi vocabantur Vicedomini, quia vices gerebant Epiſcoporum, dicto can. volumus, vel commendatarij, quia illis commendabantur res Eccleſiæ, can.
52 decenter, ibidem. non debebant tamen laici creari œconomi; ſed clerici tantum non conſanguinei, vel propinqui Epiſcoporum, ſed alij de proprio clero, vt conſtat
53 ex citatis canonibus, alio modo vocabantur Coadiutores, quia in munere Epiſcopali Epiſcopos adiuuabant, cap. de recto-
54 ribus de clerico ægrotanto, & hi non dantur hodie in regno, niſi ſaltem raro, & ex cauſa magna prohibente edicto regio de anno 1629. qui ſi dentur, debent nutriri de fructibus Epiſcopatuum, cap. ex parte,
55 ibidem, æquum enim eſt, vt qui Eccleſiæ ſeruit, de Eccleſia viuat, cap. cum ſecundum de præb. apud Gregorium.

56 *Leuet manum Regis*, quod fit, quando libera datur prælato facultas à dicta Camera de fructibus ſuæ prælaturæ diſponendi, omnia tollendo poſita impedimenta, cap. 2. de arbitris, cap. graui de reſtitutione ſpoliator. & tunc tollitur etiam œconomatus, cauſaque cuſtodiæ, dicit textus in D cap. dilectus de ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum.

57 Et hæc manus regia fortis eſt, & longa, vt eſt in textu, cap. licet de voto, quia ſæpius ponitur in omnibus rebus litigioſis, ſiue laicis, ſiue Eccleſiaſticis, maximè in regno, ne partes contendentes ad arma deueniant, quod tunc habet locum, quando obſcurum eſt ius partium litigantium in poſſeſſione beneficij, vt ſeruatur de praxi, Papon lib. arreſtorum, tit. de ſequeſtratione, vel recredentia, arreſto 1. alias dari poſſet à iudicibus vitioſus in-
58 greſſus ad beneficia, quem canones repro-

cn. legum, 2. quæſt. 7. cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, cap. ex frequentibus de inſtitutionibus, Doctor. iuncta gloſa in cap. 1. de regulis iuris in 6.

Nec poſſunt illam manum regiam adhi- 59
bere iudices clerici de ſtylo regni, & ſi 60
illud attentarent, daretur via ab eis appellandi tamquam ab abuſu, vt dictum fuit per arreſtum Senatus Pariſienſis, die prima Iunij, anni 1537. teſte Rebuffo in concordat. rub. de regia ad prælaturas nominatione, verb. in manibus noſtris, effectus huiuſce manus regiæ, vide apud illum ibi, mihi enim ſufficit docere, 1. per poſitionē 61
talis manus non tolli poſſeſſionem, ſed conſeruari habenti meliorem cauſam, & fauorabiliorem in fine litis, Ioannes de Selua in ſuo tractatu beneficiali, parte 2. quæſt. 9. col. 2. ſed hoc caſu non fortaſſe male faceret 3. in cauſa vbi agitur de poſſeſſorio beneficij, recurrere ad Summum Pontificem, & ab eo obtinere reſcriptum ſi neutri, in vim cuius poſſet petere ſubrogari in lite, & obtinere beneficium quod numquam ſequeſtratur à ſupremis Curiis quin iura partium ſint valde debilia, habenti enim ius apparentet fortius ſolet C dari recredentia, vt videmus quotidie.

Quæres quandonam dicatur lis finita, 62
Reſpondeo, quando proceſſum eſt vſque ad ſententiam incluſiuè, cap. in literis de officio delegati, à qua non fuit reclamatum intra terminum iuris, cap. cum inter de ſententia excommunicationis, qui eſt decem dierum, quibus finitis ſententia 63
tranſit in rem iudicatam, dicto cap. cum inter, & debet redigi in ſcriptis, can. 64
legum, 2. quæſtione 2.

Et hæc ſequeſtratio duplex eſt, altera 65
voluntaria, altera inuoluntaria, 1. dicitur illa, quando de communi partium aſſenſu res litigioſa deponitur inter manus nominati viri, toto titulo de depoſito, & conducto, iſta, quæ fit per iudicem inuitis litigantibus, & hi depoſitarij ſi vtantur depoſitis, vel denegent illa, committunt 66
furtum, & perpetuæ infamiæ labe notantur, teſte Panormitano in cap. 1. notab. 1. illo titulo.

2. Irritantur ea omnia, quæ facta ſunt 67
in præiudicium talis manus, toto titulo, vt lite pendente, quemadmodum irritan- 68
tur ipſo iure ea omnia, quæ fiũt in præiudicium appellationis, cap. non ſolum de appellationib. in 6.

3. Ante leuationem talis manus regiæ, 69
non poteſt in regno prælatus Gallus etiam

confirmatus adm· ſtrare, & hc .o .
regni, qui reprobatur a Felino in cap.
Eccleſiæ, quæſtione 11. de conſtitutoni-
70 bus, iuſta de cauſa cum ſit contra ius ca-
nonicum, quo non poteſt prælatus electus
adminiſtrare ante confirmationem, cap.
qualiter de electiooe, & cap. auaritiæ, illo
titulo in 6. per quam ſolam aſſequirut
plenitudinem officij, dicit Innocentius
III. in cap. nihil eſt, eodem titulo apud
Gregor. ſed bene ſemel habita confirma-
tiooe poteſt de iure prælatus adminiſtra-
re, hoc tamen non ſeruatur in regno, vt
dixi de conſuetudine, vt patet ex verbis
ſequentibus huiuſce conſtitutionis, ibi.
*permittat dictum Epiſcopum, vti, & gau-
dere.*

71 *Nec ante receptionem mandati*, ex quo
textu colligitur, debere mandatum ema-
naſſe à dicta Camera, quo plena fides
præſtiti iuramenti, & regiſtrationis eiuſ-
dem fiat œconomo, antequam clauſa di-
catur regalia, & poſſit Epiſcopus liberè
adminiſtrare, tum in ſpiritualibus, tum in
temporalibus, vt doceo infrà, vbi de ne-
ceſſariis ad claudendam regaliam.

72 *Regalia*, quæ definitur ius regis Galliæ
in conferendis beneficiis ſimplicib. tem-
pore vacationis ſedis conſiſteos, & rerum
temporalium adminiſtrationem coniun-
ctam habens, ita definitur ab Othone Briſ-
ſingenſi, lib. 7. Chronicorum, cap. 14.
& ab Ægidio in ſuo libello, quamuis vox
73 regalia ſit generalis, teſte Lexicone iuri-
dic. in verb. regaliæ, aliquando enim ſu-
mitur pro collecta, vel tributo regi debi-
to, can. ſi tributum, 11. quæſt. 3. gloſa in
cap. generali de electio. in 6. aliquando
pro facultate conſeruâdi Eccleſias vidua-
tas, non tangendo ſpiritualia illarum, di-
cto cap. generali, vide dominum Ruzæum
in ſuo tractatu regaliorum, priuilegio 4.
& 23.

74 Et hæc cauſa regaliæ debet tractari in
ſolo Parlamento Pariſienſi, ex conſtitu-
tione Ludouici XI. de anno 1463. die
24. Maij, vt apparet ex lib. ordinatio-
num dicti Regis, folio 11. & ex edicto de-
functi noſtri Regis Ludouici XIII. de
anno 1629. quam tamen ordinationem
noſtrum Parlamentum Tholozanum ve-
rificare noluit, vt conſtat ex modificatio-
nibus contentis in regiſtris dicti Parla-
menti.

Quod ius regaliorum aſtruendum cu-
75 rauit Philippus Valleſius Pulcher dictus,
Rex Franciæ, 1314. per ſuam conſtitu-
tionem dictam Philippinam, quam hic
... quid deſit (Lector bene-
... ceſſariis ad tale ius plenius di-
g ...

P... constitutio ius rega-lia ... nfirmans in fauorem Regum Chriſtianiſſimorum.

PHILIPPVS *Dei gratia Francorum* 76
Rex, vniuerſis has literas inſpecturis,
Salutem: Quoniam diſputatum eſt à multis
an penes nos ius, poteſtaſque eſſet mandandi
ſacerdotia, beneficia, & honores Eccleſiaſticor.
B *Denunciamus, ac profitemur (re diligenter di-*
ſcuſſa, quaſita, & deliberata) nobis compertum
eſſe ſuperiores Reges Francia noſtros pradeceſ-
ſores ius illud perpetuo tenuiſſe, eoſdemque
prabendas, dignitates, & beneficia vacantia,
tum de facto, tum de iure, ſiue de iure ſolum,
ſiue de facto ſolum noſtro iure ſuper antehac
ſacerdotia mandaſſe, atque in poſterum man-
daturos eſſe, apud Vincennas, menſe Octobri,
anno Domini 1334. ex quo textu corrobo-
ratur id quod diximus ſuprà, nempe
dominum Regem conferre beneficia ſim-
plicia tempore aperturæ regaliæ.

Obiicies laicus numquam poteſt con- 77
ferre, communis eſt, & veriſſima opinio
C Doctorum, in cap. decernimus de iudi-
ciis, imo nec patronus (licet poſſit in vim
iuris patronatus præſentare) cap. tranſ-
miſſa de iure patronatus, ſed Rex Chri-
ſtianiſſimus eſt laicus, ergo numquam
poteſt conferre. Reſpondeo 1. diſtinguo
maiorem ſine priuilegio, concedo, cum
priuilegio Apoſtolico, N. ſed, vt dixi alias,
dominus Rex confert ex priuilegio, ergo.
Reſpondeo 2. conceſſa maiori, nego mi-
norem, nam ſtatim atque dominus Rex
vnctus eſt, & ſacratus, clericus eſſe dici-
tur, Ioannes Monachus in cap. 1. de pri-
uilegiis in 6. ideo eſt primus Canonicus
D Eccleſiæ Lugdunenſis, vt glorientur Ca-
nonici omnes dictæ Eccleſiæ.

Ex his omnibus collige quatuor, quæ 78
ſunt intrinſecè neceſſaria, vt clauſa dica-
tur regalia, itavt ſi vnum ex his deſit,
aperta ſemper cenſeatur, 1. vt prælatus
fuerit canonicè promotus, ibi. *legitimè
intrans*, 2. vt perſonaliter iurauerit domi-
no Regi, 3. vt actus iuramenti certifica-
torius regiſtratus fuerit Cameræ Compu-
torum Pariſienſium, iuxta ſtylum regni 79
qui in hoc caſu venit ſeruandus, teſte Fe-
lino in cap. ſuper literis, num. 8. verſi-
cul. prima regula de reſcriptis, vt pote

Digitized by Google

80 qui ſit ſtricti iuris, idem Felinus in cap. A
in noſtra, correlat. 21. illo titulo, Pariſius
de confidentia beneficiali, quæſtione
78. numero 13. vltimo, vt mandatum
Cameræ quoad ſublationem manus re-
giæ notificatum fuerit œconomo, ibi.
nec ante receptionem mandati.

81 Collige 2. Regaliam vigere in omnibus
& quibuſcumque prælaturis regni nulla
habita ratione exemptionum ſiue gene-
ralium, ſiue ſpecialium, Bauny in ſua
praxi Iuris Canonici, titul. de Epiſcopa-
tibus, in quibus viget regalia, quæ exem-
82 ptiones vt perſonales moriuntur cum
perſona eximente, dicit Brodæus ſupra B
Loüetum, num. 56. litera R.

83 Quæres quinam ſint effectus huiuſmo-
di iuris regaliæ. Reſpond. 1. quod puer
ſeptem annorum capax eſt in regno præ-
bendæ Canonicalis vacantis iure regaliæ,
tum in Cathedralibus, tum in Collegia-
libus Eccleſiis, Ruzæus io illo tractatu re-
galiorum, priuilegio 24. idem Loüetus io
ſuo lib. verb. beneficium, contra regu-
84 lam 17. Cancellariæ, quæ extra hunc
caſum rigoroſè ſeruatur in Gallia, reſte
de Selua in illo tractatu beneficiali, parte
3. quæſtioue 5. numero 29. in fine, &
eodem Loüeto io recollectione notabi- C
lium arreſtorum, titulo de ætate requi-
ſita ad habendam præbendam.

85 2. Regalia habet locum in omnibus
dignitatibus, quæ dicuntur poſt Pontifi-
calem maiores, vt ſunt Archidiaconatus,
Decanatus, Præceptoriatus, Archipreſ-
byteratus, vt fuit iudicatum à Senatu Pa-
riſienſi, die 9. Martij, anni 1607.

86 3. Confert dominus Rex beneficia iuris
patronatus laici ſimplicia vacantia tem-
pore aperturæ regaliæ, nulla expectata
præuia nominatione patronorum, ita Pe-
leus lib. 1. actum dicit iudicatum fuiſſe
ab eodem Senatu, die 2. Decembris,
anni 1597. idem aſſerit Molinæus in D
conſuetudine Pariſienſi, §. 27. nu. 9.

87 4. Excluduntur gradus, & nominatio-
nes Vniuerſitatum à talibus beneficiis
ſimplicibus, vacantibus tempore apertu-
ræ regaliæ, Rebuffus in tractatu nomi-
nationum, quæſtione 15. numero 8. &
ita fuiſſe iudicatum ab illo Senatu, aſſe-
rit idem Banny illo titul. de effectibus
iuris regaliæ.

88 5. Beneficia talia vacantia in Curia tem-
pore aperturæ regaliæ non ſunt de com-
prehenſis in diſpoſitione, cap. licet, &
cap. præſenti de præbendis in 6. quod
multis eſt potteoto, ita tamen ſeruatur
de praxi, idem Ioann. de Selua in eodem
tractat. parte 2. quæſtione 23. & ita fuiſſe
dictum per arreſtum ab illo Senatu aſſe-
uerat anno 1387. in quæſtione 150. cæ-
teros vide huiuſmodi iuris effectus apud
multos authores Gallos, & collectores
arreſtorum dicti Senatus, & contra ta-
lem ſtylum, & conſuetudinem huiuſce
Imperij Gallici clamant, & inſurgunt om-
nes Pontificij in dicto capitulo licet, aſſe-
rentes illa omnia beneficia vacantia in
Curia, fore relinquenda à Rege Chriſtia-
niſſimo Summo Pontifici, qui ſolus de iu-
re communi poteſt ea conferre, ſicut do-
cui in quæſtione 3. diſputatione prima.

Debet etiam de praxi dicti regni vi re- 89
galiæ facta collatio ſubſcribi à Secretario
Regio qui eſt in turno, teſte eodem Pel-
leo actu 19. illo lib. 1.

Quæres 2. an dominus Rex conferat 90
de dicta conſuetudine omnia beneficia
ſimplicia quoquomodo vacantia, ſiue per
mortem, reſignationem, permutationem,
priuationem, & aliud quoduis genus va-
cationis. Reſpondeo affirmatiuè, iuxta
textum dictæ Philippinæ, ibi. *ſiue de facto
vacent, ſiue de iure, ſiue de facto, ſimul & iure*,
quæ verba iocludunt omnes modos va-
cationis capitulo ſuſceptum, de reſcriptis
in 6.

Beneficium dicitur vacare de iure quan- 91
do iura decernunt illius vacationem eo
ipſo quod aliquid iuſtum eſt canonibus
contrarium, vel omiſſum quod per legem
Pontificiam, & decreta Sanctorum Pa-
trum erat faciendum, cap. licet Epiſcopus
de præbendis illo libro, gloſa in cap. cum
in cunctis. §. 1. verbo, is ad quem de ele-
ctione, dixi in quarta diſputatione, vbi
de his quæ inducunt priuationem bene-
ficiorum ipſo iure, quæſtione 1. vt quan-
do prælatus electus neglexit habere con- 92
firmationem ſuperioris intra tres menſes
à iure datos, & à publicata electione com-
putandos, cap. cupientes, & capit. aua-
ritiæ, illo titulo in 6. vel melius à die ac-
ceptatæ dictæ electionis, Doctores in dict.
cap. cum in cunctis, vel quando confir-
matus neglexit conſecrari intra tres alios
menſes, à die habitæ confirmationis nu- 93
merandos, Henriquez lib. 10. de ordinis
ſacramento, cap. 23. numero 15. cætera
genera vacationum vide appoſita in illa
quæſtione 1. vbi nihil fuit à nobis omiſ-
ſum.

De facto vacat beneficium quando qui 94
ius habet in prælatura, illam tamen recu-
ſat poſſidere intra terminum iuris, dixi

vbi de collationibus ordinatiorum, quæſtione penultima, diſputationis tertiæ, quæ tota verſatur circa modos legitimos obtinendorum beneficiotum, vel quando Epiſcopus detinetur in vinculis Ethnicorum, Sattacenotum, & aliorum infidelium, cap. ſi Epiſcopus, de ſupplenda negligentia prælatorum in 6. & in hoc caſu (quemadmodum oſtendi in quæſtione penultima vbi de Capitulis, diſputat. primæ.) Omnis adminiſtratio, & iuriſdictio Epiſeopalis, tranſit in Canonieos Cathedrales, non ſecus ac ſi ſedes vacatet de iure, dieit textus ſingulatis in dicto capitulo, quod eſt de mente tenendum.

De iure ſimul, & de facto, dieitur inducta vacatio quando vacat beneficium pet mortem ſui poſſeſſoris, vel per eius teſignationem, degradationem, trãſlationem, toto titulo de trãſlatione Epiſeopi, & toto titulo de renunciatione, vel per eius priuationem, cap. inquiſitiones de accuſationibus, & tota rubriea de exceſſib. prælatotum, elementina multotum de pœnis, lege deeretalem Innoeentij III. quæ ineipit, *per inquiſitionem*, titul. de electione apud Gregorium. 95

Finis Diſputationis ſextæ.

Digitized by Google

DISPVTATIO SEPTIMA.

De foro Eccleſiaſtico, rebuſque ad eius cognitionem in regno ſpectantibus.

Hæc diſputatio tres nobis proponet quæſtiones, quibus videbimus 1. quænam ſint neceſſaria de iure in iudice Eccleſiaſtico, vt rectum valeat dare iudicium, 2. cauſas omnes de quibus hodie agnoſcit in hoc regno, quæ ſatis raræ ſunt intuitu priſtini temporis, vt ibi dico, tertia vero tum diſcrimina, tum conuenientia, quæ intercedunt inter officialem, & vicarium generalem nobis adaperiet, ſit ergo.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS PRIMÆ.

1. *Index Eccleſiaſtieus, alius ordinarius, alius delegatus.*
2. *Index ardinarins, quis dicatur.*
3. *Iudex delegatus, quiſnam ſit.*
4. *Forus, quis ſit.*
5. *Officium iudicis, tum ordinarij, tum delegati expirat de iure, ſemel prolata ſententia diffinitiua.*
6. *Iudex Eccleſiaſticus, debet ſcire canones.*
7. *Iudex Eecleſiaſticns, debet iudicare iuxta canonum ſtatuta.*
8. *Canones vt obligent, debent non fuiſſe abrogati.*
9. *Iudex Eccleſiaſticus debet ſeruare ordinem iuris, in ſententia à ſe promulganda.*
10. *Ordo iudiciarius, quiſnam ſit, à iure Canonico introductus.*
11. *Actor ſequitur forum rei.*
12. *Epiſcopatus non diſpenſat à præſtatione iuramenti deuitanda calumnia.*
13. *Pœna recuſantis præſtationem iuramenti, deuitanda calumnia, hic apponitur deducta ex iure canonico.*
14. *Citatio facta diebus feriatis, eſt de iure canonico nulla.*
15. *Caſus, in quibus (lite non conteſtata) pracedi poteſt ad receptionem teſtium, hic inſeruntur educti ex penetralibus iuris Pontificij.*
16. *Præda de rigore iuris canonici ſpoliatus, venit reſtituendus.*
17. *Actar debet probare ſuam intentionem, qua non prabata, reus abſolui debet.*
18. *Actor probans ſuam intentionem non debet compelli ad iuramentum, & ibi ratio apponitur deprompta ex viſceribus iuris canonici.*
19. *Teſtes ſide digni, qui dicantur.*
20. *Teſtes debent iura[illegible] deponere.*
21. *Qui melius prob[illegible] ille debet vincere.*
22. *Probationis definitio hic inſeritur.*
23. *Iudex Eccleſiaſticus, debet eſſe prudens, & innocens.*
24. *Iudex Eccleſiaſticus, non debet eſſe ſuſpectus.*
25. *Iudex Eccleſiaſticns, debet iudicare ſecundum allegata, & probata.*
26. *Vt ſententia bona ſit, debet fieri à proprio, & legitimo iudice.*
27. *Sententia debet fieri de die.*
28. *Collatio poteſt fieri de nocte.*

QVÆSTIO PRIMA.

De his, quæ ſunt intrinſice neceſſaria iudici Eccleſiaſtico.

1 Nequam ad explanationem propoſitæ materiæ veniamus, præmittendum eſt id quod vetuſtiſſimum habetur, nempe alium eſſe iudi-
2 cem ordinarium, & alium delegatum, vt patet ex tota rubrica de officio iudicis ordinarij, & officio iudicis delegati in de-
3 cret. libus Gregorij. & lib. 6. primus dicitur ille, qui de poteſtate ordinaria quam B habet, ius reddit, cap. irrefragabili, & cap. conquerente, illo titulo de officio ordina-
4 tij. 2. vero, qui ius dicit ex poteſtate extranea ſibi data, cap. cum cauſa, eo titulo de officio delegati, nomine delegantis, quem repræſentat, cap. ſanè, ibidem. notandum 2. forum eſſe locum, in quo lites exercentur à Furoneo rege ſic dictum, qui primus Græcis leges dedit, cap. forus de
5 verborum ſignificatione. 3. ſciendum eſt officium vtriuſque iudicis, tum ordinarij, tum delegati expirare, ſemel probata ſententia, cap. in literis, illo titul. de officio delegati, his poſitis ſit. C
6 Assertio 1. Omnis iudex Eccleſiaſticus debet habere notitiam Canonum, probatur aſſertio, ex can. nulli, can. omnes, 8. diſtinct. cap. 1. de noui operis nunciatione, textus eſt mirabilis in cap. 1. ibi. *ſed per Iudices diſcretos, qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta canonum non ignorent*, de conſanguinitate, & affinitate confirmatur aſſertio hoc argumento, om-
7 nis iudex Eccleſiaſticus debet iudicare ſecundum canones, can. certum eſt, can. veſtram, & can. conſtitutiones, 10. diſt. alias nulla eſt ſententia, cap. canonum de conſtitutionibus, cap. ſententia de re iu-
8 dicata, ergo ſcire debet canones, iuxta D quos tenetur iudicare niſi fuerint abrogati, quia illi non ligant iudices, clement. vna de immunitat. Eccleſiarum, gloſa in illo cap. canonem, verb. ſtatuta, ſed bene non abrogati ad quorum obſeruantiam obligantur omnes quicumque iudices, tum ordinarij, tum delegati, vt ſatis dictum eſt, & corroboratur, 3. hac ratione
9 omnis iudex Eccleſiaſticus debet in ſententiis à ſe promulgandis ſeruare ordinem iudiciarium, cap. in cauſis, illo titulo de re iudicata, alias inde naſcerentur iniuriæ, vnde iura naſcuntur, ait Innocent.

A III. in cap. qualiter, & quando, de accuſationibus, ſed non poſſet ſeruare ordinem iuris, ſi ignoraret canones illum præſcribentes, ergo, &c. quod facit contra multos prælatos qui ſuos creant vicarios ignaros homines, & in decretis rudes (ſpretis viris bonis, & literatis) ſed reddent miſeri rationem de mala adminiſtratione eorum in die iudicij, dicit textus in dicto cap. irrefragabili.

Quiſnam autem ſit ordo iudiciarius, dic 10
quod eſt iſte, primo debet citatio emanari quæ eſt de eſſentia iuris ordinis, cap. paſtoralis de re iudicata in clementinis, à proprio iudice, cap. cum contingat, cap. ſi quis de foro competenti, rei, non actoris, qui ſequitur forum primi, dicto cap. ſi quis, 2. vt detur libellus citato adhoc vt 11
valeat ſcire qua de re citetur, quid ſibi petatur ab actore, contra quem paratus venire debet, cap. vltimo, de libelli oblatione, 3. vt actor, & reus iurent de vitanda calumnia, cap. cum cauſam, & cap. cæterum de iuramento calumniæ, quod non 12
ſeruatur in regno, licet de iure Canonico omnes aſtringantur ad tale iuramentum, etiam Epiſcopi, cap. cum in cauſa, ibidem, qui tantum diſpenſantur à manuali tactu Euangelij quod eis tamen præponitur, ait in dicto cap. dominus Gregorius IX.

Et hoc tam verum eſt, vt recuſans præ- 13
ſtationem huiuſce iuramenti lite cadat ſi ſit actor, & ab inſtituta decidat actione. Si vero ſit reus, habeatur pro confeſſo, dicto cap. cum cauſam, §. pœna vero, 4. vt ad primam citationem tribuatur citato terminus peremptorius. toto titul. de dilat. 5. vt citatio non fiat diebus feriatis, toto titulo de ferijs, Doctores in cap. 1. illa rubrica, & hoc etiam non ſeruatur in Gallia, 14
6. vt lite non conteſtata non procedatur ad receptionem teſtium, tota illa rub. vt lite non conteſtata.

Fallit in caſibus inſertis, in cap. quoniã, 15
ibid. quos tu ibi voluere poteris, vel quãdo periculum eſt, ne teſtes cito moriantur quia verbi gratia ſunt infirmi, vel valde ſenes, textus eſt ſingularis, in cap. quoniã, & cap. cum dilectæ de confirmatione vtili, 7. vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur, 16
tit. de reſtitutione ſpoliator. per totum. Cum (vt ait Alexand. III.) prædo etiam ſecundum rigorem iuris ante omnia ſit reſtituendus, cap. in literis, ibidem. 8. vt actor probet ſuam intentionem: eius enim 17
eſt probare, cap. vt circa de electio. in 6. Abbas conſ. 9. num. 54. Ripa de peſte, parte 2. num. 125. non vero rei negantis,

cus

cui nullum de iure incumbit onus pro-
18 bandi, cap. quoniã de probationib. cap.
iuramentum. §. ſanè de iureiurando, qua
probata ſiue per teſtes, ſiue per inſtrumẽ-
ta, non poteſt compelli actor iurare, cum
ad iuramentum recurrendum ſit tantum,
quando aliæ probationes legitimæ deeſſe
noſcuntur, cap. ſicut, illo tit. de probatio-
19 nib. 9. vt teſtes audiendi ſint omni exce-
ptione maiores, cap. 1. de conſanguinita-
te, non ſuſpecti, vti familiares, domeſtici,
vel conſanguinei partis producentis, toto
titul. de teſtib. 10. vt fiat auditio teſtium
parte aduerſa vocata, cap. ſignificauit, illo
titul. de teſtib. alias nulla eſſet depoſitio,
cap. in nomine, ibid. cap. quoties, & dicto
cap. qualiter, & quando, de accuſatio.
20 11. vt iurati teſtes deponant, cap. ex lite-
ris de conſanguinitate, à quo iuramento
nulli ſe poſſunt diſpenſare, cap. tuis quæ-
ſtionibus. & c. ſuper, eo titul. de teſtib.
dicto ca. qualiter, & quando, dixi vbi de
nominationib. vniuerſitatum, in diſputa-
tione 3. quæſt. 8.

21 Hinc qui melius probat, ille debet vin-
cere, ſed ſi æqualis ſit probatio actoris, &
rei, & par teſtium vtriuſque idoneitas, de-
bet reus abſolui, quia promptiora ſunt iura
ad ſoluendum, quam ad ligandum, & con-
demnandum, cap. ex literis de probatio-
nibus, quod ſi agatur de poſſeſſorio, poſ-
ſeſſor debet præferri, cap. quod autem de
iure patronatus, cap. ſi à ſede de præbend.
22 in 6. & definitur probatio, *rei dubiæ per ar-
gumenta facta patefactio*, Hoſtienſ. in ſum-
ma rubrica de probationib. in principio,
Abbas in cap. licet. num. 20. illo tit. Ma-
ſcardus ibi, tomo 1. quæſt. 3. num. 2.

23 ASSERTIO 2. Iudex Eccleſiaſticus
debet eſſe prudens, & innocens. *prudens*,
quia non debet ſe præcipitem oſtendere
in proferenda ſententia, & indiſcuſſa quę-
que iudicare, can. Deus omnipotens, 2.
quæſt. 1. ſed omnia rimari vſque ad pro-
bationem illius, cap. cum Ioannes de fide
inſtrum. *innocens*, quæ vox tangit bonam
vitam, & famam, cap. cum ab omni, de vi-
ta, & honeſtate clericorum, *debet enim at-
tendere, vt in cauſarum proceſsibus nihil vin-
dicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet,*

A *præmium, aut expectatio præmy iuſtitiam non
euertat, ſed ſtateram geſtet in manibus, lances
expendat æquo libramine*, ita Innocent. IV.
in Concilio Lugdunenſi, relato in cap. 1.
de ſententia, & re iudicata in 6. alias eſſet
ſuſpectus, quod fieri non debet, *cum peri-* 24
culoſum ſit coram ſuſpecto iudice litigare, di-
cit Innocentius III. in cap. cùm inter de
exceptionibus, quare Deum ſolum præ
oculis habeat omnis Iudex, tum laicus,
tum Eccleſiaſticus, & (odio gratiaque
poſtpoſitis) via regia incedat, & ſine ac-
ceptione perſonarum in negotio proce-
dat, nam in qua menſura menſus fuerit
B remetietur ei, ait idem Papa dominus In-
nocent. III. in illa decretali qualiter, &
quando.

ASSERTIO 3. Iudex Eccleſiaſticus, 25
debet iudicare ſecundum allegata, & pro-
bata, etiam poſtpoſita priuata conſcien-
tia, textus eſt in can. iudicantem, 30.
quæſtione 5. gloſa in cap. 1. verb. contra
de re iudicata in 6. Felinus in cap. quo-
niam, num. 3. de probationibus, Barbat.
in cap. cum in iure, colum. 28. de officio
delegati, Abbas conſilio 1. incipiente, tria,
colum. 1. & 2. lib. 2. Ioannes Andræas in
cap. 1. de officio ordinarij.

C ASSERTIO 4. Vt bona ſit iudicis 26
ſententia, debet ferri à proprio, & legiti-
mo iudice, alias non valeret, textus eſt
ſingularis, in cap. ad noſtram, de conſue-
tudine, cap. etſi de iudiciis, textus eſt no-
tabilis, in cap. ſicut nobis, ibi. *Vobis* (in-
quit idem Innocentius III.) *taliter
reſpondemus quod cum ex depoſitionibus te-
ſtium conſtiterit ſententiam à iudice ſuo prola-
tam, propter authoritatem iudiciariam præſu-
mi debeant omnia legitimè proceſsiſſe*, de re
iudicata.

ASSERTIO vltima, vt ſententia bo- 27
na ſit, debet ferri de die, cap. conſuluit,
de officio delegati, ad differentiam colla- 28
D tionis, quæ poteſt fieri de nocte, Abbas in
cap. 1. de clandeſtina deſponſatione, Ar-
chidiaconus in cap. ſi tibi, colum. 1. de
præbendis in 6. ſicut, & reſignatio, Go-
mes in regula de infirmis, quæſtione 38.
in fine.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS SECVNDÆ.

1. Iudices Eccleſiaſtici agnoſcebant olim de quibuſcumque criminibus, tum laicorum, tum Eccleſiaſticorum.

2. Ratio hic inſeritur, deprompta ex iure canonico.

3. Illud poſſe dicimur, quod de iure poſſumus.

4. Ecclesia non poteſt decernere effuſionem ſanguinis.

5. Iudex Eccleſiaſticus decernens illam, ſit hoc ipſo irregularis.

6. Eccleſia nihil habet, vltra cenſuras.

7. Petitorium decimarum eſt in regno, de cognitione ſolius iudicis Eccleſiaſtici.

8. Decimæ, ſunt res ſacræ.

9. Decimæ poſſunt peti, tamquam debita realia.

10 Noualia, quid ſint.

11. Decimæ, & noualia debentur de iure communi ſolis Eccleſiis parochialibus, intra quas ſita ſunt prædia.

12. Eius eſt probare, qui contrarium dicit.

13. Eius eſt probare, contra quem ius commune pugnat.

14. Quadraginta anni requiruntur de iure ad præſcribendas decimas contra Eccleſias parochiales.

15. Centum anni requiruntur de iure ad præſcribendum contra Romanam Eccleſiam.

16. Laici numquam poſſunt præſcribere ſolutionem decimarum contra Eccleſias parochiales.

17. Decimæ ſunt de iure diuino.

18. Quota decimarum poteſt præſcribere.

19. Solutio decimarum, fieri debet ſine vlla deductione.

20. Poſſeſſorium decimarum non eſt in regno de cognitione iudicis Eccleſiaſtici.

21. Iudex Eccleſiaſticus non agnoſcit in regno de petitorio decimarum datarum in feudum laicis ante prohibitionem Concilij Lateran.

22. Iudex Eccleſiaſticus iudicat in regno, an per datam fidem inter partes contrahentes, verum fuerit contractum matrimonium.

23. Matrimonium, eſt magnum ſacramentum à Domino inſtitutum.

24. Matrimonium, quid ſit.

25. Iudex Eccleſiaſticus in Gallia non iudicat de cauſis incidentibus matrimonij.

26. Solus Iudex Eccleſiaſticus poteſt in regno ſeparare partes maritatas à thoro.

27. Quandonam decerni debeat talis ſeparatio quoad thorum, hic dicitur.

28. Propria crimina, pari compenſatione delentur.

29. Continens non poteſt nubere alteri, etiam parte ſua adultera.

30. Mulier quæ peccauit in ligem matrimonij per adulterium, non poteſt repetere dotem ſuam de iure canonico.

31. Mulier poteſt agere pro recuperatione dotis, contra omnia bona ſui mariti (excepto dicto caſu adulterij.)

32. Solus Iudex Eccleſiaſticus iudicat, an clandeſtinum ſit matrimonium.

33. Clandeſtinum matrimonium dicitur illud, quod fuit factum ſine vlla proclamatione bannorum.

34. Iudex Eccleſiaſticus irritat ſolus in regno matrimonia, ob impotentiam coeundi.

35. Impotētia, non ſolum impedit matrimoniū contrahendum, ſed etiam dirimit contractū.

36. Impotentia (vt dirimit matrimonium) debet non poſſe tolli naturaliter.

37. Qui ſciens contrahit cum parte impotente, non debet audiri petens ſeparationem quoad thorum.

38. In caſu dubij creditur de iure viro aſſerenti, vel neganti impotentiam.

39. Pars impotens debet continentiam ſeruare, vel religionem ingredi.

40. Ad plenam probationem impotentiæ, debēt de iure canonico partes contrahentes habitaſſe ſimul per triennium continuum ſine vllo coitu.

41. Obſtetrices poſſunt recuſari à partibus contendentibus ſupra impotentiam.

42. Conſanguinitas impediens matrimonium, & dirimens contractum, non excedit quartum gradum, & ibi dicitur quod litigatur de ca. coram Iudice Eccleſiaſtico.

43. Teſtes poſſunt cogi per cenſuras Eccleſiaſticas, ad deponendum ſuper conſanguinitate.

44. Partes non poſſunt ſeparari, pendente lite conſanguinitatis.

45. Pendente lite adulterij, non debet fieri ſeparatio partium ligatarum quoad thorum.

46. Matrimonium multo fauore gaudet.

47. Congrua portio eſt de iuriſdictione fori Eccleſiaſtici.

48. Congrua portio quæ ſit.

49. Operarius dignus eſt mercede ſua.

50. Congrua portio eſt arbitraria Iudici Eccleſiaſtico.

51. Perturbantes diuinum officium puniuntur à Iudicibus Eccleſiaſticis.

52. Epiſcopi in ſuis diœceſib. ſunt Vicarij Papæ.

53. Epiſcopi habent ſuas cathedras eminentiores aliis, & ratio hic inſeritur deducta ex iure Pontificio.

54. *Solus Iudex Eccleſiaſticus agnoſcit de præcedentiis, tum clericorum ſecularium, cum regularium.* A
55. *Præcedentia deſumitur ex poſſeſſione, & conſuetudine.*
56. *Præcedentia deſumitur ex prioritate ſcripturæ.*
57. *Præcedentia regularium deſumitur ex prioritate confirmationis regulæ factæ à ſancta Sede.*
58. *Præcedentia oritur ex prioritate inſtallationis in aliqua vrbe.*
59. *Eo eſt quis dignior, quo à maiori fuit inſtitutus.*
60. *Ille debet (cæteris parib.) præcedere, qui maiorem habet iuriſdictionem, vel adminiſtrationem.* B
61. *Epiſcopi ſunt ſupra Abbates.*
62. *Præcedentia Epiſcoporum, oritur ex prioritate conſecrationis.*
63. *Iudex Eccleſiaſticus agnoſcit de hæreſi, & iudicat hæreticos.*
64. *Idem dicendum de ſortilegiis cum hæreſi coniunctis.*
65. *Similiter dicendum de irreuerentia facta ſacramentis.*
66. *Iudex Eccleſiaſticus reſcindit permutationes factas inter duos clericos de ſuis beneficiis.*
67. *Iudex Eccleſiaſticus iudicat in regno concionantes ſine miſſione.* C
68. *Iudex Eccleſiaſticus agnoſcit de criminibus non priuilegiatis clericorum.*
69. *Epiſcopus tenetur de praxi regni creare vicarios.*
70. *Appellatio non admittitur de vicario, ad ſuum Epiſcopatum.*

QVÆSTIO SECVNDA.

De quibus cauſis agnoſcat hodie in regno iudex Eccleſiaſticus.

1 TAnta olim erat amplitudo fori Eccleſiaſtici, vt de quibuſcumque criminib. tum D laicis, tum Eccleſiaſticis agnoſceret Eccleſia, teſte Innocentio III. in cap. nouit de iudiciis, vt rationem adducit Canonicam, quia
2 nempe diſcernere de peccato ſolius eſt Eccleſiæ, cap. clerici, & cap. etſi clerici, §. de adulteriis, ibidem, notatur in tota rubrica de foro competent. Quemadmodum, & poterat agnoſcere de cauſis, vel ſpiritualibus, vel annexis ſpiritualitati, cap. quanto, illo titulo de iudiciis, illud
3 enim poſſe dicitur Eccleſia, quod ei de iure licet, cap. faciat, 22. quæſt. 2. cap. ſciſcitatus de reſcriptis, cap. innotuit de ele-
ctione, non tamen poterat Eccleſia pro 4
crimine quantumuis graui ferre ſententiam capitis, vel ſanguinis, quod etiam non poteſt hodie, cap. clericis, ne clerici, vel monachi, ſed debebat remittere iſtos 5
criminoſos iudicibus laicis puniendos, vt reſcribebat dominus Alexander III. Archiepiſcopo Panormitano, in cap. de Archiepiſcopatu de raptoribus, quia Eccleſia numquam habuit niſi cenſuras, quibus 6
ſibi parere faceret, cap. cum non ab homine de iudiciis, cap. dilecto, de ſentent. excommunicat. in 6. Alias incurriſſet iudex Eccleſiaſticus decernens vel mortem, vel mutilationem corporis, irregularitatem, cap. ex literis de exceſſibus prælat. quod hodie habet etiam locum.

Obiicies, numquam incurritur irregularitas in vllo caſu, quæ non fuerit inducta expreſſe à iure, cap. is qui, illo titulo de ſentent. excommunicat. in 6. ſed non eſt expreſſum à iure, vt iudex decernens effuſionem ſanguinis, vel mutilationem membrorum, fiat hoc ipſo irregularis, ergo non eſt cenſendus talis. Reſp. negando minorem, infiniti enim ſunt canones talem irregularitatem infligentes, can. ſi quis viduam, 50. diſtinct. can. aliquantos, 51. diſtinct. dicto cap. clericis, & cap. ex literis, cum multis aliis, ſed veniamus ad quæſtionem propoſitam, ſit.

ASSERTIO I. Omne petitorium decimarum, eſt de praxi regni ſolius iudicis 7
Eccleſiaſtici, Ioan. Ferrar. in titulo forma opponendi contra iudicem ſuſpectum, in gloſa ſuper verb. nec fuiſſe iudicem competentem, Mathæus in ſuis notis ſupra Guidonem Papæ, quæſt. 1. verb. pura decimarum, ibi. *actio decimarum cum ſit negotij ſpiritualis in petitorio apud iudicem Eccleſiaſticum, cui intereſt res Eccleſiæ ſaluas tueri, in poſſeſſorio vero apud iudicem laicum expediri debet*, in deciſionib. Burdiens ad articulum primum conſtitut. anni 1539. vbi dicit hac de cauſa de his agnoſcere decimis iudicem Eccleſiaſticum, quia illæ vt 8
res ſacræ non ſunt in commercio laicorũ, Bauny in ſua praxi iuris Canonici, titul. de quibus cauſis, agnoſcat in Gallia Epiſcopus, vel eius Officialis, num. 3. & ita fuiſſe ſæpius iudicatum Pariſiis, aſſerit Papon in arreſtis, arreſto 1. Robertus libro iudicatorum, 3. cap. 5. & quod decimæ ſint res ſacræ, volunt cap. in literas, de iuramento calumniæ, cap. tua de decimis, cap. nuncios, & cap. ex parte, ibid.

Poſſunt autem hæ decimæ de iure canonico ad inſtar debitorum realium ex- 9

peti, cap. parochianos, illo tit. vt probaui A
vbi de Epiſcopis, in explicatione capitul. conquerente, verb. *quartam decimationem*, de officio ordinarij. idem dicendum quo-
10 ad noualia, cap. ad audientiam, illa rubrica de decimis, quæ ſunt prædia de nouo præciſa, & culta, cap. 1. de verb. ſignificat.
11 ab ipſis Eccleſiis parochialibus, intra quarum limites ſita ſunt dicta prædia, dicit textus, in cap. quoniam, cap. cum contingat, & cap. ſequenti, ibi. *alioquin parochialibus Eccleſiis exoluantur, ad quas de iure communi ſpectat perceptio decimarum*, ibidem. vide quæ diximus in dicta quæſtione de Epiſcopis, diſput. 1.

12 Hinc qui vult dictas decimas ab Eccle- B
ſiis parochialibus vendicare, vel noualia. debet probare, vel conceſſionem, vel præſcriptionem, cap. cum ſint, vbi ſtatur conſuetudini, cuinam Eccleſiæ ſolui debeant decimæ, an parochiali, intra cuius fines ſunt agri, an vero illi à qua miniſtrantur ſacramenta, illo titul. de decimis. Ratio
13 ampliationis hæc eſt, quia eius eſt regulariter probare, contra quem ius commune facit, cap. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum in 6. cap. Epiſcopum de præſcriptionib. illo lib. ſed contra Eccleſias non parochiales ius pugnat, dict. cap. cum contingat, ergo, &c.

14 Quæres quodnam tempus requiratur C
de iure ad præſcribendas tales decimas contra dictas Eccleſias curatas, & parochiales. Reſp. quadraginta annos requiri, notatur in cap. cum dilectus de conſuetudine, cap. ad aures, & cap. illud autem
15 de præſcriptionib. licet centum anni requirantur ad præſcribendum aliquid iuris contra Romanam Eccleſiam, dicit cap. ad audientiam, & cap. ſequenti, ibidem.

16 Quæres 2. an poſſint præſcribere laici contra ſolutionem iſtarum decimarum. Reſpond. negatiuè, cap. quicumque, 16. quæſt. 7. Innocentius in cap. in aliquib.
& ibi gloſa de decimis, & ita fuit iudica- D
tum Toloſæ, anno 1639. in magna Cameta, referente domino de Mauſſac de-
17 cano, pro noſtro Capitulo Lodouenſi, contra mercatores quoſdam Pedenacii, nam decimæ debentur de iure diuino, capitul. Apoſtolica de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capit. dict. cap. parochianos, voluit enim eos ſibi retinere dominus in ſignum vniuerſalis dominij, dicit textus in cap. tua nobis, ibidem.
18 quamuis poſſit quota præſcribere, dicit Abbas in ſumma, illo tit. de decimis, ſed ſi nulla ſit quota præſcripta, debetur decima pars fructuum quorumcumque excreſcentium in prædiis, vt fuit dictum per idem arreſtum dicti domini de Mauſſac.

Et hæc ſolutio decimarum fieri debet 19
ſine vlla deductione impenſarum, ſeminis, vel aliorum, cap. non eſt de decimis, & dixi in illa quæſtione 8. illo verb. *decimationem*, primo, quia ex lege Moſaïca iniunctum erat illas expendi ſine deductione leuitis, dicit Clemens III. in cap. ex parte, ibidem. 2. quia Deus eſſet deterioris conditionis domino temporali, dicit Innocent. III. ſcribens Epiſcopo Vercelleoſi, in dicto cap. tua nobis, ideo rectè fuit damnatus ad mulctam quidam mercator Turonenſis, nomine Moreau, arreſto Senatus Parisienſis, teſte Papone, titulo de decimis, in arreſtis, arreſto 12. eo quod à ſententia ferente talem ſolutionem ſine deductione appellaſſet ad dictum Senatum, & ita in pari caſu iudicari debet ab aliis Curiis, tum ſupremis, cum ſubalternis.

Dixi *petitorium*, nam poſſeſſorium de- 20
cimarum, non eſt de iuriſdictione Eccleſiaſtica de praxi regni, vbi dicitur quod omne poſſeſſorium rei etiam ſpiritualis, eſt quid temporale, gloſa in cap. literas de iuramento calumniæ, Archidiaconus in cap. licet de reſtitutione ſpoliat. in 6. Zabarella in clement. diſpendioſam de iudiciis, Montelaudunus in clement. 1. de cauſa poſſeſſionis, Doct. in cap. vltimo de foro competenti, Guido Papæ in illa quæſtione 1. num. 1. & ſequenti.

Imo nec de petitorio agnoſcit Iudex 21
Eccleſiaſticus, in regno, decimarum datarum in feudum laicis ante Lateranenſe Concilium, quod refertur in can. decimas, can. congregato, & can. peruenit, 16. quæſt. 7. cap. prohibemus de decimis, & hoc caſu debet partes remittere ad officiales regios, alias ab eo appellari poſſet, tamquam ab abuſu, vt fuiſſe iudicatum ab eodem Senatu, anno 1283. teſtatur idem Papon, illo titulo de decimis, arreſto 9. & Bauny vbi ſuprà, dicit idem fuiſſe iudicatum die 3. Decembris, anni 1609. de talibus decimis in feudum datis laicis perſonis agitur, in cap. tua. §. vno de decimis, & in cap. ſtatuto, §. ſane, illo titul. in 6.

Assertio 2. Solus Iudex Eccle- 22
ſiaſticus iudicat, an inter partes contrahentes initum fuerit matrimonium, vel non. Ita Tournet. in ſuis quæſtionibus notabilibus, quæſtione 8. idem Bauny loco allegato, Papon in ſuis arreſtis, titul. de

iuriſdictione Eccleſiaſtica, arreſto 4. vbi A
dicũt quod ſolus iudicat, an ſponſalia ſint
valida, an per fidem datam matrimonium
fuerit contractum, cum verbis de præſen-
ti, cap. ſi inter virum de ſponſalibus, vbi
dicitur, quod tunc verum eſt matrimo-
nium, non ſoluendum per 2. etiam car-
nali copula confirmatum, cap. 3. de ſpon-
ſa duorum, quare legant omnes officiales
dictam diſpoſitionem inſertam in illo cap.
3. non enim tot reſcindent matrimonia,
quæ non poſſunt, cum de iure canonico
ſint valida, dicit textus in cap. finali, illo
23 titulo, ad quod addi poteſt, matrimonium
eſſe magnum ſacramentum, quod ideo B
diſſolui non debet ſine magna cauſa, præ-
ſertim in caſu non licito, cum fuerit non
ab homine, ſed à Domino inſtitutum,
cap. cauſam de officiu delegati in antiqua,
eſtque vera opinio omnium Doctorum,
tum Theologorum, tum Canoniſtarum,
24 & definitur *maris, & fœmina coniunctio,
indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens*,
cap. illud de præſumptionibus.

25 Non tamen agnoſcit in regno iudex Ec-
cleſiaſticus de conditionibus appoſitis in
contractibus, dotibus, damnis, impenſis,
& aliis dictum matrimonium concomi-
tantibus, vt volunt ſcriptores ſupra citati,
qui dicunt debere iudicem Eccleſiaſti- C
cum remittere partes contendentes ad
ſuos iudices quoad illa omnia, & ita ſer-
uatur de conſuetudine, quæ tamen eſt
contra regulam acceſſorium de regulis
iuris in 6. cum enim (ex ſupradictis) matri-
monium ſit de foro Eccleſiaſtico, vt patet
ex ſuper inſcriptione dicti cap. cauſam,
in qua committitur à Summo Pontifice
cauſa matrimonij decidenda Epiſcopis
Fermolenſi, & Vapicenenſi, debẽt & do-
tes, & alia id genus, quæ ſunt cauſæ inci-
dentes, eſſe de eiuſdem cognitione, dicit
textus ſingularis in cap. de prudentia de
donationibus inter virum, & vxorem, hoc D
tamen non ſeruatur in hac Gallia, vt di-
ctum manet.

26 Assertio 3. Solus Iudex Eccleſia-
ſticus agnoſcit in regno de ſeparatione
decernenda quoad thorum, ita dicti au-
27 thores locis citatis. Quæ ſeparatio non de-
bet decerni niſi cum magna cauſa, vt quã-
do alter coniugum fornicando peccauit
in legem matrimonij, cap. ex parte de
ſponſalibus, cap. quoniam de coniugio
leproſorum, notatur in cap. ex literarum,
d[illegible] qui duxit in matrimonium, quam
[illegible]erium, cap. diſcretionem,
[illegible]ſanguineam vxo-
ris, & poteſt in conſcientia vir hoc caſu
denegare debitum vxori adulteræ, & vice
verſa vxor viro, Doctores in cap. ſignifi-
caſti de diuortiis, niſi poſtea vxor fornica-
retur, quo caſu vxor teneretur redire ad
ſuum virum, & è contra, vir ad vxorem,
cap. ex literis de diuortiis, cap. intelleximus,
& cap. vltimo de adulteriis, vbi dicit
dominus Innocentius III. quod *paria cri-
mina pars compenſatione deleutur*, & ibi glo- 28
ſa illo verbo.

Nota tamen non poſſe continentem nu- 29
bere alteri, relicta 1. coniuge adultera, du-
rat enim ſemper primum matrimonium,
cap. quæſiit, illo titulo de diuortiis, alias
mœcharetur, dicit textus in cap. gaude-
mus, ibidem.

Nota 2. mulierem, quæ peccauit in li- 30
gem matrimonij, perdere dotem de dicto
iure canonico, vna cum omnib. dotalitiis,
cap. plerumq. de donationib. inter virum,
& vxorem, etiam quauis contraria con-
ſuetudine nonobſtante, quæ non venit
attendenda, cap. ex parte de conſuetudi-
ne, licet regulariter ſeparato matrimonio 31
propter aliam quamcumque cauſam dos
reſtituatur, cap. 1. 2. & 3. de donationib.
inter virum, & vxorem, & poſſit agere
vxor contra quoſlibet detentores bono-
rum mariti; quæ ei ſunt pro illa tacite
obligata, dicit textus ſingularis, in cap. ex
literis de pignoribus.

Assertio 4. Solus Iudex Eccle- 32
ſiaſticus iudicat, an clandeſtinum ſit ma-
trimonium, quale eſt illud, quod contra- 33
ctum fuit ſine vlla proclamatione banno-
rũm, ex decreto Concilij generalis, relato
in cap. cum inhibitio de clandeſtina de-
ſponſatione, aſſertio patet ex ſupradictis
in aſſertione 2.

Assertio 5. Solus irritat matri- 34
monia propter impotentiam coeundi, ita
citati authores, praxeos regni obſeruato-
res fideliſſimi, quæ impotentia non ſolum 35
impedit matrimonium contrahendum,
ſed etiam dirimit contractum, cap. ex li-
teris, & cap. laudabilem de frigidis, tam 36
ex parte viri, quam mulieris, dummodo
impedimentum naturaliter tolli nequeat,
& opera peritorum, vt reſoluit Alexander
III. in dicta decretali ex literis, & cap. vl-
timo, illo titul. matronarum, obſtreticum,
& aliarum fœminarum, quæ ſint expertes
in opere nuptiali, ne qui dicitur impotẽs,
valeat ad ſecundas nuptias aduolare, & ita
decipiatur Eccleſia, & ad priora connubia
redire cogatur (potentia ſemel probata) vt
venit et decernendum, cap. 1. & cap. fra-

tetnitatis; ibidem.

37 Non debet tamen ſeparari contrahens
cum impotente, ſi imporentiam ſciebat
antequam illi nuberet, per textum ſingu-
larem, in cap. conſultationi, ibidem, vbi
dicit Lucius III. quod debet vir habere
hoc caſu tamquam ſororem, quam habete
non poteſt tamquam vxorem. Sibi enim
debet imputare, dicit rextus in cap. diſ-
cretionem, illo tit. cum ſi quis non poſſit
iure ſuo ſine culpa priuari, ait rextus in
dicto cap. diſcretionis, bene tamen poteſt
quando culpa inuenitur, argument. cap.
nonne de præſumptiouibus.

38 Quæres in caſu iurgij inter vitum, &
vxorem, quoad talem impotentiam cui-
nam debeat credi, an viro, an vxori. Reſp.
iura omnia certare pro viro, cui creditur
donec probatum fuerit contrarium, cap.
propoſuiſti de probationib. & dicto cap.
1. ex his.

39 Nota, debere impotentem, ſeruare con-
tinentiam in ſæculo, vel melius ingredi re-
ligionem ſecũdum meum conſilium, poſt
illud Summi Pontificis in dicto cap. fra-
ternitatis, ibi. *Mulierem inducens, vt ad re-
ligionem aliquam ſe transferret perpetuam
continentiam ſeruatura.*

40 Nota 2. vt plene probetur talis impo-
tentia, debere partes contrahentes ſimul
cohabitaſſe per triennium continuum,
quo finito, ſine vlla probatione coitus,
poſſunt per iudicium Eccleſiæ legitimè
ſeparari, dicto cap. laudabilem.

41 Nota vltimo poſſe obſtretrices recuſari
tamquam ſuſpectas ab vna ex partibus
contendentibus ſuper impotentia, pèr
textum mirabilem, in cap. penultimo de
probationibus.

42 Assertio 6. Solus iudex Eccleſia-
ſticus poteſt ſeparare maritatos in gradu
prohibito, cap. Albericus de teſtib. cap.
1. de conſanguinitate, cap. ad diſſoluen-
dum, ibi. *perſonæ non ſunt legitimæ ad con-
trahendum matrimonium linea conſangui-
nitatis obſtante*, de deſponſatione impube-
rum: & hæc prohibitio, quæ olim exten-
debatur vſque ad ſeptimum gradum nunc
ad quartum vſque teſtringitur ex decreto
dicti Concilij generalis, quod habetur in
cap. non debet, illo titul. de conſangui-
nitate, quid iurare debeãt teſtes deponen-
tes de conſanguiniate, vide in decretali
43 Eugenij III. relata in capit. quoties de
teſtibus, & an cogi poſſint ad deponen-
dum per cenſuras, dic quod ſic, per capit.
1. & cap. cœterum de teſtibus cogendis,
contrariam tamen probationem poteſt

A facere reus, ex cap. ſeries, illo titulo de
teſtibus.

Caueat tamen Iudex Eccleſiaſticus ſe- 44
parare partes, dum ſit proceſſus ſuper con-
ſanguinitate, vel affinitate, donec plena
fides facta fuerit in iudicio de interceſſio-
ne gradus prohibiti, textus eſt prohibens
talem ſeparationem, in cap. in literis, eo
titulo de teſtibus, cap. de illo qui, de eo
qui cognouit conſangu. vxoris, quemad- 45
modum nec debent ſeparari quoad tho-
rum pendente lite adulterij probandi,
1. quia matrimonium multum eſt fauora- 46
bile de iure Canonico, ait Innocentius
III. in cap. tua nobis de conſanguinita-
B te, 2. quia *ante probatam accuſationem iure
pars quod habet in altera priuari non debet*,
dicit textus, in cap. laudabilem vt lite
pendente nihil innouetur.

Assertio 7. Solus Iudex Eccleſia- 47
ſticus agnoſcit in regno de petitione con-
gruæ portionis. Infinita ſunt arreſta ſu-
premarum Curiarum, & potiſſimum no-
ſtri Senatus Tholozani remittentis dictas
cauſas ad tales iudices Eccleſiaſticos, vt
videte eſt apud Maynardum, & hæc con-
grua portio definitur *annua penſio debita de 48
fructibus beneficij parocho ſacramenta mini-
ſtranti, ad vitam illius congruè ſuſtentan-
dam de per ſe efficax*, cap. cum ſecundum,
C cap. extirpandæ, §. qui vero, & cap. de
monachis, de præbend. Dixi *efficax*, hanc
enim adiudicare debet officialis, ex qua
parochus, vel vicarius commodè viuere
valeat, & iura perſoluere Epiſcopalia, per
textum ſingularem in cap. cum ex eo, ibi.
*Iidem Epiſcopi, & ſuperiores procurent, vt per
bonos, & ſufficientes vicarios ab eis, huiuſmo-
di Eccleſiis deputandos animarum cura dili-
genter exerceatur, & deſeruiatur laudabiliter
in diuinis, quibus de ipſarum Eccleſiarum pro-
uentibus neceſſaria congruè miniſtrentur.*, de
electione in 6. dignus eſt enim operarius 49
D mercede ſua ex ſententia Diui Pauli A-
poſtoli, dicto cap. cum ſecundum, cap. 1.
de ſepulturis, nec eſt magnum ſi ab eo
metantur temporalia, per quem ſpiritua-
lia ſeminantur, cap. ſi Epiſcopus de offi-
cio ordinarij, libro 6. ideo dicitur, *os bouis
triturantis non claudatur*, à Concilio Late-
ranenſi habito ſub domino Innocentio
III. & quod paſſim generale vocatur in
iure Pontificio, & ab Honorio III. in
cap. ad audientiam, de capellis monacho-
rum.

Pendet autem illa congrua p[illegible]
arbitrio iudicis, qui eam [illegible]
habita ratione fr[illegible]

rumque beneficij, ita Rebuff. in ſua praxi A
beneficiali, titulo de congua portione,
qu. 9. vbi dicit ita ſeruari de ſtylo regni,
cum enim nulla fuerit à lege certa penſio
creata pro talibus vicariis, illa cenſetur re-
licta prudenti officiali, dicto cap. cum ex
eo, idem Papo in arreſtis, tit. de decimis,
arreſto 10.
51 Assertio 8. Solus Officialis agno-
ſcit de perturbatione diuini officij, ſoluſ-
que iudicat illud, vel impedie͂tes, vel per-
turbentes, ita practicatur in regno, teſte
codem Paponc, illo titulo de iuriſdictio-
52 ne Eccleſiaſtica, arreſto 12. nam diuini
cultus cognitio eſt de foro Eccleſiaſtico,
& de cognitione Epiſcoporum, qui in ſuis B
Epiſcopatibus ſunt vicarij Papæ, cap.
mandata de præſumptionibus, cap. dolen-
53 tes de celebratione Miſſarum, ideo ha-
bent Epiſcopi cathedras eminentiores
aliis, quæ ſunt in Eccleſiis ſuis, vt iuxta
æthymologiam Græcam ſuperintendere
valeant, can. cleros, 21. diſtinct. cap. qui
Epiſcopatum, 8. quæſt. 1.
54 Assertio 9. Solus Iudex Eccleſia-
ſticus agnoſcit in regno de præcedentiis
tum ſecularium, cum regularium, ita fuit
iudicatum anno *1636.* inter dominum
Archidiaconum noſtræ Eccleſiæ, & me
Præcentorem ratione præcedentiæ inter
nos litigatæ arreſto Senatus Tholozani, C
pronunciante domino de Bertier Proto-
præſide, quo temiſi fuimus, ad noſtrum
diœceſanum ſecundum meum conſilium
datum domino Tarraſſon, decano in dicta
Eccleſia in cauſa iuncto mecum contra
Archipreſbyterum eiuſdem Eccleſiæ.
55 Et hæc præcedentia deſumitur ex poſ-
ſeſſione, & conſuetudine, cuius non leuis
eſt authoritas, cap. cum dilectus, & capit.
cum conſuetudinis de conſuetud. gloſa
in cap. officium, verb. auſcultetur de of-
ficio Archidiaconi, facit canon cum olim,
vbi dicuntur Epiſcopi maiores preſbyte-
ris, non tam veritate diſpenſationis, quàm D
conſuetudine, 95. diſtinct. & hæc pu-
gnant pro nobis, Decius in cap. cleticis,
de iudiciis, Rota deciſione 867. num. 1.
parte 4. in nouis, Contrerolius in tractat.
de præcedentia, num. 58.
56 2. Ex prioritate ſcripturæ, ille enim cen-
ſetur regulariter dignior, qui prior ſub-
ſcribit, gloſa in can. bene quidem, *96.*
diſtinctione.
57 3. Ex prioritate inſtitutionis, ceu confir-
mationis obtentæ à ſancta Sede, quod
[illegible] eſt mendicantium, gloſa in cap.
[illegible]b. prædicatorum de ele-
ctione in *6.* vel ex prioritate inſtallationis 58
in vrbibus, & fundationis eorundem, iux-
ta regulam qui prior eſt de regulis iuris in
6. Rebuffus in tractatu nominationum,
quæſtione 21. nom. 45. vbi dicit quod
Bituricenſes Auguſtiniani præcedunt
Fratres Prædicatores, quia antiquiores
ſunt in fundatione, apud illos licet de iu-
re, iſti veniant aliis omnibus præferendi,
dicto cap. quorundam.
4. Ex eo oritur præcedentia, quod à ma- 59
iori quis inſtitutus fuit, argum. deducto,
ex cap. ſi à ſede de præbendis in *6.* gloſa
in cap. cum certum ſit de maioritat. Ioan-
nes Monachus in cap. ſtatuimus, num. 2.
de reſcriptis, illo lib. *6.* Nauarrus conſilio
637. num. 14. & 41.
5. Ille præcedere debet regulariter, qui 60
maiorem habet adminiſtrationem, vel
iuriſdictionem, cap. adhæc de officio Ar-
chidiaconi, tales ſunt Epiſcopi ſupra Ab- 61
bates, cap. quanto, & cap. vt iuxta de of-
ficio ordinarij, cap. ſuper his de maiorita-
te, cap. cum Epiſcopus, illo tit. in *6.* nam
Abbates tenentur procurare ſuos Epiſco-
pos, cap. 2. & cap. ſopitæ de cenſibus, &
eis reuerentiam exhibere, cap. ex ore de
priuilegiis.
6. Ex prioritate conſecrationis, quod 62
proprium eſt Epiſcoporum, quorum præ-
cedentia regulatur ex prioritate illius,
can. Epiſcopos, ibi. *Epiſcopos*, ſecundum
ordinationis ſuæ tempus ad conſede͂dum
in Concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel
in qualibet alia re ſua attendere loca de-
cernimus, 17. diſtinct. idem in can. pla-
cuit, 18. diſtinct. nam per illud verbum
ordinationis, in canone poſitum intelligi
debet conſecratio, cap. ſtatuimus de ma-
ioritate, cap. ſi Archidiaconus, & ſequen-
ti de temporibus ordinat. vide alia iura
inducentia talem præcedentiam apud di-
ctum doctorem Contelorium aduocatum
Romanæ Curiæ, qui integrum tractatum
de illa fecit in 4.
Assertio 10. Solus agnoſcit de 63
cauſa fidei iuxta illud Diui Ambroſij lib.
12. epiſtola 12. in cauſa fidei ſolent de
Imperatoribus Epiſcopi, non de Epiſcopis
Imperatores iudicare, cap. ſollicitæ de
maioritate, cap. ad abolendam de hære-
ticis, textus eſt ſingularis, in cap. excom-
municamus, §. vltim. ibi. *Volumus igitur
& mandamus, & in virtute obedientiæ præci-
pimus, vt ad hæc efficaciter exequenda Epi-
ſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent,
&c.* ibidem.
Assertio 11. Solus agnoſcit de for- 64

tilegiis, hæreſim ſapientibus, talis eſt praxis regni, iuxta eundem Bauny in dicta praxi iuris canonici, titulo de quibus cauſis agnoſcit Epiſcopus, vel Officialis in Gallia, num. 2. facit textus ſingularis in cap. accuſatus, §. ſanè, ibi. *niſi hæreſim ſapereut*, illo titulo de hæreticis, & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis, anno 1602. aſſerit Peleus in ſuis actibus forenſibus, libro 7. actu 27.

65 Assertio 12. Idem dicendum quoad irreuerentiam factam Eccleſiæ ſacramentis, ita ſeruatur, teſte Roberto libro Iudicatorum, 3. cap. 5. ibi. *Iudices Eccleſiaſtici non agnoſcunt niſi de his, quæ merè ſunt ſpiritualia, & quæ ad ſacramenta, & ad Dei cultum pertinent*, faciunt notata per Abbatem, in cap. ad Apoſtolicam, de ſymonia, & vide textum in præterea, de officio delegati.

66 Assertio 13. Quando agitur de reſcindẽda permutatione facta inter duos clericos de ſuis beneficiis, ſolus Iudex Eccleſiaſticus eam reſcindere poteſt de praxi regni, eſt arreſtum Senatus Pariſienſis, de die 6. menſis Septembris, anni 1522. teſte eodem Papone, illo titulo de iuriſdict. Eccleſiaſt. arreſto. 10.

67 Assertio 14. Solus condemnat concionantes ſine miſſione, textus eſt ſingularis in dicto cap. excommunicamus, non enim quiſque poteſt ſibi ſumere honorem, ſed qui vocatur à Deo tamquam Aaron, dicit Apoſtolus, & alio in loco, *quomodo prædicabunt niſi mittantur*, ad quod addi poteſt debere Doctorum ordinem eſſe bene regulatum, ſicuti primum, & præcipuum in Eccleſia Domini, dicit Gregorius IX. in ſua decretali, ſicut in vno corpore de hæreticis, quod non eſſet ſi vnuſquiſque pro libito faceret, & non pro rectitudine ſuperioris, ait textus in can. ad hæc, diſtinct. 98.

Assertio vltima, agnoſcit etiam ſolus de criminib. non priuilegiatis clericorum, toto titulo de foro competenti, cap. etſi clerici de iudiciis, & cap. penult. de purgatione canonica. 68

Quæres an Epiſcopi poſſint per ſe ipſos iudicare talia crimina, & alia ſupradicta. Reſp. affirmatiuè, quinimo de iure canonico ipſi ſunt ſoli legitimi iudices omnium cauſarum ſupradictarum, cap. conquerente de officio ordinarij, in regno tamen coguntur creare vicarios, iuxta notata ab Abbate in cap. quoniam, illo tit. can. quia in quibuſdam, 89. diſtinct. can. in noua, 16. qu. 7. cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus, Rebuffus in tractatu nominationum, quæſt. 14. num. 59. & de his vicariis appellari non poteſt ad Epiſcopos, cap. non putamus de conſuetudine in 6. cap. cum Romana de appellationib. illo lib. & dico in ſequenti quæſtione. 69 70

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VLTIMÆ.

1. Vicarij Epiſcoporum, quinam dicantur.
2. Vicarij Epiſcoporum ſunt honorandi ab omnibus diœceſanis, propter eos, quos repræſentant.
3. Vicarij alij perpetui, alij non perpetui.
4. De vicariis Epiſcoporum, non poteſt de iure appellari ad Epiſcopos.
5. Vicarij principales, vocantur paſſim in iure canonico miſſi Dominici.
6. De vicariis forancis poteſt appellari ad Epiſcopos.
7. Officiales foranei, quinam ſint.
8. Vicarius, & Officialis habent ſuam iuriſdictionem à prælato tamquam à ſuo fonte.
9. Vicarij Epiſcoporum poſſunt de iure amoueri, & ibi ratio inducitur, deprompta ex iure Pontificio.
10. Mortuo prælato, expirat iuriſdictio Vicarij, & Officialis.
11. Officiales in regno non poſſunt amoueri ab officiis ſine iuſta cauſa.
12. Neuter illorum poteſt ſibi ſubſtituere vicarium ſine ſpeciali facultate prælati.
13. Infinitas reprobatur de iure Canonico.
14. Officialis poteſt in caſu hic inſerto ſubdelegare.
15. Vicarij Epiſcoporum, cenſentur conſtituti in dignitate.
16. Vicarij poſſunt inſtituere præſentatos à patronis.
17. Vicarij poſſunt conferre graduatis.
18. Fallit in præſentia Epiſcopi.
19. Vicarij poſſunt vti cenſuris, & ibi dicitur quod poteſt vicarius ſemper, & vbique illas decernere, Officialis vero contra contumaces, & non parentes ſibi tantum.
20. Æquum eſt vt in eum iura inſurgant, qui ius, & iudicem illudit.
21. Requiſitio facta vicario, ligat Epiſcopum.
22. Vicarij non debent eſſe de iure in ſacerdotio conſtituti, & ibi explicatur can. valdè, 94. diſtinct. ſecus de ſtylo regni.

23. Subdiaconatus non erat ſacer ordo tem- A
pore primitiua Eccleſiæ.
24. Vicarij Epiſcoporum non poſſunt reſignare
ſua officia in fauorem.
25. Vicarij Epiſcoporum excuſantur à reſiden-
tia in ſuis beneficiis.
26. Vicarius generalis habet iuriſdictionem
voluntariam,& officialis contentioſam.
27. Vicarius generalis poteſt conferre beneficia
extra diæceſim.
28. Officialis debet exercere ſuam iuriſdictio-
nem contentioſam in territorio.
29. Per receſſum à territorio, expirat iuriſdi-
ctio officialis.
30. Officiales poſſunt dare licentiam typis B
mandandi libros.

QVÆSTIO VLTIMA.

In quibus conueniant, & in quibus differant Vicarij generales, & Officiales.

1 VT res propoſita clarius eluceſ-
cat, præmittendum eſt eos dici
vicarios Epiſcoporum, qui eo-
rum vices gerunt in ſuis Epiſco-
patibus, can. valdè, diſtinct. 94. cap. Ro-
mana de appellationibus in 6. Doctores, C
& ibi gloſa in clement. quæ in Eccleſia-
2 rum, de officio vicarij, qui vicarij ſunt
honorandi ab omnibus diœceſanis pro-
pter officia quæ exercent nomine Epi-
ſcoporum, dicit can. præcipimus, 93. di-
3 ſtinctione, ſciendum 2. non loqui nos ibi
de vicariis perpetuis, de quibus in cap. per-
petuus, de fide inſtrumentorum, notatur
in cap. ad hæc de officio vicarij, & in ca-
pitul. extirpandæ. §. 1. de præbendis, ſed
de vicariis non perpetuis, de quibus agitur
in cap. peruenit de appellationibus, cap.
4 cum ex eo de elect. in 6. vt ſunt hi vicarij
Epiſcoporum, de quibus non appellatur D
ad prælatos, cap. non putamus de conſue-
tudine in 6. cap. Romana de appellatio-
nibus, illo libro, dummodo ſint vicarij
principales, iuxta textum in cap. ex fre-
quentibus de inſtitutionibus, cap. 2. de
5 reſcriptis in clementinis, qui vocantur
paſſim in iure Pontificio Miſſi Dominici,
cap. 2. de regularibus, cap. accepiſti de
frigidis, gloſa in dicta clementina 2. ver-
6 bo, officialis, nam de foraneis officialibus
bene appellatur de iure ad prælatos, vt
volunt Doctores in dicto cap. Romana,
7 qui ſunt illi qui in certa parte diœceſis,
vel ad certos caſus deputantur, vt notat
illa gloſa in verbo, foraneos, ſic dicti, quia
foris in diœceſi conſtituuntur, vel quod
foris forũ teneant. gloſ. in cap. Romana,
de off. ordinarij in 6. & hi non poſſunt
eſſe delegati Papæ, quia non ſunt in digni-
tate conſtituti, dicta clement. 2. his poſi-
tis ſit.

Assertio 1. In hoc conueniunt 8
Vicarius generalis, & Officialis, quod
vterque habet ſuam iuriſdictionem ab
Epiſcopo, tamquam à ſuo fonte, textus
eſt ſingularis quoad hoc, in dicto cap. ex
frequentibus, notatur in cap. 1. de officio
vicarij in 6. Bolog. in additione ad Ioan-
nem de Ananio, conſilio 14. Rebuffus in
tractatu de pacific. poſſeſſorib. num. 79.
ideo poteſt de iure vterque amoueri, quia 9
delegata eſt vtriuſque authoritas, cap. in-
ſinuante de officio delegati, Doctores, &
ibi gloſa in cap. cum acceſſiſſent de con-
ſtitutionibus, & eſt communis, & vera
opinio illorum, in dicta clementina, etſi
principalis de reſcriptis, can. peruenit, 11.
quæſt. 1. Sanch. lib. 8. de matrimon. diſ-
putatione 33. numer. 6. Suarez tomo 4.
parte 3. diſput. 26. num. 23.

Hinc mortuo prælato expirat iuriſdi- 10
ctio vtriuſque, Abbas in cap. penultimo,
de officio vicarij, Rebuffus in praxi, titulo
forma vicariatus, Pariſius libro ſeptimo
de reſignatione beneficiali, quæſtione 24.
num. 35. vbi dicit eſſe communem opi-
nionem quod poſſunt Vicarius, & Officia-
lis amoueri, etiam nonobſtante iura-
mento de non reuocando, Ioannes An-
dræas in cap. tua in fine, de officio vica-
rij, Probus in addit. ad Ioannem Mona-
chum, in cap. finali de procuratoribus in
ſexto.

Fallit in regno quoad officialem, qui 11
non poteſt amoueri ab Epiſcopo ſine iu-
ſta cauſa, Benedictus in repetit. cap. Ray-
nutius, num. 37. & ſequenti, de teſta-
mentis, Boerius deciſione 149. numero
23. & quoad hoc infinita ſunt arreſta ſu-
premarum regni Curiarum. Chenu in ſua
recollectione Regulament. titul. 33. cap.
201. Bochellus in ſua Bibliotheca iuris
Gallici, & in ſua ſumma, verbo, officialis,
Imbertus in ſuis inſtitutionibus forenſi-
bus, lib. 1. cap. 16. vbi dicit viam patere
officiali deſtituto appellandi à conceſſio-
ne facta alteri de officio ſuo tamquam
ab abuſu, vide Paponem, Maynardum, &
Bauny in ſua praxi iuris Canonici, titulo
de vicario, & officiali, & ita fuit iudicatum
Tholozæ anno 1636. me perſequente
pro defuncto Stephano Benoiſt, antea

Præcentore meo auunculo, & Officiali, contra Epiſcopum noſtrum Lodouenſem pro tunc exiſtentem.

12 Asse rtio 2. In hoc etiam conueniunt, in eo quod neuter illorum poteſt ſubſtituere ſine ſpeciali mandato, veriſſima eſt hæc opinio, & communis Canoniſtarum, in cap. clericos de officio vicarij, Innocentius in dicto cap. Romana, illo titulo in 6. gloſa communiter approbata in clement. vt profeſſores, verb. loco aliorum de regularibus, Cardinalis in dicta clement. 2. num. 4. de reſcripris, &
13 hoc vt viterur infinitas (vt ipſi dicunt) quæ reprobatur de iure canonico, can. quoniam, 11. quæſt. 3. cap. cum in multis de reſcriptis in 6. idem Pariſius vbi ſuprà, num. 71.

14 Fallit quoad officialem in caſu ſcilicet recuſationis, quo caſu poteſt ille Iudicem ſubdelegare, Abbas in dicto cap. clericos, num. 1. verſicul. ſed obſtat prædictis, gloſa in dicto cap. Romanam, verbo, ipſius, notatur in cap. ſuper, §. porro, de officio delegati, Cardinalis in clement. 1. num. 1. de officio vicarij, dixi, *ſine ſpeciali mandato,* per textum, capitul. licet, & cap. ſequenti, illo titulo in ſexto, gloſa in cap. ſua nobis, eo titulo apud Gregorium.

15 Assertio 3. In hoc conueniunt Vicarius generalis, & Officialis principalis, in eo quod vterque eſt conſtitutus in dignitate, gloſa in dicta clementina, etſi principalis de reſcriptis, ideo poteſt vterque eſſe delegatus Summi Pontificis, cap. ſtatutum, illo titulo in 6. & ita practicatur quotidie.

16 Assertio 4. Poſſunt ambo inſtituere præſentatos à patronis, idque de iure, etiam ſine ſpeciali facultate, per textum ſingularem, in cap. ex frequentibus de inſtitutionibus, dixi vbi de Capitulis, in prima diſputatione, quæſtione penultima, & in diſputatione 3. quæſtione 7. & ita fuiſſe iudicatum Pariſiis, aſſerit Papon libro Recollectionum Arreſtorum, titulo de prouiſionibus, arreſto 11. quem-
17 admodum & poſſunt conferre graduatis, etiam ſine vlla licentia Epiſcopali, gloſa in clement. vna, de foro competenti, & eſt conſtitutio regia, vt dixi in illâ diſpu-
18 tat. 1. in abſentia ſcilicet Epiſcoporum, can. quia in quibuſdam, 89. diſtinction. canone in noua, 16. quæſtione 7. Rebuffus in tractatu nominationum, quæſt. 14. numero 59.

19 Assertio 5. In hoc quoque conueniunt, Vicarius generalis, & Officialis,
A quod poteſt vterque cenſuris vti Eccleſiaſticis, diuerſimodè tamen, poteſt enim vicarius id ſemper, & pro ſemper ratione iuriſdictionis voluntariæ, cap. conquerente de officio ordinarij, Angelus in ſua ſumma, verbo, excommun. 6. Nauarrus in manuali, cap. 27. num. 112. Officialis vero tantum contumaces excommunicationis mucrone ferire poteſt, vel non parentes ſibi, parum enim eſſet ferre ſententias, ſi eæ executioni non demandarentur, quod accideret, ſi non poſſet Iudex Eccleſiaſticus cenſuras laxare, cap. tanto, §. finali de decimis in 6. æquum 20
enim, vt illudentes & ius, & iudicem à
B iure, & à iudice puniantur, dicit textus ſingularis, in cap. 1. de appellationibus, illo libro, ſed non poſſunt puniri à iudice Eccleſiaſtico, quam per cenſuras quas habet ſolas Eccleſia, Doctores in rub. de ſententia excommunicationis, Summiſtæ verb. excommunicatio, Couarr. in cap. alma mater Dei, illo titulo in 6. Diuus Thomas, in 4. ſentent. diſtinct. 22. dixi vbi de Epiſcopis, ergo.

Assertio 6. In hoc etiam conue- 21
niunt, quod vtrique facta requiſitio, vel inſinuatio, ligat prælatum, maximè in hoc Imperio Gallico, veriſſima eſt hæc opinio in omni iudicio fotaneo de praxi
C ſeruanda, Rota deciſione 432. nota vtrum de vicariis in antiqua, gloſa pragmatices in rubrica de collationibus. §. item voluit, verbo, vicario. Ratio hæc eſt, quia Epiſcopus, & eius Vicarius, cenſentur in iure Canonico, vna, & eadem perſona, capitulo 1. de conſuetudine in 6. cap. Romana de appellationibus, illo lib. vbi dicitur, quod idem eſt vtriuſque tribunal, ideo de vno non poteſt ad alterum appellari.

Hinc poteſt quilibet mandatarius, vel graduatus, vel indultarius Gallus inſinua-
D re ſuam gratiam iſtis vicariis, etiam pro beneficiis exiſtentibus de collatione Epiſcoporum, qui non poſſunt aliis, quam talibus expectantibus illa conferre, ſaltem validè (obſtante debita inſinuatione) eſt in concordato, tota illa rubrica de collationibus, & rubrica de mandatis Apoſtolicis, quod ita practicandum affirmo, vt obuiam procedatur malitiis, & fraudibus ipſorum prælatorum, qui poſſent alias nunquam ligari, quoad collationes beneficiorum per gratias expectatiuas, impediendo ſcilicet, quominus ſibi ipſis fierent notificationes earumdem per abſconſiones domi, vel per egreſſus eorumdem ex locis

Epiſcopalibus, & ita priuarentur dicti exſpectantes commodo ſuarum literarum, quod eſſe non debet, argument. cap. plerumque contingit de reſcriptis, cui dolo præcauendum arbitrantur omnes Canoniſtæ, in capit. 2. de renunciatione in 6.

22 Assertio 7. In hoc quoque conueniunt, Vicarius, & Officialis, quod in regno debet vterque eſſe conſtitutus in ſacerdotio adhoc vt officium rite valeat peragere, ita fuit iudicatum à Senatu Pariſienſi, anno 1604. contra Officialem Andegauenſem, prout affirmat Peleus libro 4. actuum forenſium, actu 27. & à noſtro Senatu Tholozano, contra Officialem Carcaſſonenſem, teſte Maynardum, licet contrarium ſit de iure, ſecundum quod ſola ſufficit authoritas, cum tonſura, ad iudicandum, excommunicandum, vel ſuſpendendum, cap. tranſmiſſa, & ibi gloſa de electione, Rebuffus in tractatu nominationum, quæſtione 8.

Obiicies canonem 4. Concilij Toletani contrarium definiuiſſe, ibi *eos quos Græci vocant œconomos, id eſt qui vice Epiſcoporum res Eccleſiæ tractant, omnes de proprio clero ad regendas Eccleſias habere oportet.* Reſpondeo hoc eſſe veriſſimum, quod tamen non facit contra nos, quia qui tonſurati ſunt, de clero ſunt, & vti clericali militiæ adſcripti gaudent priuilegio clericali, dummodo non ſint coniugati, cap. Ioannes de clericis coniugatis, ideo innuuntur in can. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. facto in fauorem totius ordinis clericalis, cap. contingit de ſentent. excommunicat.

Obiicies 2. Gregorium Papam primum conſtituiſſe vicarium in regno Siciliæ ſubdiaconum quendam Petrum nomine, dicto can. valde, diſtinctione 94. ergo de rigore iuris debent vicarij eſſe ſubdiaconi. Reſp. negando conſequentiam, quia quamuis dictus Petrus fuerit ſubdiaco-
23 nus, æquè tamen poterat eſſe vicarius dicti domini Gregorij cum tonſura, quam cum ſubdiaconatu, qui non erat ſacer ordo tempore naſcentis Eccleſiæ, vt notatur in canone vltimo, diſtinct. 60. cap. à multis, de ætate, & qualitate, cap. miramur de ſeruis non ordinandis.

24 Assertio 8. In hoc ſunt conformes iidem Vicarius, & Officialis, quod neuter illorum poteſt reſignare officium in fauorem, patet veritas huius aſſertionis ex his, quæ ſuprà diximus, quando probabimus in principio huiuſce quæſtionis poſſe Vicarium, & Officialem amoueri tamquam procuratores, qui de iure canonico poſſunt ad libitum reuocari, clementina 1. de procuratorib. & ibi etiam Cardinalis Zabarella, Doct. in cap. audita, de reſtitutione ſpoliatorum, Rebuffus in praxi, titulo de reuocatione procuratoria, numero 1. ergo non poſſunt diſponere de ſuis officiis, ſine beneplacito prælatorum procurantium, per quorum obitum expirat vicariatus, & omnis actus procuratorius, per textum ſingularem, in cap. in literis de officio delegari. Iſta conſequentia neceſſario educitur de tali antecedente.

Assertio 9. In hoc etiam ſunt 25
vniformes iſti Vicarij, quod omnes excuſantur de iure à reſidentia perſonali in ſuis parochialibus beneficiis, dummodo vicarios conſtituãt, & ſubdelegent in eiſdem, vel ſacerdotes non perpetuos, qui ſacramenta miniſtrent parochianis, vt dicitur in cap. cum ex eo de electione in 6. probatur hæc aſſertio ex notatis, in capit. de cætero, de clericis non reſidentibus, diximus vbi de modis amittendi beneficia, diſputat. 4. quæſt. 1. Cum enim nihil ſit regimine animarum pretioſius, quod ideo dicitur ars artium in cap. cum ſit, de ſacra vnctione, nihil etiam quantumuis priuilegiatum ei præferri debet, quod cæteris omnibus de iure venit anteponendum, dicit dominus Innocentius III. in cap. cum infirmitas de pœnitentiis: & en omnia, in quibus conueniunt Vicarius generalis, & Officialis.

Differunt autem in ſequentibus, 1. po- 26
teſt ille reuocari, non iſte de ſtylo regni ſi non de iure, 2. ille habet iuriſdictionem voluntariam, iſte vero contentioſam, quæ tota verſatur in inuitos, & ita vocatur, quia inter contendentes exercetur, & hæ iuriſdictiones ſunt ſeparatæ, ideo vna non includit aliam, Felinus in cap. audiris, numero 12. de procuratoribus, Pariſius libro 7. reſignationis beneficialis, quæſt. 24. num. 18. 3. Debet Officialis eſſe in territorio, vt ius poſſit dicere partibus, & validam ferre ſententiam, textus eſt in
cap. Epiſcopus, ibi. *in quolibet loco ipſius* 27
diœceſis non exempto per ſe, vel per alium poſſit pro tribunali ſedere, cauſas ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes audire, de officio ordinarij in 6. Piaſecius in ſua praxi Epiſcopali, cap. 4. Bauny in ſua praxi iuris canonici, titulo de iuriſdictione Epiſcoporum, ceu Officialium. Dixi in explicatione cap. conquerente, illo titulo de of-

ficio ordinarij extra, verb. ad forum Eccleſiaſticum, num. 97. nam *iuxta canonicas ſanctiones extra territorium ius dicenti non paretur*, dicit textus aureus in capit. 1. de
28 conſtitutionibus in 6. & præſes exeundo
è prouincia ſua priuatur dignitate, quæ expirat ex receſſu ab ea, idem Bauny loco
29 citato, libro 1. in fine. Vicarius vero poteſt ſuam iuriſdictionem voluntariam exercere vbique in collationibus præbendarum, Rota deciſione vltima, incipiente, numquid Vicarius de officio Archidiaconi in antiq. Geminianus in cap. finali, num. 10. de officio vicarij in 6. & eſt communis, eaque vera opinio Canoniſtarum in cap. nouit de officio legati, licet conueniant vtrique in eo quod poſſunt dare licentiam edendi libros in lu- 30
cem, vt videmus quotidie practicari in editionibus omnium librorum, qui typis mandantur, Pariſiis, Tholozæ, Monſpelij, Lugduni, & in omnibus aliis vrbibus huiuſce noſtri regni Gallici.

Finis Diſputationis ſeptimæ.

DISPVTATIO VLTIMA.

De diſtributionibus quotidianis in Eccleſiis, tum Cathedralibus, tum Collegialibus percipi ſolitis.

Quæſtiones ſæpius agitatæ fuerunt in noſtro Capitulo, quoad has diſtributiones quotidianas, multaque crebro indeciſa extiterunt dubia, ea hic patebunt reſecta cuilibet aſpicienti per vnicam quæſtionem, quæ dicet nobis quid ſint, quorumnam ſint, & quinam ſint, qui veniant illis priuandi, vel à Capitulis, vel à Præcentoribus, ceu Cantoribus eccleſiarum, ſit igitur.

SVMMARIVM QVÆSTIONIS VNICÆ.

1. *Diſtributiones quotidianæ quid ſint, hic edocetur.*
2. *Diſtributiones quotidianæ, ſunt realiter diſtinctæ à fructibus groſſis nuncupatis.*
3. *Fructus groſſi, quinam ſint.*
4. *Fructus groſſi vocantur portiones priuilegiatæ.*
5. *Fructus groſſi in caſu non reſidentiæ canonicorum, debentur fabricæ Eccleſiæ.*
6. *Fructus groſſi debent diuidi æqualiter inter Canonicos reſidentes.*
7. *Fructus debent dari integraliter.*
8. *Diſtributiones quotidianæ in caſu non reſidentiæ accreſcunt præſentibus actu in choro.*
9. *Funeralia, anniuerſaria, & alia id genus computantur in diſtributionibus quotidianis.*
10. *Ratio creandarum diſtributionum in Eccleſiis Cathedralibus, hic inſeritur, educta ex iure Canonico.*
11. *An liceat tuta conſcientia intereſſe horis Canonicis propter diſtributiones quotidianas, hic oſtenditur.*
12. *Diſtributiones quotidianæ debentur ſolis intereſſentibus horis canonicis.*
13. *Priuilegiatus de iure à reſidentia non poteſt percipere diſtributiones quotidianas in abſentia.*
14. *Priuilegiati de iure poſſunt compelli ad reſidendum, etiam nonobſtante priuilegio in caſu neceſſitatis, vt in caſu penuriæ Clericorum.*
15. *Eccleſiæ non debent debitis obſequiis defraudari.*
16. *Priuilegiati percipientes diſtributiones in abſentia, tenentur in conſcientia ad reſtitionem illarum.*
17. *Solus Canonicus Theologalis poteſt percipere in abſentia fructus præbendæ, & diſtributiones quotidianas, idque de iure nouo, & ibi contrariis reſpondetur.*
18. *Soli præſentes corpore, & animo lucrantur diſtributiones quotidianas, non autem præſentes tantum corpore, vt ſermocinantes in Eccleſia, vel non cantantes, & pſallentes cum choro.*
19. *Indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.*
20. *Ceſſante cauſa impulſiua, ceſſare debe[illegible] effectus.*
21. *Diſtributiones quotidianæ non [illegible] proprie fructus.*
22. *Diſtributiones quotidianæ non computantur in valore beneficij.*

23. *Diſtributiones quotidianæ percipiuntur, intuitu perſonalis obſequij.* A

24. *Beneficiati poſſunt in conſcientia diſponere de diſtributionibus, ſicuti de bonis proprijs, etiam in fauorem conſanguineorum.*

25. *Penſio non poteſt imponi ſuper diſtributionibus quotidianis.*

26. *Fallit in caſu hic inſerto, ſcilicet quando adeſt clauſula hac Pontificia*, etiam ſi in ſolis diſtributionibus quotidianis, & non niſi præſentibus, & diuinis officiis intereſſentibus dari, & per eos lucrari ſolitis, & conſuetis.

27. *Decima Pontificia non ſoluitur de iure de diſtributionibus quotidianis.* B

28. *Hora Canonicæ, quotnam ſint.*

29. *Hora Canonica, quidnam ſint.*

30. *Beneficiati omnes ſubdiaconi tenentur ad recitationem horarum Canonicarum ſub pœna peccati mortalis.*

31. *Beneficiatus non recitans officium præter peccatum mortale, tenetur ad reſtitutionem fructuum.*

32. *Beneficium datur regulariter propter officium.*

33. *Scholaris beneficiatus, vel ſacris initiatus tenetur ad recitationem horarum Canonicarum.*

34. *In recitatione horarum requiritur attentio.* C

35. *Integritas clericorum, ſalus eſt ſubditorum.*

36. *Confabulantes in Eccleſia, non poſſunt percipere diſtributiones, nec de his facere eleemoſynas.*

37. *Quos diuinus amor, vel timor, non reuocat à malo, eos debet coercere Eccleſiaſtica ſeueritas diſciplina.*

38. *Canonicus Theologalis in caſu omiſſionis lecturæ, & aliorum onerum, poteſt priuari ſuis diſtributionibus.*

39. *Canonicus Theologalis non poteſt pro prima vice puniri maiori pœna quam inflicta ex concordato.*

40. *Capituli eſt, non Epiſcopi, decernere talem priuationem contra Theologum.* D

41. *Canonicus Theologalis in caſu abſentia legitima, debet habere licentiam Capituli, non Epiſcopi.*

42. *Canonici ſe abſentantes petunt de conſuetudine generali licentiam à Capitulo, non ab Epiſcopo.*

43. *Capitulum non poteſt diſpenſare Theologum ſuper onere lecturæ, nec prædicationis.*

44. *Onus Theologale non poteſt de iure præſcribere.*

45. *Penſio non poteſt imponi præbendæ Theologali.*

46. *Præbenda Theologalis ſit vocatur, quia affecta Doctori, vel Licentiato, vel Baccalaureo formato in Theologia.*

47. *Canonici non portantes cappas in choro, poſſunt priuari à Præcentoribus Eccleſiarum Cathedralium.*

48. *Qui eligitur ad commodum, & ad onus etiam eligitur.*

49. *Præcentores Eccleſiarum, in ſignum iuriſdictionis gerunt baculos in Eccleſiis.*

50. *Præcentores poſſunt priuare Canonicos in Eccleſiis fabulantes diſtributionibus lucratis vno tantum die, non vero multis diebus.*

QVÆSTIO VNA.

De diſtributionibus quotidianis in Eccleſiis, tum Cathedralibus, tum Collegialibus, fieri ſolitis.

ASSERTIO I. Diſtributiones quotidianæ *ſunt prouentus, qui quotidie diſtribuuntur his, qui interſunt horis Canonicis ſine fraude, fructus groſſos excludentes.* hæc definitio deſumitur ex cap. licet de præbendis, & melius ex extrauag. cum nonnullæ, illo titulo in extrauag. communibus. 1

C *Fructus groſſos excludentes,* à quibus ſunt realiter diſtinctæ tales diſtributiones, cap. de cætero de clericis non reſidentibus, vbi priuilegiatus à reſidentia percipit integrè fructus groſſos præbendæ tempore abſentiæ, ſed non diſtributiones vti realiter diſtinctas ab illis, & dicto cap. licet, in quo cap. mandat. dominus Honorius III. Abbati, & Priori Eccleſiæ Sanctæ Genouefæ huiuſce vrbis, vt gaudere faciant Archidiaconum Eboracenſem ſacræ Theologiæ ſtudentem fructibus integris ſuæ præbendæ, ſolis diſtributionibus exceptis, quæ tantum actu intereſſentibus diuinis officiis ſolui debent, vt dico infrà. 2

D Sunt autem fructus groſſi, fructus principales, qui vel in pecunia, vel in frumenti certa quantitate præbendatis diſtribuũtur, vel in fine menſis, vel in fine anni pro ſeruitio cuiuſuis menſis, vel vnius anni ſicut fit in noſtra Eccleſia, ita Ioann. 22. in dicta extrauag. cum nonnullæ, vel qui de menſa ſumuntur, & de collegio diſtribuendi, dicit Alexander III. in dicto cap. de cætero, & hi fructus dicuntur portiones priuilegiatæ, quia reditus ſunt communes, & cuilibet datur æqualis portio, Felinus in cap. cum olim de re iudicata, Rebuffus in concordat. rubrica de collationibus. §. 1. verbo, diſtributionem, nec 3 4

5 .eſcunt his, qui ſunt præſentes officiis, A
ſed ſoli fabricæ Eccleſiarum, cui afficiun-
tur, dicit gloſa communiter approbata in
clement. finali, verb. ſuſpenſus, de vita, &
honeſtate clericorum, Decius in cap. 1.
notab. 8. lectura 2. de iudiciis, idem Fe-
linus in cap. Apoſtolicæ, col. 5. de exce-
ptionibus, quemadmodum ex ſtatuto
noſtro Capitulari debentur fabricæ Ec-
cleſiæ fructus præbendarum Canonica-
lium quarum prouiſis non ſuffragatur an-
nalis poſſeſſio.

6 *Sine fraude*, ita dicit textus in dicta ex-
trauag. cum nonnullæ, id eſt, æqualiter,
ita enim debent diuidi tum fructus groſſi,
tum diſtributiones, per textum ſingula-
rem, in cap. cum omnes de conſtitutioni-
bus in antiqua, *omnes enim, qui in vna Ec-
cleſia vni Deo famulantur, pari debent gaude-
re libertate*, dicit ibi eruditiſſimus Pontifex
Innocentius III. vel *ſine diminutione*, vt
explicat idem Papa in cap. dilectus in fine
7 de præbendis, cum denario fraudari non
debeant in vinea Domini operantes, cap.
8 finali de magiſtris, vel *ſine fraude*, dicun-
tur diſtribui prouentus, quando diſtribu-
tiones accreſcunt ſolis præſentibus, non
vero menſæ Capitulari, dicit gloſa in cap.
vt hi, verb. dimidia pars de ætate, in cle-
ment. dignum quippe eſt vt illi Eccleſiæ
ſtipendiis ſuſtententur, per quos Eccleſia
debitis obſequiis non defraudatur, cap.
cum ſecundum de præbendis, cap. perue-
nit, de appellationibus, niſi daretur certa
portio ſingulis canonicis, vt fit in quibuſ-
dam Eccleſiis, gloſa pragmatices, verbo,
neque de tenentibus capitula tempore
Miſſæ.

9 *Prouentus*, quorum appellatione ve-
niunt, anniuerſaria, & funeralia, quæ
ideo inter diſtributiones computantur,
cap. vno de clericis non reſidentibus in 6.
Lappus allegat. 43. an reſidens, illa gloſa
pragmat. in §. iuber, verb. diſtributiones,
quo tempore quis debeat eſſe in choro.

10 *His qui interſunt*, ideo enim inuentæ
fuerunt diſtributiones, vt earum intuitu
augeretur cultus diuinus, quem ſemper
habuerũt in votis Summi Pontifices, cap.
ex parte de conſtitutionibus, cap. dolen-
tes de celebratione Miſſarum, clementin.
graui, illo titulo, extrauag. ad diuini de
conceſſione præbend. in extrauag. Ioan-
nis 22. notatur in cap. ad hoc, de clericis
non reſidentibus, facilius enim beneficia-
ti conueniunt ad diuina officia peragen-
da ſpe præmij, clementin. vna de reliquiis,
& veneratione Sanctorum, Panormita-
nus, in cap. licet, notab. 2. de præbendis.

Obiicies non licet intereſſe horis cano- 11
nicis propter diſtributiones quotidianas
ſine peccato, vt eſt vera opinio omnium
tum Theologorum, tum Canoniſtarum,
ergo augmentum cultus diuini, non fuit
cauſa creandarum diſtributionum. Reſp.
diſtinguo antecedens, non licet primario,
& principaliter concedo. Secundario, &
minus principaliter, ceu acceſſoriè, nego.
gloſa in can. quid proderit, 61. diſtinct.
gloſa in dicto cap. vno, quam ſingularem
vocat, Pariſius in tractatu de confident.
beneficial. quæſtione 36. num. 13. quem-
admodum licet amare Deum primario
B propter ſeipſum, ſecundario vero propter
remunerationem æternam, iuxta illud re-
gis Prophetæ, *Inclinaui cor meum ad fa-
ciendas iuſtificationes tuas propter retributio-
nem.* Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 27. ar-
ticulo 1. Nauarrus in can. cum miniſter,
23. quæſt. 5.

Hinc ſolis intereſſentibus diuinis offi- 12
ciis, debentur iſtæ retributiones quoti-
dianæ, cap. dilectus de præbendis, & dict.
cap. licet, cap. de cætero de clericis non
reſidentibus, etiam quauis contraria con-
ſuetudine, dicit textus in dicto cap. vno,
illo titulo in 6. textus eſt ſingularis, in
cap. olim, de verborum ſignificatione,
C Concilium Tridentinum, ſeſſ. 24. cap. 12.
de reformatione, vel ſtatuto contrario,
gloſa pragmat. §. tollens prorſus, verbo,
vſurpat. rub. quo tempore debeat quis
eſſe in choro.

Hinc non poteſt quantumuis priuile- 13
giatus de iure, illas percipere tempore ab-
ſentiæ, non familiaris, vel commenſalis
Summi Pontificis, cap. cum dilectus de
clericis non reſidentibus, non Canonicus
inſeruiens ſuo Epiſcopo, dicto cap. de cæ-
tero, non ſtudens in Theologia, cap. ſuper
ſpecula de magiſtris, cap. cum ex eo de
D electione in 6. non beneficiatus ægrotans,
cap. 1. de clerico ægrotante, nec abſens
pro tuitione iurium ſuæ Eccleſiæ, cap. ex 14
parte, illo titulo de clericis non reſidenti-
bus, maximè cum tales priuilegiati poſſint 15
cogi ad reſidentiam per ſubſtrationem
fructuum in caſu penuriæ clericorum,
& paucitatis miniſtrorum, ob quam de-
bite celebrari non queant diuina officia,
dicit Gregorius IX. in cap. penultimo,
ibidem, cap. ordinarij, de officio ordina-
rij, lib. 6. vide Felinum, in cap. Apoſtoli-
cæ, de exceptionibus, & Ioann. Andr.
in cap. ad reſidentiam, de clericis non
reſidentibus.

16 Amplia hoc tam verum, vt ſi quis priuilegiatus eas percipiat, teneatur in conſcientia illas reſtituere, per textum, dicti cap. vnici, quem ſingularem vide, & ibi gloſam, communiter approbatam.

17 Limita, quoad Canonicum Theologalem, qui etiam in abſentia lucratur tales diſtributiones, dummodo ea faciat, quæ ſibi incumbunt ex officio, ita concordatum in rubrica de collationibus, §. t. ibi. *& vt liberius ſtudio vacare poſſit, etiam ſi abſens fuerit à diuinis, habeatur pro præſente, ita vt nihil perdat.*

Obiicies verba concordati debent intelligi, quoad fructus groſſos præbendæ Theologalis, quos æquum eſt vt percipiat Theologus abſens ratione ſtudij, quod eſt, & fuit ſemper priuilegiatum à iure canonico, cap. tuæ fraternitatis de clericis non reſidentibus, cap. cum de diuerſis, de priuilegiis in 6. non quoad diſtributiones, quæ ſemper ſolis aſſiſtentibus horis canonicis affectæ fuerunt, dicto cap. vno, illo titulo de clericis non reſidentibus, illo lib. 6. Reſpondeo hoc eſſe probandum cum contrarium colligatur ex textu dicti concordati, ita Rebuffus in illo loco, verbo, *nihil*, gloſa pragmatices, in illa rub. de collationibus, §. ſequitur, & quod nihil perdat iudicatum fuit à Senatu Pariſienſi, teſte Papone in recollectione arreſtorum, titulo de Capitulis, arreſto 10. & à Tholozano, teſte Maynardo in arreſtis, lib. 1. quæſtione 1. cap. 14.

Obiicies 2. Non debet Theologus vti maiori priuilegio aliis, vt ſtudentibus in Theologia, commenſalibus Summi Pontificis, ægrotantibus, & cæteris à iure priuilegiatis, ſed iſti non percipiunt diſtributiones in abſentia, ergo nec ille. Reſp. ne-
18 gando maiorem, hoc enim habet priuilegium præ aliis Theologus à dicto concordato, vt dictum fuit ex quo percipit, & fructus groſſos ſuæ præbendæ, & dictas diſtributiones, & alia omnia aduentitia.

Ex his collige non omnes præſentes choro poſſe percipere diſtributiones, ſed eos tantum qui præſentes ſunt corpore, & animo, Concilium Baſilienſe, ſeſſione 21. titul. quomodo diuinum officium ſit celebrandum, & pragmatica ſanctio, illo titul. verb. & cum pſallendi gratia, quod facit contra quoſdam Canonicos, & beneficiatos, qui quamuis ſint in Eccleſia, numquam tamen canunt, ſed ſermocinationibus, & vanis colloquiis occupantur, quod canones reprobant, cap. dolentes de

A celebratione Miſſarum, indignum quippe
eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos 19
ſcandalum in Eccleſia generatur, cap. 2. ne clerici, vel monachi, ſicut ſit ab ipſis ſermocinantibus, cum deberent ad ſolum Deum, & ædificationem populi habere reſpectum, cap. 1. de treuga, & pace, 2. confirmatur ratione, ideo inuentæ ſunt hæ diſtributiones, vt diuinus cultus melius peragatur, dixi ſuprà, & hoc eſt veriſſimum, antea enim clerici, & præbendati Eccleſias deſerebant, vt venationi indulgerent, commenſationibus, & aliis de quibus tacendum eſt, & de quibus conqueritur dominus Innocentius III. in
B Concilio generali habito Romæ in Eccleſia Sancti Ioannis Laterani, ſed (vt ait ibi idem Papa in dicto Concilio) quomodo porrigerent aures intentas ad diuina illi, qui auditum ad infideles ſermones ef-
fundunt, ergo, &c. ceſſante enim cauſa 20
impulſiua, ceſſare debet, & effectus, cap. etſi de iureiurando, cap. cum infirmitas, de pœnitentiis, & tantum abeſt, vt ab eis peragatur diuinum officium, quinimo turbatur in offenſam diuinæ maieſtatis, & ſcandalum adſtantium, clement. 1. de celebratione Miſſarum, facit extrauag. Pij V. quam ponit Nauarr. in manuali, cap.
C 25. num. 122. Caietanus in ſumma, verb. horæ Canonicæ.

Collige 2. diſtributiones non eſſe fru- 21
ctus, Lappus allegatione 43. Decius conſilio 280. in caſu, colum. 1. Gambar. de authoritate Legati à latere, & notatur in cap. licet de præbend. ideo appellatione fructuum non veniunt, dicunt Doctores
in cap. ad aures de reſcriptis, nec compu- 22
tantur in valore beneficij, de cuius corpore non ſunt, Ancharus in clement. vna,
quæſt. 5. de conceſſione præbendæ, Rota
deciſ. 134. in nouis, cum percipiantur in- 23
tuitu perſonalis obſequij, Oldrad. conſ.
D 118. Bellamera conſilio 34. ſuppoſito in 4. dubio. Rebuffus in tractat. nominat.
quæſt. 9. num. 39. & ſequenti. ideo poſ- 24
ſunt beneficiati diſponere de illis, ſicuti de bonis propriis, vel paternis etiam in fauorem conſanguineorum, fratrum, vel nepotum, teſte Archiepiſcopo Florentino, in parte 2. cap. 1. §. finali, Barbat. in cap. vltimo de peculio clericorum, Francus in dicto cap. vno de clericis non reſidentib. Decius conſ. 280. col. 1. Doctor. in cap. cum in officiis de teſtamentis.

Hinc non poteſt imponi penſio ſuper 25
ſolis diſtributionibus, Felinus in dicto cap. ad aures, verſicul. 13. concluſio, Rota

deciſ. 134. in nouis, & deciſ. 766. in an- A
tiq. idem Oldr. conſ. 117. Ioann. Andr.
in rubrica de conceſſ. præb. penſio enim
ſoluitur de fructib. beneficij tantum, Pa-
riſius lib. 6. qu. 2. nu. 30. ſed diſtributio-
nes non ſunt fructus (vt probatum manet)
ergo, &c.

26 Limita ſi in ſignatura reſeruatæ penſio-
nis hæc clauſula inſerta maneret, etiam
ſi in ſolis diſtributionibus quotidianis, & non
niſi præſentibus, & diuinis officiis intereſſen-
tibus dari, & per eos lucrari ſolitis, & conſue-
tis, in vim cuius penſio deberet ſolui de
illis, Mendoſa titul. de penſionibus, col.
8. verſiculo, penſiones, alias non, vt vult B
idem doctor, titul. de ſignatura gratiæ, ti-
tulo penſiones, colum. 8. verſiculo, clau-
ſula præmiſſa.

27 Nec ſoluitur decima Papalis de talibus
diſtributionibus, gloſa in extrauag. ſuſce-
pri, verb. conſueuit de elect. in extrauag.
Ioann. 22. Rebuff. loco citato, num. 40.
Pariſius vbi ſuprà, num. 31. & eſt commu-
nis opinio, teſte Geminiano, conſ. 85.

28 *Horis Canonicis*, quibus intereſſe debent
beneficiati, vt lucrētur has diſtributiones,
dicto cap. dolentes, & quæ ſunt ſeptem
iuxta iſtud eiuſdem Regis Prophetæ, *ſe-*
pties in die laudem dixi tibi, & *tunc imple-*
tur ſeptenarius numerus à clericis, quando C
matutina, prima, tertia, ſexta, nona, veſpera,
& completorij tempore ſeruitutis officia perſol-
uuntur, dicit textus ſingularis in cap. preſ-
byter, 91. diſt. & Concilium Agathenſe,
relatum in cap. 1. de celebratione Miſſa-
rum, Iſidorus lib. 1. de officiis Eccleſia-
ſticis, cap. 19.

29 Definiuntur autem hæ horæ Canonicæ,
orationes publicæ ſub certo numero pſalmo-
rum, lectionum, & aliorum huiuſmodi à ſan-
ctis Patribus ad laudem Dei ordinata, & per
ſeptem congruentes horas diſtributa, Ioannes
de Lignano in element. 1. illo titulo, &
ibi Cardinalis quæſt. 9, Albertus de Fer- D
raris in cap. 1. illa rubr. in decretalibus
Gregorij.

30 *Orationes publicæ*, ad differentiam earum,
quæ dicūtur priuatim, & ad quas tenētur
omnes religioſi ſacris initiati, & benefi-
ciati, ſub pœna peccati mortalis, Doctores
in dicto cap. dolentes, Syluester in ſua
ſumma, verb. hora, qu. 12. Nauarr. in tra-
ctatu de oratione, & horis canonicis, cap.
7. num. 1. verſicul. 2. dico, Doctores, &
ibi gloſa in cap. preſbyter, illo titul. de ce-
31 lebratione Miſſarum, habens vero bene-
ficium (præter peccatum mortale, quod
contrahit) tenetur ad reſtitutionem fru-
ctuum perceptorum eo die quo omiſit
recitare horas, Decius in cap. cum omnes,
lectura 2. de conſtitutionib. Præpoſitus
in can. preſbyter, diſtinct. 28. & eſt de-
cretum Concilij Lateranenſis habiti ſub
Leone X. §. ſtatuimus. ſeſſ. 9. notatur in
can. finali, 92. diſt. nam propter officium 32
datur beneficium, cap. vltim. de reſcriptis
in 6. & ibi Dominicus, & Geminianus,
Calderinus in cap. 1. de celebrat. Miſſar.
Angel. in ſumma, verb. horæ canonicæ,
§. 11.

Hinc ſcholaris tenetur recitare offi- 33
cium, Imol. in element. 1. quæſt. vltima,
de magiſtris, Hoſtienſis in ſumma, titulo
de conſecratione Eccleſiæ, §. qualiter,
Peruſius in illo cap. vltimo, num. 6. Do-
ctores in illo cap. 1. gloſa pragmat. illo
titulo, quomodo celebrandum ſit diui-
num, §. ſtatuit, verb. debitis, nam male-
dictum eſt ſtudium per quod relinquitur
diuinum officium, dicit Rebuffus in tra-
ctatu priuileg. ſcholar. priuilegio 28. poſt
dictam gloſam, pragmat. titul. qualiter,
horæ Canonicæ ſint dicendæ.

Ad laudem Dei ordinata, hæc confirmāt 34
ſupra dicta, nēpe mentes canentiū debere
eſſe Deo intētas, ne quidquam tunc cogi-
tent, quam id ſolum quod precantur, dicit
textus in can. quando de conſecrat. diſt. 1.
ſed proh dolor! *quanto deuotio religioſorum*
virorum ſtudioſius diuinis mandatis inhæret,
& Creatori ſuo placere per omnia opera ſancta
conuerſationis intendit, tanto humani generis
hoſtis ad ſeductionem ſuæ fraudis malignitate
laborat, & variis modis eis præſtet materiam
excedendi, ait textus in cap. quanto de off.
ordinarij in antiq. *quia ſicut integritas cle-* 35
ricorum ſalus eſt ſubditorum, canone, mira-
mur, 61. diſtinct. *ſic illorum caſus multorum*
ad ſe caſum trahit, cap. non magnopere,
ne clerici, vel monachi.

Ideo non poſſunt hi præbendati confa- 36
bulantes in Eccleſia, deambulantes in
clauſtro, vel valuis illius, aut priuatim re-
citātes horas in eadem percipere diſtribu-
tiones, dicto cap. vltim. 92. diſtinct. dicta
element. 1. de celebrat. Miſſarum, Coſ-
mas Guimier in illa pragmatica ſanctione,
tit. quando diuinum officium ſit celebrā-
dum, verb. pſallendi, hæc addit, *alta voce*,
idem Concil. Baſil. in illa ſeſſ. 21. verſ. ne-
mo, ibi. *nemo (dum horæ in communi can-*
tantur) legat, vel dicat, priuatim officium:
cum non ſolum obſequium quo obnoxius eſt,
choro ſubtrahat, ſed alios pſallentes perturbet,
nec de his facere eleemoſynis cum perci-
piendo furtum committant, dicit ibi ille

gloſſator, verb. *ſubtrahit*, gloſa in dicto cap. vno, de clericis non reſidentib. in 6. id volunt canones ſi bene intelligantur, qui plantanda curauerunt, quæ ad diuinum ſpectant decorem, & euellenda, quæ profectum impediunt ſalutis, vel ſcandalum inferunt aliorum, cap. ad hæc de priuilegiis in antiq. & ita venit ſeruandum,
37 vt quos amor Dei à malo non reuocat, coerceat ſaltem ſeueritas diſciplinæ, cap. cum in cunctis, §. vltimo de elect. cap. ad reprimendam de off. ordinarij.

Idem dic de his, qui ingrediuntur Eccleſiam aliqua notabili parte officij peracta, vel obdormiunt in illa per aliquot tempus conſiderabile, Nauarrus in illo tractat. de oratione, ceu de horis canonicis, cap. 9. num. 4. & ſeq. & hæc notabilis pars regulatur ſecundum conſuetudines, vel ſtatuta Eccleſiam, vt in noſtra Eccleſia, in qua per ſtatutum capitulare, debent qui aſſiſtunt horis Canonicis matutinis eſſe in choro ante finitum hymnū ſequentem inuitatorium, qui vero Miſſæ intereſſe volunt, debent eſſe in choro, ante finitum vltimum Kyrie dictæ Miſſæ, & veſperis qui volunt adeſſe, debent ingredi chorum ante quam finiatur primus pſalmus, quo expleto, nihil lucrantur nec cenſentur præſentes.

Quæres an Canonicus, vel alius præbendatus occupatus in confeſſionibus audiendis, vel in Miſſa celebranda ea hora, qua Miſſa dicitur, vel Matutinæ horæ cantantur in choro, debeat percipere diſtributiones. Reſp. affirmatiuè, dummodo finita confeſſione, vel Miſſa redeat ad chorum, & hoc contra opinionem plurimorum Canonicorum etiam peritiſſimorum, id. vult decretum Concilij Cameracenſis, de anno 1586. cap. 6. tit. 18. ita ſuadet Franciſcus Sylutus, Theologus, & Profeſſor Regius in Vniuerſitate Duac. in ſuis notis ſuper Enchyridion Theologiæ paſtoralis, parte 4. titulo de iuſtitia, & iniuſtitia clericorum in ordine ad beneficia, cap. 7. in fine.

38 Assertio 2. Canonicus Theologalis (præter ſupradictos) venit de iure priuandus iſtis diſtributionibus in caſu omiſſionis lecturæ, & prædicationis, veritas aſſertionis educitur ex concordato, §. 1. rubrica de collationib. ibi. *& quoties ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit per ſubſtractionem diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit.*

39 Hinc non poteſt infligi maior pœna Canonico Theologali onus omittenti, quia

A quādo lex, vel conſtitutio pœnam certam decernit, illam ſequi debent omnes, Doctores in rubr. de conſtitutionib. Rebuff. in concord. rub. de collationib. verb. ad arbitrium, §. 1. intellige prima vice, nam creſcente contumacia maior pœna poſſet decerni, imo & priuatio ita gloſa pragmat. illa rub. verb. poſſit, & eſt mente in Conc. generalis, ibi. *ſed tandem fructus ſuos percipiat, quandiu perſtiterit in docendo.*

Et eſt Capituli decernere talem priuationem diſtributionum, & beneficij, non vero Epiſcopi, ex textu dicti concordati, ibi. *ad arbitrium Capituli puniri poſſit*, & ad B talem facultatem tuendam debeant omnia capitula ſeſe armare contra ſuos Epiſcopos, quemadmodum & Capitulorum eſt dare licentiam abeundi ſuis Præbendatis, & Canonicis ſiue ratione ſtudij, ſiue altera de cauſa, iuxta generalem regni conſuetudinem, quæ venit attendenda, teſte gloſa in cap. relatum, verb. de licentia ſuorum prælatorum, de clericis non reſidentibus, & vt oſtenſum fuit à nobis vbi de Capitulis, in penultima quæſt. diſput. primæ, ergo affortiori debet Theologus tere licentiam ſeſe abſentandi à Capitulo, à quo (vt dixi) debet priuari, & iudicari, C vt benè notat idem Rebuffus loco citato, verbo, reſidentiæ. 40 41 42

Non debet tamen Capitulum diſpenſare Theologum ab onere lecturæ, & prædicationis niſi pro modico tempore, non enim id poteſt pro notabili parte temporis, cap. ſignificatum de præbendis, quia hoc onus non eſt diſpenſabile, ſicuti nec præſcriptibile etiam per mille annos, dicit ille Doct. ibi, verb. onus, nam conſetur præbenda ſub hoc onere, cap. penultimo, de magiſtris, regula qui ad onus de regulis iuris in 6. & qui oneri non ſatisfacit ſemper eſt in mala fide, ergo non præſcribit, D cap. finali de præſcriptionib. quod notare debent Canonici confratres mei, qui Canonicum Theologalem in detrimentum ſuarum animarum relinquunt inutilem ſine lectione, & prædicatione, nonobſtantibus monitis à me ſæpius factis, tum in capitulo, tum in choro. 43 44

Hinc non poteſt imponi penſio præbendæ Theologali, ne res vna, & eadem duplici onere grauetur, quod abſurdum viſum fuit æquiſſimo Senatui Burdegalenſi, teſte Boerio, qui dicit id vetitum fuiſſe per arreſtum eiuſdem Senatus in deciſionibus, quæſt. 12. 45

Quæres quare dicatur præbenda Theologalis. Reſp. quia Doctori in Theologia 46

affecta, cap. vltimo de magiſtris, Concordatum loco citato, & ibi Rebuffus, verbo, T ,ɫologalē, vel ſaltem Baccalaureo forn.ato in illa ſciētia Domini, vt ibi dicitur.
47 Assertio 3. Canonici Eccleſiarum, vel alij præbendati exiſtentes in turno portandi cappas, & eas non portantes poſſunt priuari diſtributionibus. Ratio eſt, quia res tranſit cum ſuo onere, cap. cum ſit de decimis, ſed beneficia dantur, & præbendæ cum ſuis oneribus ordinariis
48 ferendi cappas tempore debito, ergo, &c. nam qui eligitur ad commodum, eligi debet & ad onus, regula rationi congruit de
49 regulis iuris in 6. & hæc priuatio decernitur de conſuetudine à Præcentoribus, ceu Cantoribus Eccleſiarum Cathedralium qui habent iuriſdictionem in choro, ideo geſtant in eo baculos ſuos Præcentoriales, vt fuit iudicatum à noſtro Senatu Tholozano, anno 1600. pro Cantore Eccleſiæ Caturcenſis, contra Capitulum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ, per quod arreſtum dictum fuit talem facultatem Præ-
50 centorum erga Canonicos non extendi niſi ad priuationem diſtributionum vnius tantum diei, ideo conuocandum venite Capitulum à dictis Præcentoribus ſi culpa maiorem mereatur vltionem, & eo etiam arreſto dictum fuit Præcentores eſſe in facultate nominandi Capitulo Cantores omnes à Capitulo conducendos, & dirigendi officium in Eccleſiis ſuis, tum Cathedralibus, tum Collegialibus, qua de cauſa, ego appellaui ad illud Parlamentum Tholozanum tamquam ab abuſu à deliberatione Capitulari facta in menſe Iunio anni 1643. per quam Epiſcopus, & Capitulum dirigere volebant officium dictæ Eccleſiæ, & poſt multos litigioſos contractus remiſus fui per arreſtum dicti Senatus ad dominum Archiepiſcopum Narbonēſem metropolitanum noſtrum, quoad omnes petitiones meas, coram quo lis pendet indeciſa, ob editionem iſtius libri, quē tandem (beneuole Lector) ſuis habes numeris abſolutū, vnū à te petēs in gratiā laboris, vt mecū grates repēdas Deo Opt. Max. cuius gratiæ ſumus id quod ſumus, ſi tibi quid grati occurrat, ſin minus recordetis obſecro me eſſe hominem, ideo fraterna charitate diligēdū dicēte Apoſtolo, *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Vale igitur, & faue,

Finis Diſputationis vltima.

ANT 1317278

Digitized by Google

XVI
7
1

Digitized by Google